FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH

893 Rymbegla, sive Rudimentum Computi Ecclesiastici et Annalis Veterum Islandorum (Icelandic et Lat.) ex MSS. Legati Arna-Magnaeani cum notis edidit Steph. Biörnonis (*only a small number of this edition printed for presents*), *old calf* — *Haunii F. Steinius*, 1780



Frances Mary Richardson Curror.

of this Edition, only a [illegible]
were printed for presents. – Another
Edition appeared in 1801. – – –

Rímbegla Ed. S. Björnsen

44061/8

RYMBEGLA

sive

RUDIMENTUM

COMPUTI ECCLESIASTICI VETERUM ISLANDORUM.

Sumtibus illustriss. P. Fr. de Suhm.

Ex donatione
Perillustris Suhmii
habet
Wilhelmus Ernestus
Christiani

XV



RÍMBEGLA

RYMBEGLA

ſive

RUDIMENTUM

COMPUTI ECCLESIASTICI

ET ANNALIS

VETERUM ISLANDORUM,

in qvo etiam continentur

Chronologica, Geographica, Aſtronomica, Geometrica, Theologica, nonnulla ex hiſtoria univerſali & naturali rariora.

Qvam

Ex Manuſcriptis Legati Arna-Magnæani

Verſione latina,

Lectionum varietate, Notis in materiam computiſticam, Indice vocum Rymbeglæ propriarum, & rerum in partem hiſtoricam auxit

STEPHANUS BIÖRNONIS *Iſl.*

Addita ſunt

1) *Talbyrdingus* ejusdem notis illuſtratus, 2) *Oddi* Aſtronomi ſomnia, 3) *Joh. Arnæ* & 4) *Finni Johannæi* Horologia.

HAVNIÆ

Typis Aug. Frid. Steinii

1780.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

AD LECTOREM.

Nullum eſt dubium primos Eccleſiæ Islandicæ Epiſcopos, Isleifum, Gizurem & ſucceſſores, compendia qvædam computi eccleſiaſtici habuiſſe, ipſorum enim officii ratio poſtulavit, ut Feſta omnia qvæ tunc temporis Islandis erant in uſu, tam mobilia qvam immobilia, principalia & minus principalia populo rite indicarent, & juxta computum Eccleſiæ Romanæ celebrarent, fuerunt etiam in Islandia temporibus Eccleſiæ primitivæ Islandicæ, præter ipſos Epiſcopos alii viri egregie docti, qvorum ut præcipuos & honoris cauſa nomino Arium & Sæmundum Polyhiſtores, qvos hujus artis computiſticæ haud ignaros fuiſſe veroſi-

mile videtur, nam Arium qvidem qvod attinet, ipſum in opere Bedæ Computiſtæ primarii fuiſſe verſatum, probabile fit exinde, qvod initio Landnamæ ipſius opus chronographicum ſive geographicum citet, multo minus credere fas eſt Sæmundum Polyhiſtorem hujus artis imperitum fuiſſe, tum qvod apud exteros in Gymnaſiis Germaniæ & Galliæ pluribus annis ſtudiis operam dederat, tum etiam qvod ad ſacrum munus adſpiravit, igitur Epiſcopi & Sæmundus qvi primi ſcholas aperuerunt, & horum etiam ſucceſſores, Epitomen qvandam computi eccleſiaſtici in ſcholis ſuis tradiderunt; & fortaſſis etiam aliqvot templa, ſi non omnia, hujusmodi compendiis & tabulis computiſticis tanqvam inventariis donarunt, ut hæc ſubſidia ſacerdotes haberent ad manus & conſulerent, qvoties in computando hæſitarent, ſeqve veritatis & accurationis ſuæ putationis convincerent; ut hac ratione extra omnem dubitationis aleam Feſtorum tempora poſita forent, talia compendia & tabulas Miſſalia vocarunt, qvorum aliqvot inter cætera legati Magnæani vidi & legi, qvæ antiqvitatem valde remotam ſapere videntur, cujusmodi compendiorum & Miſſalium aliqvot etiam recenſent, ſacrarum ædium inſtrumenta publica, ut dubitandum

dum non ſit, Calendaria qvædam in templis tanqvam inventaria fuiſſe depoſita.

Cæterum qvosnam habuerint in arte computiſtica ſcriptores, & ſecuti fuerint authores, ſive mortuos ſive vivos, anteqvam Blandam, Rymbeglam & Codicem de computo compoſuerunt, id ſane certo & præciſe definiri neqvit, fuiſſe tamen illis libellos qvosdam computiſticos, ex Authoris ipſius Rymbeglæ verbis in præfatione clarè ſatis ac certò colligitur, ita loqventis: "Cum dup-"plex hujus computi ratio ſit, & pars e Calenda-"riis ſcriptis, pars e virorum ſapientum, Biarni "Sacerdotis, Bergthoris filii, & Oddi Aſtronomi "obſervatis hauſta ſit." Idem ex Fragmenti Blandæ manco & mutilo præfamine intelligi poteſt, habuiſſe authorem Calendaria qvædam, ex qvibus eam hauſerit, & cum Islandorum computo annali miſcuerit; tamen à veroſimilitudine non abhorret, primos Islandiæ Epiſcopos vel etiam Arium & Sæmundum Polyhiſtores has Epitomas in gratiam Eccleſiæ conſcriptas edidiſſe; Biarnum tamen Sacerdotem Bergthoris filium & Oddum Aſtronomum, in dogmatibus & regulis nonnullis computiſticis ſecutum eſſe ex ipſius verbis clare ſatis intelligitur, tametſi potiſſimum intelligendas putem Oddi obſerva-

ſervationes aſtronomicas, qvas Capite XVI. Rymbegla recenſet. Oddus circa annum milleſimum, qvo tempore religio chriſtiana in Islandia fuit recepta, vixiſſe creditur, ſed profecto hac ætate longe recentior eſt Rymbegla; uni exemplarium qvæ ex legato Magnæano habui, inſertam inveni Schedulam, in qva B. Arnæ Magnæi propria manu notatum inveni, Sacerdotem Biarnium Bergthoris filium, qvem citat Rymbegla, mortuum eſſe an. 1173. Ergo Rymbeglæ antiqvitas, infra ſeculum duodecimum deprimitur & ſeculo decimo tertio, vel etiam poſterius conſcripta videtur. Ejusdem exemplaris parti hiſtoricæ inſertam reperi Schedulam alteram, ad paragr. 63. cap. 16, ubi antiqvitatis Rymbeglæ calculum iniit B. Arnas Magnæus, ex his p. c. ultimis verbis: Dum hæc literis conſignarentur, à mundi primordio anni 6575 præteriere, ad calculum inſtituendum ſumit à mundi initio ad æram chriſtianam elapſos annos 5199, qvi à priori numero ſubtracti relinqvunt 1376, ut hinc concludat ſcriptam eſſe Rymbeglam ſeculi decimi qvarti anno circiter ſeptuageſimo ſexto, calculum hunc in eadem Schedula contulit cum ejusdem partis hiſtoricæ Cap. 3. & concludit Epiſcoporum & Abbatum qvi recenſiti fuerant, ultimos vixiſſe ab an. 1370-76,

&

& hinc hæc duo loca Rymbeglæ ad ejus vetuſtatem præterpropter definiendam non male conſentire videntur, nec præter hæc allata in toto libello occurrunt alia, ex qvibus ad ejus antiqvitatem vel conjectando appropinqvari poſſit. Circa idem tempus conſcripta vel etiam paullo antiqvior videtur eſſe Blanda.

Juxta Exemplar qvod tradidit mihi illuſtriſſimus editor Petrus Fridericus Suhm, exſcriptum e Num. 727. legati Magnæani, Rymbeglam ex idiomate Islandico in latinum verti, excepta parte hiſtorica qva hoc Exemplar caruit, at qvo ad cætera reliqvis omnibus exemplaribus completius, habet enim totum de computo digitali tractatum, qvo exemplaria cætera carent, habet etiam duo ultima capita primæ partis, qvorum reliqva nihil continent. Sed horum capitum contenta, in ipſius Rymbeglæ recenſione inter argumenta cætera non continentur, qvæ Cap. 1. §. 2. enumerantur, & hinc poſterius ab aliqvo adjecta videntur, completiſſimum hoc exemplar, cum exemplari Biörnonis Skardsáenſis & Blandæ Fragmento ſedulò contuli, & differentias omnes, qvæ aliqvid momenti trahere videbantur, in lectiones variantes retuli. Blandæ cum Rymbeglæ parte prima usqve ad caput XIIX.

excluſivè tanta ſimilitudo tam materialis qvàm formalis intercedit, ut ſeparatim ambas in lucem edere ſupervacaneum eſſet. Secundam partem Rymbeglæ conſtituit computus digitalis, qvamqvam etiam alia nonnulla ad computum eccleſiaſticum & ſemeſtrium Islandorum pertinentia contineat, qvæ ni fallor eſt longe recentior parte prima, tum etiam tertiâ hiſtoricâ, nec non Blandâ, totius enim diſpoſitionis numerorum aureorum in digitis, de qva agitur Cap. I. Authorem eſſe deprehendi Chriſtophorum Clavium, qvi circa tempora reformationis Calendarii Gregorianæ vixit, & ſuo tempore primi ordinis Mathematicus reformationem Gregorianam multum adjuvit. Qvin etiam tractatus hujus author in capitis ultimi, ultimo paragrapho, de authore Rymbeglæ tanqvam à ſe diverſo loqvi videtur. Tertiam Rymbeglæ partem conſtituunt miſcellanea qvædam hiſtorica, ex hiſtoria ſacra, eccleſiaſtica, univerſali, naturali & geopraphica conſarcinata, interſperguntur etiam aliqva theologica & chronologica, qvæ ſola ad ideam computi generalem referri poſſunt, ut hac ratione qvicqvid Rymbegla continet computiſticum in tres ſpecies dividatur; qvarum prima computus eccleſiaſticus, ſecunda computus annalis Islandorum, tertia com-

putus

putus aliqvalis chronologicus, cætera hæc tertia pars ad Rymbeglam non nisi impropriè & abusivè refertur, sed qvod hanc partem historicam ad Rymbeglam referri & sub eodem nomine comprehendi author voluerit; arguere videtur utrumqve Tractatum, nempe partem primam & hanc historicam, circa idem tempus compositam esse. Partem hanc tertiam in latinum sermonem transtuli juxta exemplar e Num. 730. legati Magnæani exscriptum, collatum fuit hoc exemplar cum exemplari Biörnonis Skardsáensis, qvod in legato tenet Num. 731, & in lectionibus variantibus indigitatur littera B, ad dextram lunulæ posita; item cum alio manuscripto, qvod tamen ex priori, aut certe ex eodem originali exscriptum videtur, & in variantibus notatur littera D ad dextram lunulæ.

Qvartam Rymbeglæ partem vocari voluit Editor illustrissimus Codicem de Computo ex Num. leg. Magn. 642, licet a Rymbegla sit in multis diversus, nec ejus nomine unqvam venerit, continet pleraqve omnia qvæ habet Rymbegla, & horum alia verbotenus, qvæ igitur excluſa sunt, ne actum ageretur, alia materialiter eadem, sed formaliter & ordine diversa, habet etiam nonnulla computistica, qvæ in Rymbegla frustra qværuntur,

nec non pārtem computi digitalis, usqve ad T. 2. §. 24. inclusive, qvam igitur partem cum parte Rymbeglæ secunda contuli & lectiones variantes annotavi. Præterea multa continet physica, geographica, astronomica & geometrica, qvorum nihil occurrit in Rymbegla, videtur hic Codex de Computo, Rymbegla & Blanda recentior, & ex opere Bedæ, Macrobio, Ammiano Marcellino & pluribus aliis authoribus Romanis & Græcis consutus, præterea Rymbeglam vel Blandam aut certe fontem e qvo haustæ fuerant habuisse, & ex his omnibus vir aliqvis doctus Codicem hunc concinnasse & construxisse, & fuisset profectò hoc opusculum ipsa Rymbegla & Blanda melius & præstantius, nisi illiterati qvidam ac imperiti Islandorum bubulci, qvi primum authoris exemplar exscripserunt, ferè totum extremè depravassent.

His de Rymbegla ac partibus ejus præfatis; supereſt de illius dispositione, ordine & illustratione pauca præfari. Totum librum in capita & paragraphos accuratius divisi, ut commentariis commodior locus esset, nam jussit editor illustrissimus computum ecclesiasticum & annalem Islandorum illustrari, cum pleraqve omnia computistica obscurius sint proposita & insuper exscribentium oscitan-

tiâ

tiâ corrupta, & qvod partem ſecundam attinet, eam imperiti qvidam denſiſſimis tenebris involuerunt, qvartam etiam partem adeo mirificè corruperunt, ut aliqvot ejus capita, ut prorſus inutilia fuerint amputanda. Ex inſpecto catalogo legati Magnæani animadverti B. Arnam Magnæum obſervationes qvasdam in Rymbeglam ſcripſiſſe, qvas multum ſæpius qvæſivi, ſed fruſtra, cum nunqvam inveniri potuerint, & proinde hoc ſubſidio qvoqve deſtitutum oportuit me ad Rymbeglam illuſtrandam accedere; qvomodo illuſtraverim nihil attinet dicere, & lectori dijudicandum relinqvo, hoc ſaltim hic commemoro, fuiſſe in parte ſecunda Rymbeglæ difficillimum omnia loca depravata verſuum præſertim computiſticorum reſtituere, conferendo ſecum computum digitalem ſecundæ & qvartæ partis, licet utrumqve vehementer corruptum, aliqvid ſanè lucis affulcit, at Codicis de Computo putatione digitali in §. 24. pag. 200. ceſſante, hæc lucula fuit mihi penitus exſtincta, qvo facto, nullam methodum loca depravata reſtituendi relictam eſſe vidi, niſi ex fine & ſcopo verſus computiſtici præcognito, verſum ita immutare, ut huic ſcopo ad qvem author verſus collineavit, ſatis fieret & ſimul Proſodiæ qvoad fieri poſſet ſubeſſet, qva

ratione igitur aut ipsius authoris versum integritati restitui, aut alium certe parum differentem & æqvivalentem substitui, ut computus nihil ceperit detrimenti. In corrigendis versibus qvibus festa sanctorum recensentur, multum lucis Ephemerides Bedæ fænerarunt, in nonnullis intelligendis & emendandis ipsum calendarium opem tulit, ad omnem igitur obscuritatem & confusionem tollendam, hæc secunda pars notas exigebat uberiores, tamen siqvidem omnia ex densis tenebris eruenda, qvibus hæc pars fuit involuta, & totus hic tractatus lectori curioso efficiendus lectu jucundus; notæ vix breviores esse potuerunt. Dantur in Rymbegla præter computistica multæ materiæ obscuræ & depravatæ qvæ rigorose loqvendo commentariis indiguerunt, ex omnibus autem editor illustrissimus, illustrandum elegit computum ecclesiasticum & semestrium Islandorum, tum qvod hæc materia partem libri principalem constitueret, & præ cæteris obscuritate laboraret, tum etiam in hoc potissimum respexit ad Islandos, qvos, viso eorundem inter cætera legati Magnæani, libellorum computisticorum magno numero, per multa retro secula studio computi ecclesiastici delectatos fuisse animadvertit, & hinc in ipsorum cumprimis gratiam statuit non modo

in

in lucem publicam edendam esse Rymbeglam, verum etiam qvo ad materiam computisticam commentariis illustrandam, ut fertilem & fructuosam Islandis restitueret artem suam computisticam, qvam tantopere adamassent, cui igitur viri litterati & docti in Islandia, qvi hodiedum hoc studiorum genere delectantur, debent æternas gratias. Hoc autem lector benevolus semel monendus, omnia computistica ad computum ecclesiasticum pertinentia, stylo veteri Juliano esse accipienda, si pauca exceperis de mensium introitu per concurrentes & regulares definiendo, qvæ ad stylum veterem ac novum æqve pertinent, qvia concurrentes & Regulares solis per reformationem Calendarii Gregorianam nullam mutationem subierunt.

Hic autem singularum Rymbeglæ partium & capitum argumenta, conspectui lectoris exhibentur.

I. PARTIS

Cap. I. agit de primo computi ecclesiastici authore, & recenset contenta capitum omnium, usqve ad caput XVIII exclusive, in ultimo paragrapho definit cycli epactalis longitudinem, semestrium & partium ejus ad se invicem rationem.

- - II. declarat singulorum mensium introitum relativè ad festum aliqvem diem, & qvot noctes singulos comitentur.

- - III. de longitudine mensium, & unde noctes oriantur, qvæ singulos menses comitantur.

AD LECTOREM.

Cap. IV. de numeris Epactarum.
- - V. de ſaltu lunari.
- - VI. recenſet Epactas per totum cyclum Epactarum.
- - VII. exponit qvotæ ſint lunæ characteriſticæ feſtorum principalium.
- - VIII. agit de ſemeſtribus Islandorum, in ſpecie de æſtatis introitu relative ad Mariæ feſtum & diem Palmarum, longitudine partis æſtatis prioris, diebus migrationum & tempore comitiorum, Qvatembribus pro diverſo ſitu Feſti crucis in hebdomada, anomalia computi annalis, æſtatis appendice, introitu jejunii Jolenſis, feſtum Jolenſe in qvotam hyemis incidit hebdomadam, ſive obtineat computus annalis annomalus, ſive Nón.
- - IX. Introitum jejunii qvadrageſimalis in qvatuor ſpecies diſtingvit, & ſingularum ſpecierum introitum determinat relative ad computum annalem Islandorum.
- - X. agit de cyclo concurrentium, & qvot res & qvænam in ipſo notandæ veniant, exponit, item qvando hic cyclus inchoandus, hinc tranſit ad exponendos Regulares ſolis unde oriantur & qvot ſingulos menſes comitentur.
- - XI. exponit originem concurrentium, & qvot concurrentes ſingulos annos cycli comitentur, ipſum concurrentium ſyſtema per totum cyclum proponit, & qvomodo cum Regularibus conjungendi ſint, ad qværendos menſium introitus, explicat.
- - XII. agit de cyclo magno Paſchali qvando ſit inchoandus, qvomodo e cyclis ſolari & lunari oriatur, qvot annos Biſextiles contineat, qvod feſtum Paſchatis præciſe determinet; qvoties feſtum Mariæ purificationis, dum totus excurrit Talbyrdingus in diem lunæ poſt Qvinqvageſimam incidat, item qvoties Feſtum annunciationis occupet diem Mercurii in hebdomada Paſchali; qvoties ipſum Paſchatis diem & qvoties diem Paſſionis, relative ad Mariæ feſtum determinatur; qvoties dies luſtrationum unica incidat in diem Paſchatis per totum cyclum magnum Paſchalem.

Cap. XIII.

AD LECTOREM.

Cap. XIII. recenſet ſpecies rerum, qvas ſingulis diebus Deus creavit, & ſingulorum Dierum magnalia characteriſtica.

- - XIV. agit de duratione mundi usqve ad Chriſtum, juxta Bedæ & Hieronymi calculum qvot annos nata Maria Chriſtum conceperit, qvot annos natus Chriſtus fuerit baptizatus, qvamdiu in hoc mundo usqve ad paſſionem ſuam verſatus, qvamdiu in cruce fuerit, & poſt reſurrectionem in hoc mundo manſerit, qvando Spiritus ſanctus Apoſtolis miſſus ſit.

- - XV. dicit qvot noctes in cyclis ſingulis contineantur, qvot lunas cyclus magnus paſchalis contineat, tota mundi ætas qvot cyclos magnos paſchales comprehendat, duodecim cycli paſchales qvot noctes, qvot cyclos epactales, qvot concurrentium cyclos, qvot lunas & horas contineat, qvot die civili maris æſtus contingant.

- - XVI. continet Oddi Aſtronomi recenſionem ſolſtitiorum dum totus cyclus biſſextilis excurrit; de incrementis & decrementis declinationis ſolis vel altitudinis meridianæ, dum ſol a tropico capricorni ad æqvatorem & hinc ad tropicum cancri aſcendit, qvinam dies qvandonam in qvibusnam certis plagis oriatur, qvo tempore dies ſit perpetuus & hæc omnia in loco ubi vixit.

- - XVII. de ſignis ſolaribus & motu ſolis, anno biſſextili, motu lunæ, planetis, diviſione ſemidierum civilium, ſitu ſtellarum.

- - XVIII. de motu ſolis & lunæ, & ſaltu lunæ.

- - XIX. de ætate lunæ per regulares & epactas invenienda, menſium introitu, per regulares & epactas ſolis inveniendo, in qva parte circuli ſui luna naſcatur & verſetur.

II. PARTIS

Cap. I. agit de diſpoſitione menſium & numerorum aureorum in digitis.

- - II. de affectionibus qvibusdam Calendarii Romani in digitis diſpoſiti, & qvomodo qvæſita per verſus computiſticos ſint inveniendi.

AD LECTOREM.

Cap. III. de introitu anni bisextilis & qvatuor tempestatum anni & festorum qvorundam.
- - IV. agit de Talbyrdingo sive cyclo magno Paschali, qvot litteras punctatas, cyclos solis & lunæ contineat, qvosnam alios cyclos comprehendat, de cyclorum lunæ & solis usu.
- - V. de dispositione cycli solaris & litterarum dominicalium in digitis.
- - VI. de regularibus & epactis solis sive concurrentibus & amborum usu, & versibus nonnullis diæteticis.
- - VII. agit de dispositione & usu litterarum punctatarum & dominicalium per digitos & nomine Fungonis.
- - VIII. agit de festo annunciationis Mariæ per computum digitalem inveniendo.
- - IX. de clavibus festorum & terminis paschalibus.

III. PARTIS

Cap. I. agit de Othino & filiis ejus.
- - II. de longitudine qvarundam navigationum & prima Islandiæ inventione.
- - III. recenset Episcopos & Abbates Islandiæ & Grönlandiæ.
- - IV. recenset nomina sinuum circa Islandiam.
- - V. recenset insulas juxta Norvegiam sitas.
- - VI. de fletu Christi, sangvinis sui emanatione & judicio extremo.
- - VII. de iride ejus coloribus & horum significationibus.
- - VIII. de qvatuor conciliis oecumenicis.
- - IX. de filiis Noæ qvas orbis partes occupavere.
- - X. de variarum gentium forma & natura.
- - XI. de fluminibus in globo terraqveo.
- - XII. de lacubus & fontibus.
- - XIII. de Vermibus.
- - XIV. de virginibus Colnensibus.
- - XV. de miris in Judæa homuncionibus.
- - XVI. de ætate mundi.
- - XVII. de Trajano imperatore.
- - XVIII. de Antonio imperatore.

Cap. XIX.

Cap. XIX. de Theodoſio & Juſtiniano imperatoribus.
- - XX. de Conſtantino imperatore.
- - XXI. de Mauritio, Phoca & Heraclio imperatoribus.
- - XXII. de qvatuor Archiepiſcopis.
- - XXIII. de Joſva principe judicibus & Saulo rege.
- - XXIV. de ſignificationibus harum rerum capitis præcedentis.
- - XXV. de Davide.
- - XXVI. de ſanctis ſignificationibus, qvæ ex hiſtoria Davidis eliciuntur.
- - XXVII. de qvinta mundi ætate.
- - XXVIII. de Belo, Nino, Semiramide & qvatuor Monarchiis.
- - XXIX. de Trojanis.
- - XXX. de ſexta mundi ætate.
- - XXXI. de Thodoſio & filiis ejus Theodoſio juniore, Martiano & Valentiniano, Leone ſeniore, Anaſtaſio, Juſtiniano magno, Juſtiniano juniore, Tiberio Conſtantino & Mauritio imperatoribus.
- - XXXII. de nominibus Regum ſive Magorum orientalium, vaſione qvadam & exemplo qvodam.

IV. PARTIS

Cap. I. agit de Abrahamo primo Aſtronomiæ inventore, prima Paſchatis inſtitutione, ſemeſtrium Islandicorum initiis.
- - II. de initio jejunii Jolenſis & Feſti nativitatis, intervallo inter hoc & hyemem dimidiatam, definitionibus anni & partium ejus, longitudine anni ſolaris & lunaris, de ætate lunæ Februariæ anno bisſextili.
- - III. de cauſis æſtuum maris & ventorum, & aliis nonnullis huc pertinentibus.
- - IV. de ſupputatione lunationis, ſub diviſione aſtronomica temporis & cauſa qvadam æſtus maris.
- - V. agit de reformatione Calendarii Julii Cæſaris, ſaltu lunæ, convenientia phaſium lunæ cum phænomenis æſtus maris, motu ſolis, lunæ & ſtellarum comparativo, de numero ac temporibus æſtuum maris, inæqvali diſtantia ſolis a terra & inæqvali mora ſolis in ſingulis ſignis.

AD LECTOREM.

Cap. VI. de determinanda maxima & minima distantia solis a terra.

- - VII. agit de qvadrante astronomico, partibus terræ habitabilibus, situ geographico magni oceani, methodo observandi sphæricitatem terræ.

- - VIII. de alia methodo observandi sphæricitatem terræ, de qvadrante & situ ejus inter observandum & observationum veritate.

- - IX. de methodo per qvadrantem inveniendi latitudinem loci sive elevationem Poli, phænomenis qvibusdam motus solaris in sphæra parallela, declinatione solis, motu communi & proprio, motu lunæ, æstu maris & cometis.

- - X. de divisione Zodiaci in signa & gradus, tempore motus proprii solaris, tempestatibus anni, temporibus solstitiorum & æqvinoctiorum.

- - XI. de ratione mensurarum qvibus locorum distantiæ solent determinari, magnitudine globi terraqvei, & tempore qvo circum navigari potest.

- - XII. de determinatione qvadam Paschatis & Pentecostes, temporis mundi conditi & epocharum qvarundam insigniorum in historia sacra.

- - XIII. de determinatione plurium epocharum insigniorum in historia sacra, qvarum præcipua epocha nativitatis Christi.

- - XIV. agit de mutua ratione & comparatione partium temporis, origine diei intercalaris & appendicis æstatis, introitu hyemis mensium ejus & festi nativitatis.

- - XV. de clavibus, earundem usu & dispositione & recensione characteristicarum septuagesimæ.

- - XVI. de computo qvodam qvi ætatem lunæ spectat, fallibilitate ejus certis annis cycli lunaris, ætate lunæ, initiis aliqvot mensium, pro variis annis cycli lunaris.

- - XVII. de explicatione & recensione clavium majorum per totum cyclum lunarem.

- - XVIII. de determinanda characteristica septuagesimæ, anno bisextili & cycli lunaris decimo nono, determinatione ætatis lunaris, octava die festi Nativitatis per totum cyclum lunarem.

Cap. XIX.

Cap. XIX. de initiis & magnitudine cyclorum, anno cautelari, concurrentibus & regularibus, characteristicis paschatis, introitu Qvadragesimæ, ordine computi ad determinandum Pascha & introitum Jejuniorum, numero hebdomadarum a festo Nativitatis ad Qvinqvagesimam.

- - XX. agit de semestribus Islandicis, tribus mensibus qvi sunt Islandiæ peculiares, initiis & characteribus literalibus jejunii qvadragesimalis, determinatione lunarum characteristicarum pro festis primariis & lunis abundantibus per totum cyclum.
- - XXI. agit de motu solis in signis Zodiaci, causa anni bissextilis, mensibus solaribus & lunaribus, anni qvantitate, regularibus & epactis, ætate lunæ invenienda.
- - XXII. de ortu & usu concurrentium, identitate characteristicæ Septuagesimæ & Paschatis, æstatis appendice definienda, Calendario commatum, duobus alphabetis & Paschate definiendo.
- - XXIII. de determinandis diebus illis in qvos incidunt initia semestrium, & septimanis in qvas festa qvædam incidunt.
- - XXIV. agit de initiis jejuniorum Qvadragesimalium, literis suis tabularibus & punctis in Talbyrdingo, definiendâ Paschatis in Talbyrdingo characteristicâ, relative ad Mariæ festum per totum cyclum lunarem; situ festi annunciationis & Paschatis pro singulis Qvinqvasimis per singulas litteras punctatas, determinando numero dierum æstatis & hyemis.
- - XXV. de tribus jejuniorum qvadragesimalium introitibus, qvi nunqvam fallunt, qvoties in cyclo Paschali sigulæ species introitus recurrant, die Rogationum & festo Mariæ, qvoties in certos dies Paschales incidat.
- - XXVI. de specie qvinqvagesimæ pro vario situ Festi annunciationis per totum cyclum lunarem determinanda, duratione jejunii festum Jolense præcedentis. Ætate lunæ definienda, qvæ octava die festi Nativitatis in cælo comparet, lunis characteristicis, abundantibus & concurrentibus.

CAP. XXVII. de determinandis diebus primo & ultimo eorum, qvi intra jejunium Qvadrageſimale fixi continentur, ſitu feſti annunciationis variis annis cycli lunaris determinando, & qvoties in cyclo Paſchali idem ſitus recurrat.

- XXVIII. de die luſtratonum, qvoties in cyclo paſchali & ſolari dies paſchales offendat, initiis menſium in ſemeſtribus Islandicis, Qvatembribus, initiis ætatis & diebus Rogationum, intervallis inter Paſcha, Rogationes & Pentecoſten.
- XXIX. de ætate lunæ Januariæ, octava die feſti Nativitatis, anno cycli primo, eadem per Epactas invenienda ſingulis annis cycli lunaris, differentiis ætatum lunarium, ſingulorum menſium initiis cum ſuis exceptionibus, tempore initio & ordine introituum Qvadrageſimalium, & ordine Talbyrdingi.
- XXX. de æſtatis appendice, introitu æſtatis & hyemis cum ſuis exceptionibus & cautelis, mutatione Qvinqvageſimarum & concurrentium anno cautelari.
- XXXI. agit de rationibus cyclorum minorum ad cyclum veterem, intervallis inter feſtum Nativitatis & hyemem dimidiatam, & characteribus eorundem, terminis feſti Nativitatis, annis cyclorum ſolis & lunæ, qvibus obtinent ſingula, cauſa & loco appendicis æſtatis.
- XXXII. de diviſione hebdomadis & mutua ratione particularum temporis, origine & inſertione diei intercalaris, temporibus ſolſtitiorum & æqvinoctiorum.
- XXXIII. de prognoſticis tempeſtatum, fertilitate & ſterilitate terræ & aliis eventibus contingentibus, pro vario ſitu feſti Nativitatis in hebdomada.

Fuit hic totius Rymbeglæ conſpectus, in cujus parte prima ſecunda & qvarta ſæpius occurrit mentio Talbyrdingi, a qvo multa ita dependent, ut ſine ipſo intelligi neqveant, qvo veteres Islandi ad has tres Rymbeglæ partes augendas & amplifandas multum

tum usi sunt, hinc ad satisfaciendum lectori curioso & harum rerum studioso voluit editor illustrissimus Talbyrdingum brevibus & necessariis commentariis illustratum Rymbeglam comitari; cum rarissimus hodie sit & pauciſſimorum versetur manibus, ut nihil desideraret eorum, qvæ ad librum hunc intelligendum & computum exercendum prosunt.

Inventus fuit hic Talbyrdingus inter cætera legati Magnæani, unde ipsum habuerit, non constat, insertam ei inveni Schedulam, in qva B. Arnæ Magnæi propria manu hoc notatum: litteræ punctatæ ultimæ columnæ verticalis versus dextram exscriptæ sunt juxta antiqviſſimos annales Resenianos inter se collatos.

Lector attentus videt, numeros simplices decadibus centenariis & millenariis subscriptos, ad siniſtram lineam in columnis verticalibus, ita jungendos illis esse, ut pro dextimis habeantur. Ita ex. gr. in Talbyrdingi principio, columnæ siniſtimæ numero supremo 76, subscripti sunt ad dextram numeri 7, 8, 9, qvi cum 70 jungendi sunt & legendum 77, 78, 79.

Somnia qvædam ficta & fabulosa in latinum sermonem versa, Rymbeglæ etiam sunt annexa, qvod Oddo Astronomo tribuantur, cujus obser-

vationes

tiones Part. I. Cap. XVI. recenſentur, licet vix credibile videatur, talium inanium fictionum & fabularum authorem ipſum exſtitiſſe, ſed veroſimilius ab aliis ei affictas eſſe.

Ultimo comitantur Rymbeglam duo veterum Islandorum Horologia, qvorum prius Epiſcopi Arneſonii, poſterius Finni Johannæi Theologiæ Doctoris & Epiſcopi, cum enim hæc horologia tanqvam horarum qvidam computus conſiderari poſſint, haud inconvenienter calci Rymbeglæ annectuntur. Vale Lector benevole!

Scribebam Havniæ die XVI^to^ Calend. Junias Anni MDCCLXXX.

Stephanus Biörnſen.

RYMBEGLA.

I. PARTUR UM LESRYMID.

RYMBEGLA.

HIER HEFST FORMÁLI BÓKARINNAR RYMBEGLU, EPTIR ÞVI SEM HENNAR HÖFUNDUR HEFUR TILSETT.

Bók sía er samannsett af frædi margháttadri, sumri (a) skilsamlegre enn sumri óvisri, þviad til þessarar frædi er nytt miög giörla þad, er fyrri menn hafa til gamans haft í umrædu. Er þad sumt (b) nytt ad rádnu, sumt er órádnara, hvört iafnt er sem talt er. Ecki hefi eg þad ritad er eg vita víst ad aungvo gegni. Nú hafe þad hver af þessum frædum til skiemtunar er skapfellst er; enn nyte þar betra fródleiks, er þess verdur kostur. Enn ónyti ei svo þetta, ad vilia heldur ecke í vita. Enn af því ad tölur eru (c) tvennar, sumar af rymtali því er á bókum stendur; enn sumar af frædi vitra manna: Biarna Prests (d) Þorgeirssonar, eda Stiörnu Odda; sumum stödum er mídur vöndud fyrerfögn; þá tekur bókinn nafn þadann og heitir Rymbegla, þviad hun mun so þikia fæma hiá godu rymtali, sem

(a) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá: skilianlegri, *intellectu facili.* (b) nytt og rádid, *utile & exploratum.* (c) kunnar, *cognitæ.* (d) Bergþorsonar, *Bergthori filii.*

RYMBEGLA.

HIC INCIPIT PRÆFATIO LIBRI RYMBEGLÆ, PROUT AUTHOR IPSAM APPOSUIT.

Hic liber conſtat ex doctrina multiplici, partim explorata partim incerta. Nam ad hanc doctrinam literis tradendam iis apprimè ſum uſus, de qvibus priſci eruditi ad delectationem inſtituere ſermones. Horum alia tanqvam perſpicua ſunt ad uſum translata, de aliis minus exploratum, num veritati conſentanea ſint, qvæ putantur. Non ego ea ſcripſi qvibus nihil ſubeſſe veri certo ſcivi. Ex hac vero doctrina qvilibet utatur iis ad delectandum ſe, qvæ maximè ſunt ad palatum, hæc autem non rejiciat, qvod ignorare malit. Sed cum duplex hujus computi ratio ſit, cum pars ejus è Calendariis ſcriptis, pars e ſapientium virorum: ex. gr. Biarni Sacerdotis, Thorgeiri filii, & Oddi Aſtronomi obſervatis hauſta ſit, in nonnullis etiam locis ſtylus rudior, liber inde nomen accepit & Rymbegla vocatur. Namqve tantum pretii ſtatuendum ei præ bono computo; qvantum fabricæ diſtortè deformi præ formoſa.

ſem begla hiá fögru ſmídi. Petta ſkal til marks, þar ſem (e) órádnaſt er, hvert nockru gegnir þad er talt er. Giæti Gud leſenda og (f) giörenda.

I. Cap.

HVER FIRST SETTI RYMTAL.

1. §.

Gud baud Moyſi vin ſínum í lögmáli at gaumgiæfa tungltal og halda Páſka, þá er tungl væri XIV nátta. Er þad rymtal ellſt og ædſt er Gud baud hönum. Enn at vita hve til þeſs ſkal telia, þá eru mörg (g) atferli, og koma þó öll til eins ef riett er ad farid.

2. §.

Hier greinir innihald bókarinnar: 1) Fyrſt er mánada tal ed meirá; 2) þá er mánada leingd; 3) þá er um Pacta tölur; 4) þá er um tungl hlaup; 5) þá eru Pactar kiendir; 6) þá er vikna-

(e) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá: rádnuſt, *maxime perſpicuum.*
(f) heirenda, *audientes.* (g) riett atferli, *methodi rectæ.*

Fragmentum Blandæ - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ath þad tiniſt eigi leingur til loks, enn naudſyn heldur til at hafa, verdur tungl talit fyrir því er þad ſkal til föſtu gánga merkis ok ſvo Páſka halds. Enn af því ath bóktali verdur ath taka rimtalit, enda verdur vit þau ath blanda Islendſkri liódeiſku í ſumum ſtödum, til þeſs ath her megi ſkyrt verda ólærdum mönnum; þá ſkal ſiá Skrá þadann af nafn taka og heita Blanda, fyrir því ath ſamann er blandat ſkyldu tali og óſkyldu. Enn til marks hvar þeir þætter eru, er ófynt er ath ſvo ſe jafnt ſem talit er, þá er giört yfir uppi í þátta talinu merking ſiá: ——— og heitir hun Obelus, þá merking giördu menn fordum þar yfir, er þeir efudu hvert ſatt væri ſagt edur eigi. Enn til þeſs ath þá ſie hægra at leita þeſs er madur vill forvitnaſt, þá er ſkipad í þáttu allri Skrá þeſsi á þeſsa lund.

mosa. In re minimè explorata, hoc sit criterium veritatis, si cum vero consentire deprehendatur qvod computo elicitur. Legentes & exercentes Deus custodiat.

CAP. I.

DE PRIMO COMPUTI ECCLESIASTICI AUTHORE.

§. 1.

Deus in lege præcepit amico suo Mosi considerare computum lunæ, & luna decimâ qvartâ Pascha celebrare. Est autem ille computus antiqvissimus & nobilissimus, qvem Deus illi præcepit. Sed multæ dantur methodi sciendi, qvomodo ea fini putatio sit instituenda: qvæ, si legitimè procedas, omnes recidunt eodem.

§. 2.

Hic contenta hujus libri recensentur: 1) *agitur de recensione mensium majori;* 2) *tum de longitudine mensium;* 3) *tum de numeris Epactarum;* 4) *tum de saltu lunæ;* 5) *tum de doctrina Epactarum;* 6) *tum de computo hebdomadarum;* 7) *tum*

Fragmentum Blandæ - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ne longius ad finem putetur, qvam usus necessitas reqvirit, cum ideo lunæ putentur, qvod introitus jejuniorum & Paschatis celebrandi characteribus destinentur. Qvippe vero ex libris computistarum regulæ computandi sunt hauriendæ, & idcirco idioma Islandicum locis nonnullis interspergendum, ut illiterati Nostrates capiant; hic libellus inde nomen accipit & Blanda (Mixtura) vocatur, qvia computi dispares commiscentur. Ut autem sciatur, qvænam sint illa capita, de qvibus non satis constat, vero ne consentanea sint an secus, qvæ putantur; in recensione capitum supra lineam ponitur hoc signum ⸗, qvod Obelus vocatur, hoc signum prisci eruditi super iis posuere, de qvibus vera ne essent an secus, dubitarunt, ut autem facilius qvæ qværuntur, inveniantur, totus hic libellus in capita hoc modo dispescitur. Hactenus illa manca & mutila præfatio fragmenti Blandæ. Recen-

viknatal;) 7) þá (er missêris-tal Islendskt; 8) þá er um föstu inngánga; 9) þá er um Concurrentis ölld; 10) þá er um mánada tal ed minna; 11) þá (er) um Concurrentes siálfa; 12) þá (er um Páska ölld; 13) þá (er) um þad hvad skapad var á VII dögum; 14) þá er um Vikudaga stórmerki; 15) þá (er) um allda tal; 16) þá um (h) punta; 17) þá um sæfar föll; 18) þá er Oddatal; 19) þá (er) um sólmörk og sólar gaungu; 20) þá um hlaupár; 21) þá um tungl gaungu; 22) þá um planetur; 23) þá (um) hve dægur skal deila; 24) þá hve stiörnur standa.

3. §.

I Pacta ölld eru XIX ár; ár heitir II missiri; í missiri eru mál tvö; í máli eru mánudir þrir; í mánudi vikur vel so IV; í viku dagar VII; í dege dægar II; í dægre stundir XII. Þad þarf fyrst ad vita, hvad mánudir heita, og þad hve nær hver kemur, eda hve margar (1) nætur silgia.

II.

(h) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: um náttatal, *de numero noctium, quod rectius noctes enim non puncta in cyclis putantur.*

Recensionem capitum fragmenti Blandæ ipso facto exscribere, supervacaneum, cum nihil aliud esset, qvam repetitio ejusdem, etenim recensio Blandæ cum recensione Rymbeglæ convenit materialiter, nisi qvod Rymbegla in sua recensione omittat caput de terminis, sive lunis characteristicis festorum principalium. Formaliter & in ordine recensendi paululum discrepant. De authore computi Ecclesiastici & Astronomiæ habet aliqvid Blanda, qvod in priore parte Rymbeglæ non occurrit; sed in altera illa, qvæ ex Num. 624. legati Magnæani exscripta fuit. Cæterum author Blandæ obelo signavit hæc capita: 1) qvinam fuerint primi computi Ecclesiastici Authores; 2) caput de Cyclo Paschali; 3) de Magnalibus feriarum; 4) de numero noctium in Cyclo Paschali; 5) de Oddi putatione; 6) de signis solaribus. Hi sunt igitur illi articuli, de qvorum veritate authori Blandæ scrupulus aliqvis remansit, ad qvem significandum more veterum eadem obelo

de computo ſemeſtrium Islandicorum; 8) *tum de initiis jejuniorum;* 9) *tum de Cyclo concurrentium;* 10) *tum de receuſione menſium minore;* 11) *tum de ipſis concurrentibus;* 12) *tum de cyclo Paſchali;* 13) *tum de iis qvæ ſeptem diebus creata ſunt;* 14) *tum de magnalibus feriarum;* 15) *tum de calculo cyclorum;* 16) *tum de punctis;* 17) *tum de æſtu maris;* 18) *tum de Oddi putatione*; 19) *tum de ſignis ſolaribus & motu ſolis*; 20) *tum de anno Biſextili*; 21) *tum de motu lunæ*; 22) *tum de planetis*; 23) *tum de partitione dierum*; 24) *tum de ſitu ſtellarum.*

§. 3.

Cyclus Epactarum eſt novem decem annorum ſyſtema; *duo ſemeſtria conjunctim, annus dicuntur*; *in ſemeſtri continentur duo trimeſtria*; *in trimeſtri menſes tres*; *in menſe hebdomades qvatuor, paulo plus*; *in hebdomade dies ſeptem civiles*; *in die civili duo ſemidies civiles*; *in ſemidie civili, horæ duodecim. Primo ſciendum, qvænam ſint nomina menſium, & qvot noctes qvemlibet comitentur.*

CAP.

---

obelo notavit. His ergo cum Rymbegla collatis patet veriorem eſſe lectionem (e) órádnaſt qvam rádnaſt, & ratio datur ſuſpicandi corruptum eſſe hunc locum in exemplaribus Rymbeglæ, ita ut exſcribentium oſcitantia omiſſa ſit obeli nota, & ſcribendum eſſe: Þetta ſkal til marks, Þar ſem órádnaſt er og hvert nockru gegnir, Þad ſem talid er: *Hic obelus eſto ſignum rei minimè exploratæ, & ſi cum veritate conſentit, qvod putatur.*

(1) Noctis vocabulum apud ſcriptores Romanos pro die civili ſive nyctheméro nunqvam accipitur nec apud veteres computiſtas principes ſic accipi invenies. Veteres igitur Islandi aut certe aliqvi recenſioris ævi computiſtæ ſeptentrionis ſecundarii, hunc vocabuli ſignificatum in computum eccleſiaſticum invexerunt, idqve fortaſſis hac de cauſa; qvod diem civilem â veſpere præcedenti vel etiam â media nocte inchoarunt, ut nox diem civilem ducere, ejusqve pars principalis eſſe

II. Cap.

UM MÁNADA TAL HID MEIRA.

4. §.

September heitir hinn fyrſte mánûdur í Pacta ölld, hann kemur viku fyrir burdardag Mariu og fylgia hönum fimm nætur. Annar heitir October, hann kemur tveim nóttum eptir Michaelis meſſu, hönum fylgia enn V nætur. Þridie heitir November, hann kemur á allra heilagra meſſu, hönum fylgia VII nætur. Fiordi heitir December, hann kemur eirni nótt eptir Andreas meſſu og fylgia hönum VII nætur.

5. §.

Fimti heitir Januarius, hann kemur áttadag Jóla, hönum fylgia IX nætur; þá er upphaf meſſudaga ryms, og þá ſkiptaſt (2) Primſtafir. Siötte heiter Februarius, hann kemur Brigidar meſſu, hönum fylgia X nætur; þar kemur hlaupár á hönum. Siö-

---

eſſe ipſis videretur. Ab occaſu ſolis diem olim inchoarunt Auſtriaci, Bohemi, Marcomannii, Sileſii; a media nocte Hiſpani, Luſitani, Angli & Belgi, prout ex *Plinio*, *Cenſorino*, *Macrobio*, aliisqve authoribus probat *Ricciolus* in Almag. Libr. I. Cap. 28. Tom. 1. De Germanis refert *Tacitus* de Moribus Germ. Cap. 11., & de Gallis *Cæſar* Libr. 6. Bell. Gall. Cap. 18., qvod noctes non dies numerarint, qvanqvam aliam rationem cur Galli ita fecerint, reddit Cæſar, nempe qvod a Dite Patre ſe prognatos prædicent. Ergo his gentibus nox diei civilis caput erat, & hinc noctis vocabulo ſynecdochice pro die civili utebantur. Proinde, licet hic ſignificatus apud ſcriptores Romanos non reperiatur; tamen hac ætate plusqvam ferrea, hanc ſynecdochen retinebo, & in toto hoc Rymbeglæ tractatu ad preſſius inhærendum authoris ideis in verſione etiam latina adhibebo.

(2) Subintelligendum venit: lunarum, ut ita concipiendum ſit: characteres primarum lunarum incunte Januario mutantur. Veteribus computiſtis primariis, luna prima

idem

CAP. II.

DE RECENSIONE MENSIUM MAJORE.

§. 4.

In Cyclo Epactarum mensis primus appellatur September, is una hebdomade venit ante diem natalem Mariæ, ipsum qvinqve noctes comitantur. Secundus vocatur October, is duabus noctibus post festum Michaëlis introit, & ipsum etiamnum qvinqve noctes comitantur. Tertius dicitur November, ille venit festo omnium Sanctorum, illum septem noctes comitantur. Qvartus December salutatur, ille nocte una post Andreæ festum introit, ipsum etiam septem noctes seqvuntur.

§. 5.

Qvintus Januarius nuncupatur, ille octava die festi nativitatis venit, eum novem noctes seqvuntur; tunc incipit calendarium Festorum & characteres primarum mutantur. Sextus Februarius salutatur, ille festo Brigidæ introit, eum decem noctes seqvuntur; in eundem incidit annus bisextilis. Septi-

idem est ac luna nascens, sive accuratius; noctem unam nata, nam qvo loco situs est numerus aureus currens in calendario, ex. gr. initio Januarii aureus III; ibi luna anno Cycli tertio, ineunte Januario est prima, hoc est noctem unam nata. Ita luna secunda, est duas noctes, tertia tres noctes nata &c. Hac itaqve locutione veterum computistarum principum in hoc tractatu sæpius utar, qva sæpissimè per totum opus computisticum usus *Beda*. Ergo characteres primarum sunt numeri aurei in vetere Calendario Romano, qvi qvoniam, variante anno cycli decem novennalis, variantur; mirum non est eos, ineunte Januario annuatim variari, cum cyclus decem novennalis & numerorum aureorum â mense Januario proficiscatur, tum etiam, qvia ineunte anno novo incipiunt festa nova; eatenus computus ecclesiasticus a Januario progredi censetur; qvanqvam etiam alia ratione a Paschate proficiscatur.

Siöunde heitir Martius, hann kemur fimm nóttum epter Matthias messu, (3) þá kallar alþída (i) hlaupár, þar filgia IX nætur. Atti heitir Aprilis, hann kemur viku eptir Mariu messu í föstu, þar filgia X nætur. Níundi heitir Maius, hann kemur tveggia Postula messu, þar filgia XI nætur. Tíundi heiter Junius, hann kemur (k) átta nóttum fyrer Columba messu, þar filgia XII nætur. Ellefti heitir Julius, hann kemur tveim nóttum XIIII epter Peturs messu og Pauls, hönum filgia XIII nætur. Tólfti heiter Augustus, hann kemur þrem nóttum epter Olafs messu, XIII hönum filgia XIV nætur.

III. Cap.

um mánada leingd.

6. §.

Nú skal kenna það hvadann sía nátta tala kemur, er mánudum filgir, (og heitir þetta mánada tal ed meira, eda Regulares lunæ). Leingd tveggia missera er CCC tólfræd og V nætur umfram; nú verdur það jafnlángt: mánudir XII þrítug nátta, og CCC nátta, enn þá verda umfram V nætur þær er ecki eru med taldar, og skulu þær V filgia inum fyrsta mánudi, og at alldar upphafi skal (4) V nátta gamallt tungl, þá er September kemur,

(i) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: þá kallar alþyda hlaupárs messu, *tunc vulgus festum anni bisextilis appellat.*

(k) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá: eirni nótt eptir Peturs messu milli messu meyar. *Sed omnino male, locus enim in exemplari est depravatus, & scribendum:* eirni nótt epter Petronellæ meyar messu, *una nocte post festum virginis Petronellæ, quod fixum est in ultima die mensis Maji.*

(3) Locus Bisexti est dies vigesimus qvartus Februarii, in qvem etiam incidit Matthiæ

Septimus dicitur Martius, is qvinqve noctibus poſt Matthiæ feſtum introit, tunc vulgus annum biſſextilem appellat, eum novem noctes comitantur. Octavus Aprilis appellatur, is unâ ſeptimanâ poſt feſtum annunciationis Mariæ introit, eum decem noctes ſeqvuntur. Nonus Majus ſalutatur, is duorum Apoſtolorum feſto venit, ipſum noctes undecim comitantur. Decimus dicitur Junius, is octo noctibus venit ante feſtum Columbæ, ipſum noctes duodecim ſeqvuntur. Undecimus Julius appellatur, is binoctio poſt feſtum Petri & Pauli introit, ipſum noctes tredecim comitantur. Duodecimus ſalutatur Auguſtus, is trinoctio poſt feſtum Olafi introit, ipſum noctes qvatuordecim comitantur.

CAP. III.

DE LONGITUDINE MENSIUM.

§. 6.

Docebo jam unde numerus ille noctium oriatur, qvæ menſes comitantur (atqve hæc recenſio menſium major vocatur, ſive Regularium lunæ). Duo ſemeſtria longa ſunt noctes trecentas duodenariè plus qvinqve; menſes vero duodecim numero noctium triceni, exæqvant noctes trecentas duodenariè, at noctes qvinqve ſuperſunt non connumeratæ, qvæ menſem primum comitentur, proinde cycli principio luna qvinta ſit, incunte Sep-

Matthiæ feſtum, qvovis anno communi; ſed anno biſſextili uno die poſtponitur, ergo vulgus diem vigeſimum qvartum Februarii, cum ratione qvadam appellat annum biſſextilem, cum ſedes ibi ſit diei intercalari. Recte etiam vulgo dicitur feſtum anni biſſextilis, cum ſit revera Matthiæ feſtum a ſede viciniſſima diei intercalaris ſumta denominatione.

(4) Ex eo qvod omnes dies anni ſolidi trecenti ſexaginta qvinqve, duodecim menſes

kemur, hann er þrítugur ad náttatali; enda ſkal þad tungl þrítugt er þá var V nátta er hann kom, og verda hans epter V nátta, þá er tungle er lokid, ſkulu þær V filgia October; ſelur September jafnmargar af hendi ſem hann tók vid. October er XXX nætur ad leingd; enn tungl þad er hann tók vid ſkal nótt midur enn þrítugt, og verdur þá tungl tveim nóttum yngra enn mánudurinn, ſelur October af því tveim nóttum fleira af hendi; enn hann tók vid, og filgia af því VII nætur November. Hann er þrítugur ad leingd, og er tungl hans þrítugt, ſelur hann af því jafnmargar nætur af hendi ſem hann tók vid.

7. §.

December tekur vid VII nóttum, hann er nótt meir enn þrítugur; enn hann á nótt yngra tungl enn þrítugt, og koma þær tvær nætur, er mánudurinn er (l) ~~elldri~~ enn tungl vid hinar VII, er hann tók vid, ſelur hann af því IX nætur Januario.

Janua-

(l) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: leingri, *longior*, *concinnius de menſe dicitur*, *qvam* elldri.

ſes tricenarios qvinario excedant; ſive, qvod eodem recidit: ex partitione dierum totius anni per triginta & qvinario reſiduo, intelligi neqvit, cur anno cycli decem novennalis primo, ineunte Septembri; luna ſit qvinta & conſeqventer cur Septembri qvinqve Regulares conveniant. Regulares autem appellant computiſtæ numeros dierum, qvi ſingulorum menſium calendis ſunt affixi; immotiqve conſiſtunt, lunares autem, de qvibus hic ſermo, ſunt numeri dierum, qvi cum Epactis conjuncti ætatem lunæ in calendis menſium exhibent. At ratio vera & genuina continetur in eo ſitu, qvem menſes anni Ægyptiaci habent in anno Romano Juliano, nam Romani ſuum calendarium ab Alexandrinis acceperunt. Ultimo die qvinqve Epagomenarum, menſem ultimum Meſori inſeqventium, in calendario Alexandrino erat luna prima, cui, qvoniam vigeſima octava Auguſti reſpondet, erat etiam hac ipſa die luna prima in calendario Romano, unde ſtatim ſeqvitur calen-

tembri; eſt ille numero noctium tricenarius, cujus etiam luna tricenaria, qvæ ipſo ineunte fuerat qvinta, cujus ideo qvinqve noctes ſuperſunt, lunatione completa; qvæ Octobrem comitentur, ut September, qvot acceperat totidem reddat. October noctes unam & triginta longus eſt, & luna qvam accepit noctium viginti novem ſit, fit igitur luna noctibus duabus menſe junior, & hinc October plus duabus noctibus tradit qvam acceperat, unde ſeptem noctes Novembrem ſeqvuntur. Eſt ille triginta noctes longus, & ſua luna tricenaria, hinc totidem ac acceperat reddit.

§. 7.

December ſeptem noctes adſciſcit, eſt is tricenarius, plus nocte una; & habet lunam nocte una juniorem tricenaria, proinde duæ noctes qvibus menſis lunatione major, reliqvis ſeptem qvas adſciverat accedunt, hinc novem noctes Januario reddit.

calendis Septembribus eſſe qvintam, cum a vigeſimo octavo Auguſti incluſivè ad calendas Septembris etiam incluſivè ſint qvinqve dies, Cyclum vero Epactarum Alexandrini â vigeſima octava Auguſti, at Romani eos imitati, â Septembri inchoarunt. Qvod ſi menſes anni Ægyptiaci in anno Romano Juliano ſitum alium habuiſſent; alii qvoqve Regulares obtinuiſſent in calendario Romano, rectè vero reddita ſtabilitaqve ratione Regularium pro Septembri; ſeqvitur inde legitimè multitudo Regularium menſium omnium cæterorum eo qvidem ratiocinio, qvo utitur author Rymbeglæ. Qvanqvam, ſi dicendum qvod res eſt, *Dionyſius* exiguus conditor calendarii Romani, hac methodo ad cognitionem regularium non pervenit; ſed calendarium Alexandrinum contemplando, obſervavit ſitum menſium anni Ægyptiaci in anno Romano; atqve ita ex calendario Alexandrino Regulares exeerpſit, ita ex. gr. obſervavit anno cycli primo Neomeniam incidere in vigeſimum ſeptimum Phamenoth & inſeqventis Menſis Pharmuthi ſextum, in calendas Aprilis; & hinc concluſit Regulares Aprilis eſſe decem & in calendarium Romanum transſcripſit, vid. apud *Petav.* Libr. 6. cap. 2. Calend. Alex. de doctr. temp.

Januarius er XXXI; enn hann á tungl þrítugt, (verdur) því (ein) nótt ad (mismun tungls og mánadar), (ſelur hann af því X nætur af hendi.) (Þá er Februarius XXVIII ad leingd; enn hann á tungl nótt midur enn þrítugt, og verdur mánudurinn nótt ſkemri enn tunglid,) (og) ſelur hann af því nótt færra af hendi, enn hann tók vid, (og) tekur Martius IX nætur. Enn hann er ein nótt og XXX ad leingd; enn hann á tungl XXX, verdur (þar) mánudurinn nótt leingri enn tunglid, tekur (af því) Aprilis X nætur. (Nú er hann XXX; enn tungl hans nótt midur (enn XXX), (ſelur hann af því nótt fleire af hendi enn hann tæke vid.) Majus tekur XI nætur (og) er (XXX (ad leingd), enn tungl hans (er) XXX, og ſelur hann nótt fleira (af hendi) enn hann tók vid.

8. §.

Junius er XXX (ad leingd), enn tungl hans (er) nótt yngra, (og) ſelur hann af því XIII nætur af hendi; enn hann tók vid XII (nóttum). Julius er XXXI, tungl hans er XXX; ſelur hann af því XIV nætur af hendi. Auguſtus er XXXI, tungl hans er XXIX, (og verda þar tvær nætur ad mismun tungls og mánudar, og) tekur September þá XVI nætur. Nú er komid til móts ſem hófſt, at September hinn fyrri miſſiri, og ſkal at ſlíkum hætti, hver miſſiri, ſem hier (er) talt (af) enum fyrſtu (5), og verdur

(5) Qvia Regulares indicant ætatem lunæ anno primo cycli Epactarum, ſunt autem Regulares Septembris qvinqve; Januarii novem, ergo anno cycli primo, octava die feſti Nativitatis, hoc eſt, calendis Januariis, ætas lunæ qvatuor noctibus excedit ætatem ejus ineunte Septembri; unde per ſolos regulares patet veritas aſſerti authoris, qvoad annum cycli primum, ſi Epactas undecim addas ſigillatim regularibus utriusqve menſis; erit luna anno cycli ſecundo ineunte Septembri decima ſexta; ineunte Januario vigeſima; ergo differentia qvatuor ut ante, & conſeqventer regula etiam vera pro anno cycli ſecundo. Pro anno cycli tertio adde regu-

Januarius conſtat noctibus triginta & una, & lunam tricenariam poſſidet, unde menſis lunationem excedit una nocte, hinc decem noctes tradit. Tum Februarius noctes viginti & octo longus, lunam habet nocte una tricenaria minorem, ideoqve menſis lunatione brevior evadit una nocte, proinde noctes una pauciores ac adſciverat reddit, unde novem noctes Martius adſciſcit. Eſt is noctes unam & triginta longus, & lunam tricenariam poſſidet, hinc menſis lunationem excedit nocte una, proinde decem noctes Aprilis accipit. At eſt ille tricenarius, luna ſua vero nocte una tricenaria minor, ideo noctes plus una reddit, qvam acceperat. Majus undecim noctes accipit, & unam & triginta noctes longus eſt, & luna ſua tricenaria, proinde noctes tradit plus una qvam acceperat.

§. 8.

Junius eſt triginta noctes longus, & luna ſua nocte junior una, qvod igitur noctes duodecim accepit, tredecim reddit. Julius conſtat noctibus triginta & una, at eſt luna ſua nocte junior una; unde qvatuordecim noctes auguſto reddit. Auguſtus eſt unius & triginta noctium ſyſtema, at ſua lunatio viginti novem, hinc menſis lunationem binoctio excedit, unde September ſedecim noctes adſciſcit. Jam ad terminum perventum eſt, a qvo cæptum, ſcil. à Septembri ſemeſtrium primorum, & qvemadmodum hic ſemeſtrium primorum putatio proceſſit, ita pro qvibusvis aliis procedet; proinde octava die

regularibus duplum Epactarum & habebis pro Septembri 27, pro Januario 31, qvia vero ætas lunæ nunqvam excedit triginta, abjectis triginta, remanet pro Januario I. proinde anno cycli tertio fallit regula & ineunte Januario eſt prima, at ineunte Septembri vigeſima Septima. Authoris igitur Regula omnibus annis cycli

verdur tungl fiórum nóttum ellra ávallt enn áttadag Jóla heldur enn þá September kemur.

IV. Cap.

um pacta tölur.

9. §.

Svo verdur talit næst rettu ad tungl hvert (6) hafi geingid hríng sinn, hálfu dægri midur enn LX dægra. Nú þótti óhægra at telia hálfum dægrum enn heilum, og er af því talit annad tunglit elldra, enn annad yngra; enn þó eru öll jafn gömul. Skal ed elldra tunglit hafa XXX nátta (7), enn deigi einum færra; enn ed yngra tungl skal hafa XXX daga, enn nótt einni færri.

§. 10.

---

cycli Epactarum est vera, iis exceptis, qvibus ineunte Septembri, ætas lunæ excedit viginti sex, cum hic sit numerus maximus qvem luna Januaria tricenaria, qvaternario excedere potest, & cum ex regularibus, & Epactis ætas lunæ componatur; fallit regula, si Epactæ anni currentis excedant viginti unam, sic enim qvinqve regularibus adjectis summa superat viginti sex. Ad finem hujus capitis addit Blanda hæc verba: nema þá væri ellra enn, *patet vero aliqvid deficere*, voluit nimirum author Blandæ exceptionem adferre, qvæ igitur ita suppletur: nema þá væri ellra enn XXVI nátta, *nisi tunc luna major sit qvam vigesima sexta.*

(6) Antiqvi astronomi & principes computistarum, qvi calendaria condiderunt, mensem lunæ synodicum juxta motum medium assumserunt dierum viginti novem civilium & duodecim horarum, ad commoditatem calculi omissâ annexâ ratione scrupulariâ, & ut commoditati, & captui vulgi tanto magis consulerent, fictione qvadam adhibita, posuerunt unam lunam tricenariam, sive triginta dierum civilium completorum, qvam plenam appellabant, qvæ igitur lunatio peccat in excessu horis circiter duodecim; alteram insequentem posuerunt viginti novem dierum

die festi Nativitatis ætas lunæ semper erit qvatuor noctibus niajor, qvam fuerat ineunte Septembri.

CAP. IV.

DE NUMERIS EPACTARUM.

§. 9.

Calculus initur proximè verus, lunam qvamlibet sexaginta semidiebus, minus qvadrante circulum suum percucurrisse. Sed qvia difficilius visum, per qvadrantes, qvam semisses diei civilis putare; una luna plena, altera cava putatur, omnes tamen lunationes sunt pares. Luna plena sit noctium triginta & dierum una minus, at cava dierum triginta & noctium una minus.

§. 10.

---

dierum civilium, etiam completorum; qvam cavam dixerunt, qvæqve horis duodecim in defectu peccat. Cæterum posuerunt plenas & cavas constanter alternare, nisi qvatenus hæc alternatio Embolismis qvandoqve impediretur. Errat igitur Author Rymbeglæ, dum statuit lunationem esse semidierum civilium sexaginta sex horis minus, sive dierum civilium viginti novem & octodecem horarum, contra qvod ex veteri Astronomia notum erat, & a primariis computistis receptum. Locum autem Rymbeglæ corruptum esse, minus commodè statuitur, cum in hac scriptione exemplaria omnia conveniant, verum pro hálfu dægri, scribendo: heilu dægri; error corrigeretur.

(7) Has ambages ignorant computistæ primarii, qvas sine dubio veteres Islandi, aut certè recensioris ævi computistæ nonnulli septentrionis secundarii in computum invexerunt, ut lunam plenam dicerent habere noctes triginta, dies uno pauciores; cavam dies triginta, noctes una pauciores, qvam fictionem haud dubiè ideo fecere, qvod noctem diei civilis partem magis principem statuerunt, & hinc lunæ plenæ, qvod præstaret cavæ, triginta noctium prærogativam tribuere, â qva fictione in computo prorsus inutili, satius abstinuissent.

10. §.

Nú eru á XII mánudum XXX^{um}, XII tunglfyllar, og yrde þá jafndriugt ef öll tungl væri prítug. Enn af því at aunnur VI eru prítug, enn aunnur VI,) nótt midur; þá verda mánudirnir VI nóttum leingri, og skal þær nætur filgia láta hinum V, er í tveim missirum urdu umfram XXX^{um}. XII, og verda þad alltsamann XI nætur. Þær XI heita Pactar, skulu þær koma vid á hverium missirum vit þad er hin fyrri missiri var talid. Svo sem (m) ádur var: at í upphafe tungls er V nátta tungl er September kemur; enn þann annann (8) vetur koma XI vid þær V, og er af því XVI nátta tungl annann vetur alldar þá er September kemur, koma þá enn XI vid þær XVI, og verdur þá tungl XXVII, enn þridia vetur alldar er September kemur; þá koma enn XI vid, og verda alls átta ens fiorda tugar. Nú skal þar fella nidur XXX, enn þær VIII nætur er umfram eru, þær hefur September þá er enn fiórdi vetur alldar kemur.

11. §.

Þær XXX nætur er nidur eru felldar er tunglfylling heil, og heitir þad nytungl, kemur þad ed fyrsta í ölldina enn þridia vetur alldarennar, sem nú var ádur talt, þad ár eru XIII tungl med XII mánudum, og heitir þad Embolismus. Enn þau ár er XII tungl filgia med XII mánudum, heita Communes. Enn þridia vetur er tungl VII nátta og XX, er September kemur og

(m) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: Svo sem ádur var talit: at í upphafi tungl-alldar, *scil. supra putatum est: ineunte cyclo lunari, quod rectius.*

(8) De vocabulo *hyemis*, ut supra de vocabulo *noctis*, nihil opus hic monuisse, qvod synec-

§. 10.

At duodecim menſibus tricenariis, duodecem lunationes complentur, & hæ illis æqvarentur, ſiqvidem omnes lunæ tricenariæ forent. Atqvi ſex aliæ ſunt triceuæ, ſex aliæ nocte juniores; ſyſtema menſium ſex noctibus excedit ſyſtema lunationum, qvæ cæteris illis jungantur, qvibus gemina ſemeſtria exceſſere duodecim menſes tricenos. Proinde ex his omnibus undecim noctes conflantur, qvæ Epactæ ſalutantur, & ſingulis binis ſemeſtribus ſuperadduntur iis, qvæ præcedentibus computatæ fuerant. Scil. ſupra dictum eſt initio lunationum qvintam eſſe lunam ineunte Septembri. At hyeme ſecunda illis qvinqve undecim accedunt, & proinde ſecunda hyeme cycli ineunte Septembri, luna eſt decima ſexta, qvibus ſedecim, etiamnum ſuperaddendis undecim, tertia hyeme cycli ineunte Septembri luna fit vigeſima ſeptima, qvibus viginti ſeptem adhuc additæ undecim, conficiunt ſummam noctium triginta & octo, unde triginta ſubtractis. Octo reliqvas habet September ineunte anno cycli qvarto.

§. 11.

Triginta noctes omiſſæ conficiunt lunationem ſolidam, cujus luna novitia vocatur, & hyeme cycli tertia cyclum primo ingreditur, ſicuti jam mox ſupra putatum. Anno illo menſes duodecim habent lunas tredecim, qvod Embolismus nominatur; ſed anni illi qvibus duodecim menſes lunæ duodecim comitantur, Communes dicuntur. Tertia hyeme cycli, ineun-

ſynecdochicè pro anno ſolido accipiatur, cum hæc ſynecdoche jam antiqvitus uſurpata apud ſcriptorem Romanum argenteæ ætatis, *Martialem* reperiatur. Nam ſextam peregit hyemem, dixit Martialis.

og svo October; enn IX nátta og XX, er November kemur og December. Enn einnrar nætur er Januarius kemur.

12. §.

Nú verdur ad aungvo getid þess tunglsins, (9) er á millum verdur þess er af himn var talid Decembris tungls, og þess er eirnrar nætur ~~var~~ er, þá er Januarius kom, og er þad hans tungl. Enn þad tungl er þar er á millum, hefur aungvann mánud, og heitir þad nytungl, og er þad XXX ~~nátta~~ dust ad leingd, og falla þar tvö XXX samann, annad nytungl; enn annad Januarius tungl, ávallt skal nytungl haſa aungvann mánud til sín ~~hafa~~, og verda en nyu tungl VII alls í XIX vetra ölld; enn III vetur alldar og enn VI, enn VIII og XI, og XIV og XVI og XIX, þau tungl skulu ~~vera~~ dust ávallt XXX.

13. §.

Enn fiorda vetur koma XI nætur vid þær VIII er hann tók, verda þad XIX alls, ~~er~~ er tungl so gamallt er September kemur enn (n) fimta vetur. Þá koma enn XI nætur vid, og eru þad XXX nátta, er tungl so gamallt er September kemur enn VI vetur, og er þad hans tungl er þá er af himn talid er hann kemur; (10) enn þad er nytungl er þar kemur næst, og lykst þad (o) tvem nóttum fyrr enn November kemur, tungl er þad tveggia nátta er, þá November kemur, þad skal hans tungl.

14. §.

(n) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá: enn siötta vetur; *sed omnino male.*

(o) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: og lykst þann dag er October kemur, *& calendis Octobribus finitur, quod rectius. Addunt etiam:* Enn þad er hans tungl er þar kemur næst, og lykst þad tveim nóttum fyrr enn November komi: *Est autem Octobris luna quæ proxime, sequitur, & binoctio ante Novembrem incuntem finitur.*

te Septembri & Octobri, luna eſt vigeſima ſeptima; Novembri & Decembri vigeſima nona; prima vero Januario ineunte.

§. 12.

Verum nulla ratio habetur ejus lunæ, qvæ media inter lunam Decembris ac ipſo ineunte, cælo diſparuiſſe putatur, & illam, qvæ ineunte Januario prima, Januaria cenſetur; hæc autem intermedia luna, menſi nulli tribuenda, novitia vocatur, triginta noctes longa; ut duæ tricenariæ conjungantur, una novitia, altera Januaria. Nulla novitia luna menſem unqvam adſciſcat; per cyclum decennovennalem lunæ novitiæ fiunt in univerſum ſeptem: nimirum hyeme cycli tertia, ſexta, octava, undecima, decima qvarta, decima ſexta & decima nona, qvæ ſemper plenæ ſunto.

§. 13.

Hyeme qvarta cycli undecim noctes ad illas octo qvas accepit accedunt, qvarum ſumma fit novemdecim, id ætatis eſt luna, hyeme cycli qvinta, Septembri veniente, tum etiammum undecim adjiciuntur; unde noctes triginta conſiunt, ergo id ætatis eſt luna hyeme cycli ſexta Septembri ineunte. At Septembri tribuenda luna illa, qvæ de cælo diſparuiſſe putatur, ipſo veniente. Eſt vero novitia illa luna, qvæ tum proximè ſeqvitur qvæ binoctio ante Novembrem ineuntem finitur; luna, qvæ Novembri ineunte, ſecunda, ipſi tribuitur.

(9) Vult Author dicere nullam eſſe rationem habendam lunæ novitiæ, hoc eſt ipſam nulli menſi tribuendam eſſe, qvæ ſecundo Septembris cæpta in fine menſis exſpirat, inter lunam Decembris deſinentem & incipientem Januarii intermedia, qvem ad modum in ſeqventibus ſe mox clarius explicat.

(10) Secundus embolismus qvarto nonarum Septembris incipit, & calendis Octobribus exſtingvitur.

14. §.

Nú koma þá enn XI nætur vid þau miſſiri, og ſkulu þær XI filgia September þá er hann kemur, enn VII vetur alldar. Þá koma enn XI nætur vid og eru þad alls XXII nætur, tekur September ſo margar enn VIII vetur alldar og ſo October. Enn November og December XXIV nætur, enn Januarius XXVI, ſkal þad tungl telia af himni enn XII dag Jóla. Enn þad er (11) nytungl, er eirnrar nætur er enn XIII dag Jóla; lykſt þad tveim nóttum eptir Kyndilmeſſu; enn þad er Februarius tungl, er Agathu meſſu er einnrar nætur. Nú hafa þar fallid ſamann tvö XXX náttá; nú er tungl XXVII nátta er Februarius kemur (p), þviad ávallt ſkal Februarius tungl XXX, þá er hlaupár er, enn nótt midur ella (q) (12).

15. §.

(p) Blanda. Enn þá telia Pactar XXVI nátta jafnt ſem þá er Januarius kom; enn þad verdur því ad eins rett ef hlaupár er þann vetur.

(q) Nú er eigi hlaupár enn VIII vetur alldar, þá ſkal tungl vera XXV nátta þá er Martius kemur, og er þá kallad ad liugi Pactar, þá eru þeir XVII inne þann vetur. Enn liuga þeir þann vetur í öllum enum yngrum tunglum upp þadann frá, og ſkiptir um Februarius tungl eitt, hvert ſem hlaupár er edur eigi.

(p) *Tunc autem Epactæ vigeſimam ſextam putant, parem, ineunte Januario, Januariæ; id quod ea ſola conditione rectum ſit, ſiquidem annus currens ſit biſſextilis.*

(q) *Jam vero annus cycli octavus currens biſſextilis non eſt, ergo tunc ineunte Martio, luna ſit vigeſima quinta, proinde Epactæ tunc fallere dicuntur. Illa hyeme ſeptemdecem exiſtunt Epactæ, at abinde illa hyeme, quoad omnes lunas cavas fallunt, & luna Februaria mutationem introducit, ſive ſit annus biſſextilis ſive communis.*

(11) Fallitur Dominus Author Rymbeglæ & vetus calendarium Julianum non ritè inſpexit, vel intellexit, dum ſtatuit anno cycli octavo, lunam feſto Epiphaniæ primam

§. 14.

Adhuc ſemeſtribus illis undecim noctes accedunt, qvæ hyeme cycli ſeptima, Septembrem ineuntem ſeqvantur, accedentibus etiamnum undecim viginti duæ noctes confiunt, proinde octava hyeme cycli totidem adſciſcunt September & October. At November & December viginti qvatuor, ſed Januarius viginti ſex: cujus luna die feſti Nativitatis duodecima, ſilens putatur. Luna vero feſto Epiphaniæ prima, exiſtit Novitia, & binoctio poſt feſtum Purificationis denaſcitur. At luna feſto Agathæ prima, eſt Februaria, ibi vero duæ lunæ tricenariæ convenere; jam ineunte Februario luna eſt vigeſima ſeptima, nam anno biſextili, luna Februaria ſemper plena ſit, alioqvin cava.

§. 15.

---

primam Embolimæam ſive ut ipſe loqvitur, Novitiam eſſe. Nam incluſivè a numero aureo VIII, qvi ſexto Januarii adſcriptus, ad eundem qvarto Februarii adſcriptum excluſivè ſunt dies viginti novem tantum, unde ſeqveretur hanc lunam Embolimæam eſſe cavam, contra legem computiſtarum univerſalem, qvæ jubet, ut omnis luna Embolimæa plena ſit. Unde mirari ſubit qvomodo circa hunc Embolismum author deceptus ſit, cum tertius hic Embolismus ſecundo Nonarum Martiarum inſeratur; & ſecundo Nonarum Aprilium finiatur, id qvod ex inſpectione calendarii manifeſtum; nam incluſivè ab aureo VIII, qvi qvarto Februarii appoſitus, ad eundem ſexto Martii adſcriptum excluſivè, ſunt dies triginta; & rurſus ab hoc incluſivè adeundem excluſivè qvinto Aprilis adſcriptum etiam dies triginta. Ergo duæ lunæ plenæ hic conjunguntur, qvod infallibilis in calendario Embolismi character, qvarum poſterior, qvia in Aprili terminatur, eſt Embolimæa, cum Aprilis luna debeat eſſe cava. Idem authoritate *Bedæ* computiſtæ primarii confirmatur, qvi in tractatu de Embolismis ſic loqvitur: Tertius Embolismus ſecundo Nonarum Martii, qvando ſeptemdecim Epactæ ſunt, inſeritur, & in ſecundo Nonarum Aprilis finiens trigeſimam lunam facit, & in Ephemeride tertium Embolismum ſecundo Nonas Martias inſeri docet.

Porro ſtatuit Author Rymbeglæ, lunam, qvam facit Embolimæam binoctio poſt feſtum Purificationis, qvod in ſecundo Februarii fixum, finiri; vult ergo illam qvarto Februarii exſtingvi; at Februariam ponit, qvæ Agathæ feſto, qvod

in

15. §.

Tungl ſkal VII nátta og XX þann vetur þá er Aprilis kemur, og ſvo þá er Majus kemur. Enn Pactar telia þá VIII nátta og XX (13) þá liuga Pactar; enn þá ſkal IX nátta og XX er Junius kemur, og ſvo (ſkal þá er) Julius kemur, (14) þá telia Pactar

---

in qvinto Februarii fixum, prima ſit. Sed utrumqve falſum, qvandoqvidem omnis editio veteris calendarii Romani caſtigata, numerum aureum VIII qvarto Februarii habet adſcriptum, & ex theoria calendarii adſcribendum eſſe demonſtrari poteſt; at veræ forent Authoris Aſſertiones; ſi qvinto adſcriptus eſſet. Unde liqvet cur in hunc errorem inciderit; nimirum habuit aliqvod calendarium minus accuratum, in qvo aureus VIII qvinto Februarii fuit appoſitus, ſic enim duas plenas in calendario ſuo vidit conjunctas, unam ſcil. Januariam ſemper plenam & in qvinto terminatam. Alteram Epiphaniâ naſcentum, & qvarto Februarii denaſcentem, qvarum hanc poſteriorem ſtatuit Embolimæam & hinc eſt qvod tandem ſubjungat: duas plenas ibi conveniſſe.

(12) Tunc Epactæ vigeſimam ſextam putant, videlicet lunam Februariam in calendis Martiis, qvam feſto Agathæ primam poſuit; non autem alteram illam priorem, qvam calendis Februariis vigeſimam ſeptimam dixit & Embolimæam poſuit, ex qvo inſigni Authoris errore prius demonſtrato, profluxit hic alter, qvod Februario tribuat lunam illam, qvæ in ipſo qvidem naſcitur, at in Martio denaſcitur, contra legem receptam computiſtarum, qvæ jubet ut menſi tribuatur ea luna, qvæ in ipſo denaſcitur, non autem altera qvæ in ipſo naſcitur. Hanc lunam e ſua mente Februariam & juxta calendarium ſuum Nonis Februariis naſcentem, dicit eſſe anno tantum bisſextili in calendis Martiis vigeſimam ſextam. Rectè qvidem ita, ſiqvidem veritati conſentaneum eſſet, numerum aureum VIII, Nonis Februariis adſcribendum eſſe, ſic enim anno communi luna Februaria, exeunte Februario, foret vigeſima qvarta & in calendis Martiis vigeſima qvinta; at anno bisſextili vigeſima qvinta & calendis Martiis vigeſima ſexta, qvemadmodum calendis Januariis, Januaria. Atqvi numerus aureus memoratus, re vera ſecundæ Nonarum Februariarum, in omnibus caſtigatioribus editionibus calendarii eſt adſcriptus: qvovis anno communi exeunte Februario, luna eſt vigeſima qvinta, & calendis Martiis vigeſima ſexta, qvemadmodum etiam Epactæ putant, nam ſi Epactæ ſeptemdecim anno cycli octavo convenientes, cum Regularibus Martii novem componantur; ſumma fit viginti ſex. Et, qvoniam anno bisſextili

§. 15.

Ea hyeme cycli Aprili & Majo ineuntibus luna sit vigesima septima, tunc autem Epactæ vigesimam octavam putant; at Epactæ fallunt. Verum Junio & Julio ineuntibus, luna vigesima nona

---

tili numeri aurei, ut in secunda parte Rymbeglæ, explicabitur, uno loco in Februario descendunt: idem anno etiam bisextili verum erit; & consequenter contra sententiam authoris Rymbeglæ, universaliter verum, lunam in calendis Martiis esse vigesimam sextam. Interim tamen ex falso authoris Embolismo qvæ dixit, legitimè sequntur. Ex eodem fonte erroneo manavit qvod addit Blanda: nimirum anno cycli octavo existente communi; lunam in calendis Martiis esse vigesimam qvintam & consequenter Epactas fallere, supponit enim cum Rymbegla, numerum aureum VIII Nonis Februariis adscriptum.

(13) Tum Epactæ viginti octo putant: hoc ad Majum solum referendum, non ad Aprilem, ut calculum Epactarum in calendis Majis fallere velit Author & â Calendario dissentire; nam Regulares mensis Maji 11, ad Epactas 17 anni cycli octavi additi producunt 28, id est, computus Epactarum indicat lunam in calendis Majis vigesimam octavam, cum Calendarium indicet vigesimam septimam; aureus enim VIII qvinto Aprilis adscriptus, indicat ipsam illo die primam & ultimo vigesimam sextam & consequenter calendis Majis, vigesimam septimam. Hujus rei causa est, qvod Embolimæa luna, de qva mox supra dictum, præter ordinem inserta sit in Martio, unde plenarum & cavarum alternatio perturbata, nam qvæ Martii sexto incipit, cum cava esse deberet, & Aprilis tertio terminari, ut fiat Embolimæa; plena constituitur & qvarto Aprilis terminatur, unde numerus aureus VIII, dum construeretur Calendarium, a qvarto ad qvintum Aprilis descendit, ideo ista luna non Aprili tribuitur sed nullius mensis est. Qvo fit ut luna, qvæ qvinto Aprilis nascitur & tertio Maji denascitur Aprili tribuatur & cava sit, cum dies qvartus Aprilis, lunationi Embolimeæ plenæ constituendæ, additus, in sequenti sit ademtus, unde sequitur, in fine mensis non nisi vigesimam sextam & calendis Majis vigesimam septimam esse, qvæ sine Embolismo illo tertio vigesima octava fuisset juxta computum Epactarum.

(14) Tum Epactæ perperam putant: hoc non ad Juniam sed Juliam lunam referendum: Nam aurens numerus VIII, ob tertium Embolismum etiam uno die, scil. â secundo ad tertium Junii in Calendario descendit, qvia luna secundo Junii denata, ob plenarum & cavarum ordinem Embolismo perturbatum fuit plena, cum

cava

tar nú rángt, þviad þeir telia XXX. (Þá) skal tungl eirnrar nætur, þá er Augustus kemur, þá er lokid því áre, er (þad) tungl er farid, og verdur þriggia nátta tungl enn IX vetur, þá er September kemur.

16. §.

(r) Enn tíunda vetur alldar;) þá koma enn XI vid(á þessum missirum), verdur (þá) tungl (hálfþrítugt) er September kemur,) enn ellefta vetur, og svo October; enn XXVII nátta, þá er þeir koma November og December; XXIX, þá er Januarius kemur, og er þad nytungl; en þad er kemur enn tíunda dag Jóla, telium vier hans tungl, og lyktast þad Brigidar messu; enn Februarius tungl kemur Kyndilmessu, og telia Pactar þad XXIX nátta er Martius kemur. Enn þad verdur þviad eins rett, ef (þad er) hlaupár, (15) (enn) ellegar liuga þá Pactar, og skal tungl þá vera XXVIII nátta

(r) Exempl. Biörns á Skardsá og Blanda leggia til: Þá koma enn XI vid(á þeim) missirum, og verdur XIV nátta tungl þá er September kemur, *tunc etiamnum illis semestribus accedunt undecim, & ineunte Septembri fit luna decima quarta; quod recte additur cum alias hiatum in recensione committat Rymbegla.*

---

cava esse deberet. Nam lex Computistarum est, ut omnis mensis imparis ordinis habeat lunam plenam; paris ordinis cavam, consequenter luna tertio Junii nascens & secundo Julii denascens cava fit & calendis Juliis vigesima nona; cum per calculum Epactarum trigesima fit, cum, si tredecim regulares Julii, cum Epactis septemdecim componantur, triginta confiant, cujus discrepantiæ ratio in dicto Embolismo tertio continetur, si quis autem hæc distincte capere velit, Calendarium diligenter inspiciat, quod nisi intuearis in caligine versaris.

(15) Anno cycli undecimo duæ lunæ plenæ conjunguntur, quarum prior quarto Decembris nata, secundo Januarii exstingvitur; posterior, tertio Januarii nata, calendis Februariis denascitur, harum priorem *Beda* in Opere Computistico facit

 Em-

nona ſit, tum etiammum Epactæ perperam putant, cum tricenariam putent, tum Auguſto ineunte luna prima ſit, qva luna ſilente, annus hic ad umbilicum eſt perductus; & anno cycli nono ineunte Septembri ſit luna tertia.

§. 16.

Hyeme cycli decima; his ſemeſtribus adhuc undecim accedentes, faciunt lunam vigeſimam qvintam ineunte Septembri & Octobri, anno cycli undecimo; & Novembri Decembriqve ineuntibus, vigeſimam ſeptimam, Januario veniente vigeſimam nonam, qvæ Novitia. Lunam autem illam qvæ die feſti Nativitatis decima naſcitur, Januariam putamus, qvæ feſto Brigidæ denaſcitur. Verum luna Februaria feſto purificationis Mariæ naſcitur, qvam ineunte Martio Epactæ vigeſimam nonam putant; at id ea ſola conditione verum, ſiqvidem annus currens ſit biſextilis; alioqvin Epactæ fallunt; proinde luna, qvam

Embolimæam. Alii Computiſtæ recentiores etiam primarii, qvi de Calendario reformando ſcripſerunt, poſteriorem ſtatuunt Embolimæam, Bedæ ſententiam amplectitur Author Rymbeglæ, qvæ inde a condito Calendario per multa ſecula in uſu fuit. Ergo ſi juxta Bedam prior Embolimæa ſtatuatur; per legem imparitatis & plenitudinis inſeqvens luna Januaria plena qvoqve ſtatuitur, qvia vero in calendis Februariis terminatur, eo reſpectu legi cavitatis & paritatis ſimul adverſatur, cum lunatio in menſem Februarium ordine parem deſinens cava eſſe deberet, hinc numerus aureus XI, dum Calendarium conſtrueretur, a calendis Februariis ad qvartum Nonarum deſcendit, & conſeqventer luna, ſecundo Februarii naſcens, in hoc Caſu Embolismico Februaria, anno communi in fine menſis ſit vigeſima ſeptima, & calendis Martiis vigeſima octava; at anno biſextili tantum, in fine menſis vigeſima octava & calendis Martiis vigeſima nona, qvod indicat calculus Epactarum, cum, ſi Regulares Martii novem, cum Epactis anni undecimi viginti componantur; viginti & novem producantur. Qvod ſi poſterior Embolimæa cum recentioribus Computiſtis ſtatuatur; Embolismus tertio Januarii iniens

nátta er þeir telia XXIX, (og) þá skal XXX tungl er Aprilis kemur, enn einnrar nætur er Majus kemur; fer þá ad enum sama hætte sem endrarnær, verdur tungl VI nátta er September kemur enn XII vetur alldar.

17. §.

Þá eykst enn ellefu nóttum vid, og verdur þá tungl XVII nátta er September kemur enn XIII vetur; þá koma enn XI vid, og verdur þá tungl XXVIII nátta er September kemur XIV vetur, og svo er October kemur, enn XXX er November kemur; og svo telia Pactar ad XXX sie tungl er December kemur (16), og er þad nytungl. Enn Januarius tungl kemur enn VII dag Jóla. Fer þadann frá enn ad rettu Pacta tali, og er tungl IX nátta er September kemur enn XV vetur. Þá koma enn vid XI þau missiri, er tungl XX nátta er September kemur, enn XVI vetur; fer þann vetur ad rettu Pacta tali, verdur þá lokid Augustus tungli er hann kemur. Enn þad er nytungl er þá kemur, og lyktast þad ad nidurlage mánadarens.

18. §.

---

iniens & calendis Februariis desinens lunationem, qvam alioqvi oporteret esse cavam, plenam facit, & hinc ut ante liqvet numerum aureum XI; a calendis ad secundum descendisse, utra igitur Embolimæa statuatur, dissensus calculi Epactarum a Calendario pariter producitur.

(16) Addit Blanda: tum Epactæ fallunt, & ineunte Decembri luna prima sit. Uno respectu ratio qvædam suberat hæc omittendi, ut fecit Author Rymbeglæ, alio respectu ratio suppetebat adferendi, ut fecit Author Blandæ. Septem Regulares Decembris additi ad Epactas viginti tres, anni cycli Epactarum decimi qvarti, conficiunt triginta, consequenter in calendis Decembris indicant lunam trigesimam, cum vero aureus XIII secundo Novembris sit adscriptus, & Embolismus qvintus ibi insertus in calendis Decembris finiatur & tricenarius sit; luna illa

Epactæ vigesimam nonam putant, vigesima octava tunc esto; tunc etiam Aprili ineunte, luna sit tricenaria, Majo, prima. Tum etiam dum res ut alias procedit, & anno cycli duodecimo, luna erit sexta, ineunte Septembri.

§. 17.

Adhuc undecim noctes adjectæ faciunt lunam decimam septimam, anno cycli decimo tertio, ineunte Septembri. Rursus undecim accedentes reddunt vigesimam octavam, anno cycli decimo qvarto, ineunte Septembri & Octobri, at trigesimam Novembri; atqve Decembri ineunte Epactæ lunam trigesimam putant, qvæ Novitia. Verum luna Januaria, die septima Festi Nativitatis nascitur. Abinde etiamnum juxta rectum calculum Epactarum, putatio procedit, & hyeme cycli decima qvinta ineunte Septembri est luna nona, his semestribus adhuc undecim adjectis, hyeme decima sexta, ineunte Septembri est luna vigesima; illa hyeme juxta rectum computum Epactarum res procedit, tunc Augusto ineunte sua lunatio exspiravit; Luna vero tunc nascens est Novitia & exeunte mense denascitur.

illa Embolimæa ineunte Decembri est trigesima & consequenter eatenus Epactæ cum Calendario consentiunt. Attamen, cum numerus aureus XIII calendis Decembribus sit appositus; lunam illam Embolimæam non plenam sed cavam, & ineunte Decembri primam, indicare videtur, & consequenter calculus Epactarum hoc respectu a Calendario dissentit. Est autem hoc phænomenon veteris Calendarii Romani prorsus singulare & simul vitiosum, ut Clavius in theoria Calendarii Romani demonstravit cap. 9., & prolixè edisseruit *Petavius* libr. 6. cap. 7. T. 1. de Doctrina Temp. Adhæc intellectu difficile, ut rationes phænomeni non satis capiant nisi in theoria Calendarii multum versati; qvare hic merito ejus explicatio omittitur.

18. §.

Enn XVII vetur er tungl eirnrar nætur er September kemur, þá koma vid þau miſſeri XI, og verdur tungl XII nátta, er September kemur enn XVIII vetur. Þá koma vid XI, og verdur tungl III nátta og XX, er September kemur enn XIX vetur, og ſvo er October kemur, enn hálfþrítugt er November kemur og December; enn VII nátta og XX, er Januarius kemur(s) (17). Enn þad er einnrar nætur er enn XII dag Jóla, er Januarius tungl og lykſt Blaſius meſſu; þad er Februarius tungl er þar kemur næſt, og telia Pactar þad VII nátta og XX þá er Martius kemur. (18) Enn þá liuga þeir nema hlaupár ſie, þvíad tungl ſkal vera VI nátta og XX þá er Martius kemur; enn XXVIII er Aprilis kemur og ſvo þá er Majus kemur (19). Enn Pactar liuga þá, og telia IX nátta og XX: enn þrítugt þá er Junius kemur; einnrar nætur þá er Julius kemur, enn þriggia þá er

(s) Exempl. Biörns á Skardsá og Blanda leggia til: og er þad nytungl, *& luna illa eſt novitia; quod rectius.*

(17) Circa ſextum Embolismum Author Rymbeglæ cum Calendario conſentit, qvi qvarto Nonarum Auguſti inſertus, ſecundo calendarum Septembrium exſtingvitur. Verum circa ſeptimum Embolismum rurſus a Calendario aberrat, qvi tertio Nonarum Martiarum inſertus, tertio Nonarum Aprilium terminatur, nam antecedens lunatio tertio Nonas Februarias iniens & qvarto Martias exſpirans, eſt plena, qvæ, cum in Martium ordinis imparis menſem deſinat; ex lege imparitatis & plenitudinis Martio rectè deputatur, & conſeqventer inſeqvens lunatio, legi paritatis & cavitatis adverſa, juſto jure a Computiſtis primariis Embolimæa ſtatuitur. Luna vero octavo Iduum Decembrium nata & ſecundo Nonas Januarias denata ab Authore Rymbeglæ perperam Embolimæa ſtatuitur, cum nullus hic adſit Embolismi character, lunationibus in Calendario contiguis exiſtentibus cavis. Unde qvid Authorem deceperit non capio, niſi fortaſſe idem illud vitioſum fuerit Calendarium, qvod ipſum ſupra circa tertium Rymbeglæ Embolismum anno cycli octavo decepit, in qvo aureus VIII Nonis Februariis & conſeqventer

§. 18.

Verum hyeme cycli decima ſeptima, ineunte Septembri eſt prima luna; his ſemeſtribus undecim noctes ſuper additæ, hyeme cycli decima octava, veniente Septembri lunam duodecimam faciunt; tunc undecim noctes accedunt, proinde luna ſit vigeſima tertia, hyeme cycli decima nona, Septembri & Octobri ineuntibus, at vigeſima qvinta Novembri & Decembri; vigeſima ſeptima Januario. Luna vero die Feſti Nativitatis duodecimo, prima, eſt Januaria & feſto Blaſii exſtingvitur, luna tum proximè ſeqvens eſt Februaria, qvam ineunte Martio, vigeſimam ſeptimam Epactæ putant. Tunc autem fallunt, niſi annus currens ſit biſextilis; nam ineunte Martio luna ſit vigeſima ſexta, verum Aprili & Majo ineuntibus vigeſima octava; tunc autem Epactæ fallunt & vigeſimam nonam putant. Verum Junio veniente tricenaria ſit, Julio, prima; Auguſto, tertia. Tunc

---

qventer aureus proximè præcedens XIX, ſecundo Nonarum ſuit adſcriptus; ſic enim luna Nonis Januariis nata, & tertia Nonas Februarias denata ſit tricenaria; & cum dicat lunationem hanc feſto Blaſii finiri, qvod in tertia Nonarum fixum, ex ipſius Authoris verbis manifeſtum eſt, aureum XIX in Calendario ipſius ſecundæ Nonarum adſcriptum fuiſſe.

(18) Qvod circa ætatem lunæ ineunte Martio anno cycli ultimo Epactæ fallant, falſo aſſeritur, qvi error ex altero illo falſo Embolismo profluxit, & refutatur ut ſupra (12).

(19) Hæc Epactarum fallacia ad Majum ſolum eſt referenda: Nam Regulares Maji undecim additi Epactis octodecim conficiunt viginti novem, unde ſecundum Epactas calendis Majis, luna eſt vigeſima nona; ſed Calendarium vigeſimam octavam facit, qvia Embolismus tertio Nonas Martias iniens, & tertio Nonas Aprilis deſinens, lunationem tricenariam plenamqve fecit; cum per legem paritatis & cavitatis, cava eſſe deberet; & conſeqventer numerus aureus XIX uno die in Calendario deſcendit, & luna, qvarto Aprilis prima, in fine menſis ſit vigeſima ſeptima, & calendis Majis vigeſima octava, cum, niſi hic Embolismus introiiſſet, ſecundum Epactas vigeſima nona fuiſſet.

er Auguſtus kemur (20). Þá telia Pactar nótt ærna, þviad þeir telia þá XXX Julius tungl ſem endrarnær; enn Auguſtus tungl verdur þá VIII nátta og XX.

V. Cap.

UM TUNGLHLAUP.

19. §.

Nú þiker ſvo talt, jafnvel þá er nótt er færra í þeim tveim tunglum, enn í hverium tveimur annara, ad heldur ſieu bæde (talinn) enn ærne tungl; heldur enn annad ſie (ed) elldra (tungl); enn annad nótt ærna enn vera eigi, þad heitir Saltus lunæ, þad er Tunglhlaup (21). Þad ber til tunglhlaups, ad í Pacta tölu er

(20) Qvatuordecim Regulares Auguſti, octodecim Epactis additi conficiunt triginta duo, & abjectis triginta, duo reſidui indicant lunam in calendis Auguſti ſecundam; ſed tricenarius abjectus lunam Juliam tricenariam ſive plenam eſſe, qvalis ſemper eſſe debet, cum menſis Julius ſeptimus, impari loco ſit, & hinc per legem imparitatis & plenitudinis ejus luna plena, qvalem etiam Calendarium indicaret, niſi lunæ ſaltus in diem trigeſimum incideret, qvi diſſimulandus & a lunatione ſubtrahendus, ipſam una die minuit & præter ordinem cavam reddit, ut in omnibus Calendariis, qvi Alexandrinam ordinationem ſeqvuntur, numerus aureus XIX trigeſimo Julii ſit adſcriptus, qvi ſexto menſis Meſori, in Calendario Alexandrino reſpondet, ubi Alexandrini ſaltum lunæ poſuerunt; & hinc eos imitati Romani trigeſimo Julii adſcripſerunt. Falſum eſt igitur & Theoriæ Calendarii & ſaltus lunaris contrarium, qvod aſſerit Author Rymbeglæ, Epactas lunam nocte juniorem putare; ſiqvidem hoc ad lunam Juliam referri velit, cum dicere potius debuiſſet Epactas nocte ſeniorem putare qvam Calendarium putat, uno die per ſaltum a lunatione ſubtracto. Qvod ſi vero ad lunationem Auguſti referri velit, tolerari qvodam modo poteſt, cum fortaſſe Calendarium aliqvod habuerit, in qvo aureus XIX non trigeſimo Julii, uti par erat; ſed trigeſimo primo fuit appoſitas & in Auguſto non vigeſimo nono, uti multa Calendaria habent, ſed vigeſimo octavo adſcriptus. Sic enim a lunatione Auguſti, qvam cavam

Tunc Epactæ nocte juniorem putant, cum lunam Juliam ut alias tricenariam putent; tunc autem Augusti luna sit vigesima octava.

CAP. V.

DE SALTU LUNÆ.

§. 19.

Verumeninvero, licet geminæ illæ lunæ, a qvibusvis aliis geminis contiguis, nocte una deficiant: præstare visum est, utramqve putare Juniorem, qvam ut una sit nocte senior, altera junior, qvam oporteat; Id qvod Saltus lunæ vocatur. Saltus lunæ ex eo oritur, qvod per computum Epactarum tum nasci luna putetur, cum adhuc inter limbum suum & solis spatium

---

vam esse oportuit, dies unus præter ordinem & omnem consvetudinem fuit subtractus, nt nisi vigesima octava non fieret; fit vero etiam per saltum lunæ, ut tres cavæ in Calendario continuentur, Junia, Julia & Augusti lunæ; verum in numero aureo XIX collocando, magna est Calendariographorum varietas, qvæ igitur id effecit, ut Augusti lunæ dies tantum viginti octo Author tribueret. Qvod si in Rymbegla abesset particula conjunctiva, Þvíad, qvam tamen exemplaria omnia manuscripta habent: ad ætatem lunæ in calendis Augusti referretur Authoris assertio: tunc Epactæ nocte juniorem putant; per Epactas enim ut supra dixi; luna in calendis Augusti est secunda, cum per Calendariam tertia sit. Nam propter saltum, ubi luna Julia trigesima dici debebat, ibi dicitur Augusti prima, & consequenter in calendis Augusti sit tertia.

(21) Saltum lunarem in qvo revera formaliter consisteret, Author Rymbeglæ non intellexit, & hinc circa Rationem & Causam ejus reddendam, toto cælo aberravit, illud eqvidem Authori concedendum, accuratas luminarium conjunctiones cyclica methodo & computo Epactarum inveniri haud posse. Nec unqvam veteres Computistæ principes & Ecclesiæ id curarunt, sed mediis conjunctionibus contenti erant, ea saltim præcisione & accuratione, qvæ per Calculum Epactarum poterat obtineri; qvæ rarissimè tanta fieri potest, ut ambo luminaria cadant in lineam

er þá talid tungl komi; er hiá ber nockud jadar þeſs hiá ſólarjadri; enn þá er farid kallad er jafnfram ber jadrana tungls og ſólar. Enn ſól er miklumeiri enn tungl, og verdur ſú ſtund nockur, er jafnfram fara þau bæde; ſafnaſt ſú ſtund saman af hverju tungla mote, til uns þad verdur tveggia dægra leingd á XIX vetrum, og verda þeim tveim dægrum, en ſiduſtu tungl, alldar Skemri enn hver tvö aunnur þau er næſt ſtandiſt.

VI. Cap.

um pactana.

20. §.

Nú hefſt aunnur tunglölld enn (22) Auguſtinus meſſu um hauſtid, og er þá V nátta tungl er September kemur; og ſer ad ~~enum~~ ſama hætti hver ölld ad annari, ſem nú er tynt um enn fyrſtu. 21. §.

---

lineam rectam ad limbum alterutrius ductam ab oculo ſpectatoris terreſtris; ſive, qvemadmodum Author populariter loqvitur, qvin adhuc ſpatium aliqvod intercedat inter limbos, qvod ſpectator terreſtris eqvidem videret, ſiqvidem luna ſub ſole conſtituta, ſe conſpiciendam præberet; hinc autem id minimè ſeqvitur, qvod Author intulit: Nimirum ipſum conjunctionis tempuſculum â temporibus Syzygiarum mediarum excludendum eſſe, qvibus utuntur Computiſtæ. Verum mens ac intento Computiſtarum ea fuit; ut, licet veras & exactas conjunctiones non curarent; tamen aberrationes per ſe invicem compenſarentur. Scil. ut qvantum in una vel pluribus Syzygiis in defectu peccatum fuiſſet; tantundem in totidem ſeqventibus in exceſſu peccaretur, atqve ita exceſſus & defectus tandem prorſus vel propemodum ſe deſtruerent; verum Author Rymbeglæ vult omnes aberrationes per totum cyclum in exceſſu fieri, & exeunte cyclo ab anno lunari auferri; qvo demonſtravit ſe mentem Computiſtarum & Calendarium in hac materia nunqvam intellexiſſe; pauciſſimis igitur rem expediam: ſaltus lunaris non eſt aliqvod phænomenon & ſymptoma motus lunaris in cælo, ſive in ſe ſpectati, ſive cum motu ſolis comparati; ſed eſt potius phænomenon & ſymptoma ſitus numerorum aureorum in vetere Calendario Alexandrino, & qvod ex eo tanqvam fonte, hauſtum fuit, Romano, cum *Dionyſius* exiguus Eccleſiæ Romanæ Computiſta primarius,

tium aliqvod intercedit; tum autem ſilens dicitur luna, dum limbi ſui & ſolis conjunguntur. Sed qvia ſol eſt longè major luna; temporis aliqvantum effluit, interea dum ambo conjuncti feruntur, qvod ex ſingulis conjunctionibus colligitur in ſummam, donec annis XIX duos ſemidies civiles confecerit, qvibus duæ ultimæ cycli lunationes breviores evadunt aliis ſingulis binis conterminis.

CAP. VI.

DE EPACTIS.

§. 20.

Cæterum incipit cyclus lunaris ſecundus feſto Auguſtini tempore autumnali; & ineunte Septembri eſt luna qvinta. Proinde, qvemadmodum de cyclo primo jam recenſitum; ita cyclo qvolibet qvemlibet excipiente res procedet.

rius, Alexandrinos ſcrupuloſè imitaretur. Sed originem ex eo traxit qvod Computiſtæ principes Alexandrini, elegantiæ cauſa legem hanc univerſalem tulerunt: omnis Embolismus in Calendario tricenarius eſto, unde ſtatim manavit hæc altera: omnis luna Embolimæa eſto plena; ſed per naturam & motum ſideris ſex tantum erant plenæ, ſeptima cava, ſeu noctium viginti novem, hinc factum eſt, ut unus dies contra naturam & motum ſideris in annum lunarem & Calendarium intruderetur, qvi conſeqventer alio loco rurſus erat eximendus. Adhoc Alexandrini ſextum menſis ultimi Meſori elegerunt, cui in anno Romano trigeſimus Julii reſpondet, hujus ergo luna ex plena fiebat cava, cum dies trigeſimus transſiliatur, & hinc qvaſi ſaltus qvidam committatur, qvi ſaltus lunæ dicitur. Hinc etiam evenit, ut tres cavæ præter ordinem in Calendario continuarentur. Sed Alexandrinorum & Romanorum hoc inſtitutum vitio non carebat, cum ſaltus ille magnas in Calendario turbas fecerit uti clare oſtendit *Petav.* Libr. 6. Cap. 8. Tom. 1. de Doct. Temp. & alibi.

(22) Feſtum Auguſtini fixum eſt in vigeſima octava Auguſti, qvæ ultimæ Epagomenarum in anno Ægyptiaco reſpondet, hinc Alexandrini præciſè initium cycli Epactarum capiebant, Romani vero non hinc præciſè; ſed a calendis Septembris incipiebant.

21. §.

Enn fyrſta vetur alldar ſkulu aungver vera Pactar, ſkal þá ſo tungl vera gamalt, ſem Regulares telia hvern mánud; enn ~~þeir~~ telia September V, October V, November VII, December VII, Januarius IX, Februarius X, Martius IX, Aprilis X, Majus XI, Junius XII, Julius XIII, Auguſtus XIV.

22. §.

Enn þá er hefſt annar veturinn; þá koma vid Pactar XI, ſkulu þeir XI filgia hverium †mánudi þau miſſiri, verdur þá tungl XX nátta er Januarius kemur; nú fer ad ~~þeim~~ jama hætti um alla öllldina. Þeſs koſtar ſkal Pacta telia, og filger ſin tala hverium vetri (23). I. Eingi Pacti, XI Pactar, XXII Pactar, III Pactar, XIV Pactar, XXV Pactar, VI Pactar, XVII Pactar, XXVIII Pactar, IX Pactar, XX Pactar, I Pacti, XII Pactar, XXIII Pactar, IV Pactar, XV Pactar, XXVI Pactar, VII Pactar, XVIII Pactar.

VII.

(23) Diagramma dextræ paginæ duas continet tabulas verſu vacuo verticali ſeparatas, qvarum ſiniſtima eſt tabula Epactarum, cujus verſus ſiniſtimus continet annos cycli Epactarum, dextimus Epactas, annis cycli in eodem verſu horizontali reſpondentes. Dextima tabula exhibet ætatem lunæ per totum cyclum Epactarum in calendis Menſium; verſus ſupremus horizontalis continet regulares lunæ ſive ætatem lunæ anno cycli primo in calendis Menſium, ſecundus horizontalis, anno cycli ſecundo & ſic conſeqventer. Singuli verſus verticales continent ætatem lunæ in calendis Menſis, cujus nomen ſupra ſcriptum, reſpondentem anno cycli Epactarum, in tabula ſiniſtima reſpectu oculi intuentis.

Eſt autem uſus tabulæ hujusmodi: ſi ætatem lunæ in calendis Menſis alicujus Stylo veteri ſcire deſideres; qvære primo numerum aureum, ſive annum cycli decemnovennalis, & ſi de Septembri, Octobri, Novembri, Decembri qvæſtio ſit, a numero aureo invento ſubduc unitatem, qvo facto Calendarium cum tabula conſentire deprehendes. Sume ſecundo menſem de qvo eſt qvæſtio,

in

§. 21.

Prima hyeme cycli Epactæ nullæ sunto, proinde tunc temporis luna id ætatis esto, qvod Regulares mense qvovis numerant; numerant autem Septembri V, Octobri V, Novembri VII, Decembri VII, Januario IX, Februario X, Martio IX, Aprili X, Majo XI, Junio XII, Julio XIII, Augusto XIV.

§. 22.

Verum hyeme secunda ineunte, accedunt undecim Epactæ, qvæ semestribus illis singulos menses comitentur, fit igitur luna vigesima Januario ineunte; proinde per totum cyclum res hoc modo procedet. Epactæ hoc modo numerantur, qvæ singulæ singulos annos comitantur:

A.C.	Epa.		Sep.	Oct.	No.	De.	Jan.	Feb.	Mar.	Apr.	Maj	Jn.	Jul.	Au.
1	0		5	5	7	7	9	10	9	10	11	12	13	14
2	11		16	16	18	18	20	21	20	21	22	23	24	25
3	22		27	27	29	29	1	2	1	2	3	4	5	6
4	3		8	8	10	10	12	13	12	13	14	15	16	17
5	14		19	19	21	21	23	24	23	24	25	26	27	28
6	25		30	30	2	2	4	5	4	5	6	7	8	9
7	6		11	11	13	13	15	16	15	16	17	18	19	20
8	17		22	22	24	24	26	27	26	27	28	29	30	1
9	28		3	3	5	5	7	8	7	8	9	10	11	12
10	9		14	14	16	16	18	19	18	19	20	21	22	23
11	20		25	25	27	27	29	30	29	30	1	2	3	4
12	1		6	6	8	8	10	11	10	11	12	13	14	15
13	12		17	17	19	19	21	22	21	22	23	24	25	26
14	23		28	28	30	30	2	3	2	3	4	5	6	7
15	4		9	9	11	11	13	14	13	14	15	16	17	18
16	15		20	20	22	22	24	25	24	25	26	27	28	29
17	26		1	1	3	3	5	6	5	6	7	8	9	10
18	7		12	12	14	14	16	17	16	17	18	19	20	21
19	18		23	23	25	25	27	28	27	28	29	30	1	2

VII. Cap.

UM (24) VIKNATAL.

23. §.

Ef þú villt vita föstu inngánga; þá eru þar mörg atferli jafnrett til. Þessi eru rett atferli: tungl það er kemur ~~næst~~ eptir XIII dag Jóla, hvert það er nær hönum eda fiær, það skal telia X nátta gamallt hvern vetur þann, er ei er hlaupár, enn XI nátta ef hlaupár er; sá dagur heitir Termins dagur. Það er merki dagur, er tungl er X nátta eda XI, nú hvern dag er merki dagur verður í viku; skal Drottins dagur sá vera ad Níu vikna föstu, er næstur er eptir það sem merkidagurinn ber; Ef merkidagurinn verdur Drottinsdag; þá skal Níuvikna fasta koma viku sídar, skal það ed yngra tungl ávallt, nema hlaupár sie, er sá merkidagur stendur á.

24. §.

Tungl það er þar kemur næst eptir (25) skal tveggia nátta ef ei er hlaupár; enn þriggia ef hlaupár er, til merkidags til sex

in fronte tabulæ, & numerum aureum sive annum inventum, in columna sinistima tabulæ Epactarum, & in proselide sive communi angulo habebis ætatem lunæ, ex. gr. Anno cycli decimo volo scire qvota sit luna in calendis Januariis. Igitur in versu sinistimo tabulæ Epactarum sumto numero 10; in eodem versu horizontali versus dextram pergo ad verticalem, in cujus area suprema est Januarius, & invenio lunam in calendis Januariis decimam octavam. Si pro Septembri qværas ætatem lunæ, habebis decimam qvartam, cum qvo in Calendario consentire deprehendes non ipsum aureum X, sed proximè minorem IX. Tabula hæc, qvam ex opere *Petav.* de doctr. temp. libr. 6. cap. 26. Tom. 1. desumsi, ipse vero transcripsit ex opere Computistico Campani, ideo Rymbeglæ pulchrè inseri videbatur, qvod rectè intellecta, uno intuitu oculis spectanda præbet omnia, qvæ hactenus Author disseruit, nam in fronte tabulæ sunt Regulares lunæ, qvos capite

CAP. VII.

DE COMPUTO SEPTIMANARUM.

§. 23.

Si jejuniorum introitus scire velis; multæ dantur Methodi æqvè rectæ hos indagandi. Hæ sunt Methodi legitimæ: luna Epiphaniam proximè seqvens, sive plus, sive minus ab ea distet, anno qvovis communi decima, bissextili, undecima putetur, illa dies in qvam incidit, Terminalis vocatur; proinde luna illa, decima vel undecima, est Characteristica. Sed in qvamcunqve feriam inciderit Characteristica: esto Dominica Septuagesimæ, qvæ Characteristicam proximè seqvitur. Qvod si Characteristica sit Dominica; jejunium sexagesimale septimana post introito. Luna illa qvam offendit dies Characteristica, cava semper esto; nisi annus currens sit bissextilis.

§. 24.

Luna tum proximè seqvens, anno communi secunda; bissextili tertia, esto Characteristica jejunii qvadragesimalis. Proinde

---

pite secundo recensuit, capite tertio eorundem rationes reddidit; secunda columna horizontalis repræsentat ætatem lunæ in calendis, anno secundo cycli; tertio, tertio, qvarta, qvarto &c. usqve ad columnam infimam & annum cycli ultimum, circa qvæ prolixè recensenda versatur Caput qvartum, singuli versus verticales oriuntur per continuam additionem Epactarum 11. ad numerum proximè superiorem, abjecto semper tricenario, si ipsum excedat. Ex. gr. Si ad Regulares Septembris vel Octobris addas 11; prodeunt 16, additis rursus 11; 27 additis adhuc 11. fiunt 38. & abjectis 30, remanent 8. &c.

(24) Blanda rectius appellat Terminatal; non enim qvot hebdomadæ, sed qvotæ sint lunæ characteristicæ festorum principalium putatur.

(25) Si ad lunam decimam qvartam Paschalem in Casu Paschatis citimi, currente numero aureo XVI addas lunationem antecedentem Martiam; confiunt dies qvadraginta

sex vikna föstu. Skal því enn að því hófi fara talann, sem til
12 b † níu vikna ~~föstu~~ var ádur kent, nema því að eins skal hlaupár
hier skipta tölunne, ef merkidagurinn verdur fyrir hlaupárs
stadinn; Enn tveggia nátta skal merkidag, þótt hlaupár sie, ef
hann er eptir Matthias dag, þad skal ávallt ed elldra tungl vera.

25. §.

Tungl þad er þar kemur næst, heitir Páskatungl, þad skal
yngra XIV nátta vera merkidag til Páska, skal þad ei vera eöra á Pá-
skadag, enn XV nátta, og ei ellra enn einnrar nætur og XX,
yngra og skal þad vera ed eöra tungl ávallt. Þá skal þad tungl er
næst kemur ~~vera~~ XX nátta ~~til~~ merkidags til gagndaga, og ve-
† 13 ra ed ellra tungl. Merkidagar skal til hvítudaga, þá tungl er
fiögra nátta, og er þad hid eöra (t) enn V Drottinsdag, og ei
ellra enn XI nátta.

VIII.

(t) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá og Blanda: Skal þad ey yngra enn V nátta Drottinsdag, og eigi ellra enn XI nátta, *quæ die Dominica non sit minor qvinta, nec major undecima; qvod rectius.*

---

ginta qvatuor, unde sex hebdomadis subductis, binarius residuus ostendit lunam anno communi secundam, & ad binarium accedens unitas facit anno bisextili tertiam, die Saturni ante Qvadragesimam, cum, si a Paschate exclusivè numeres sex hebdomadas, observando anno communi literam Dominicalem D; at anno bisextili E, in mense Februario; reperies in casu priori, Qvadragesimam incidere in octavum; in posteriore in nonum Februarii; consequenter anno communi luna secunda, bisextili tertia, est Characteristica Qvadragesimæ, cum numerus aureus XVI sexto Februarii sit adscriptus. Verum in Casu Paschatis remotissimi, ad lunam vigesimam adde lunationem præcedentem plenam, & obtinebis summam dierum qvinqvaginta, unde sex septimanæ subductæ, relinqvunt lunam octavam die Saturni ante Qvadragesimam; qvam, uti prius â Paschate per Dominicalem

inde hic eo modo calculus ſubducendus venit, ac de Jejunio ſexageſimali ſupra declaratum, niſi qvod annus biſſextilis eâ ſolâ conditione Computum immutabit, ſi dies Caracteriſtica locum anni intercalaris antevertat. Verum die Characterica, licet annus currens ſit biſſextilis, luna ſecunda ſit, ſiqvidem feſtum Matthiæ ſeqvatur, qvæ luna ſemper eſto plena.

§. 25.

Luna huic immediatè ſuccedens Paſchalis audit, qvæ qvarta decima diem characteriſticam Paſchatis occupabit, die Paſchatis non ſit minor decima qvinta, non major vigeſima prima, & ſemper cava, tum luna hanc immediatè excipiens eſto vigeſima, die characteriſtica luſtrationum, nec non plena. Die characteriſtica Pentecoſtis ſit luna qvarta, eademqve cava; qvinta vero die Dominica ſit undecima.

CAP.

---

nicalem C in antecedentia numerando, in decimam qvartam menſis Martii incidere deprehendes; & ſenario ab octo ſubducto, ipſa qviuqvageſima, lunam characteriſticam ſecundam eſſe, ſive ſit annus communis ſive biſſextilis, cum numerus aureus VIII ſexto Martii ſit adſcriptus, dies vero intercalaris jam in Februarii vigeſimo qvarto anteceſſerit, & conſeqventer â Paſchate in antecedentia putando ad Qvadrageſimam, anno biſſextili nulla contingat literæ Dominicalis mutatio, ergo ut Author ſtatuit, Dies intercalaris, lunam characteriſticam ante ſe, anno communi facit ſecundam, biſſextili tertiam, verum poſt ſe, ſemper ſecundam, ſive ſit annus communis, ſive biſſextilis. Ex his Caſibus Paſchatis citimi & remotiſſimi concludere licet, univerſaliter eſſe Veram Authoris Regulam de luna Characteriſtica Qvadrageſimæ; qvæ, cum in Martium ſemper terminetur, exceptis tribus Embolimæis, qvæ in Aprilem finiuntur, ex lege imparitatis & plenitudinis ſemper eſt plena, conſeqventer univerſaliter verum erit, omnem lunam Characteriſticam Qvadrageſimæ plenam eſſe.

VIII. Cap.

UM MISSIRISTAL, ISLENDSKT.

26. §.

missari

Þad er Miſſiristal ad tvö miſſiri heitir ár, þad er vetur og ſumar. Skal ſumar ei koma nær Mariu meſſu ~~um~~ föſtu ~~heldur~~ enn (u) XVII nóttum eptir, og ei fyrr enn einnri nótt og XX, og ſkal enn fimtidagur viku vera fyrſtur í ſumre. Þadann ſkulu ~~vera~~ XIII vikur og þriár nætur til midſumars, og er Drottinsdagur fyrſtur í midiu ſumre. Sumar má ei Tyrri koma, enn fyrer Palmadag, og ~~verdur þad~~ ei ſídar enn á annari viku eptir (v) Páſker. Frá ſumarmálum ſkulu vera vikur ſex til fardaga, ſkal fimtudagur vera fyrſtur í fardögum, og eru þá fiorar vikur til alþíngis.

§. 27.

Ymbrudaga ſkal um hauſt halda ávallt V viku (26) hvern dag ſem Crucis meſſa verdur í viku, nema hun ſie þvottdag eda

(u) Exempl. med hendi Biörns á Skardsá: enn XV nóttum eptir, *qvindecim noctibus poſt.* Blanda: XIV nóttum eptir, *qvatuordecim noctibus poſt.*

(v) *Utrumqve Exempl.* annari viku eptir Páſkaviku, *hebdomada ſecunda poſt hebdomadam Paſchalem; harum autem regularum examen alibi inſtituetur.*

(69) Qvando de motu Corporis in circulo vel orbita in ſe redeunte ſermo eſt, novam hanc locutionem nuper in Matheſin & Phyſicam & ſimul in lingvam Latinam introduxit Vir Summus *Leonhardus Euleruſ*: moveri Corpus in hunc vel illum ſenſum, vel in ſenſum oppoſitum, vid. ipſius Theor. Corp. Rigid. (§. 315.), tibi Gallicum Idioma imitatum ſe profitetur, & de Corpore qvod in Orbita qvacunqve in ſe redeunte movetur dici incommodè, qvod in hanc vel illam plagam moveatur, cum plaga directionem fixam innuat; corporis vero in orbita in ſe redeunte moti directio omni momento mutetur. Sed locutionem hanc latinam: in

eſt tamen revera illa ipſa dies, qvæ anni præcedentis primordialis dies Solis ſalutabatur.

§. 92.

Qvod ſi vero ſcire deſideres qvotâ horâ diei cujusqve naſcatur luna & nôſce geſtias, in qva parte circuli percurrendi verſetur: nomina tempuſculorum qvæ Puncti appellantur, tenebis; Punctus autem, ſi unum ſit. Qvorum longitudo prodit, ſiqvidem orbem qvem luna percurrit, id eſt, qvem emetiendo circa terram circuitum integrum abſolvit, in centum partes dividas: & omnes æqves inter ſe: qvælibet earundem punctus vocatur.

§. 93.

Qvin etiam alterum Cyclum annorum novemdecim exiſtere ſcias, qvi anno qvarto Cycli illius capit exordium, qvi antea tibi notus Cyclus decemnovennalis audit; is autem, qvem jam callere debes, Cyclus lunaris ſalutatur. Anno primo Cycli hujus omnes dies anni usqve ad diem illam qva naſcitur luna qvam reqviris, præteritos numera, qvi numerus ſiqvidem ſexagenarius ſit vel minor; totidem punctos a Cardine orientis in ſenſum ſolarem putabis, terminus vero, in qvo exſpirat hic numerus, indicat locum in qvo naſcitur luna. Qvod ſi dies anni plures ſexaginta fluxerint, abjecto ſexagenario, adhibe reli-

R 2 *qvum.*

in ſenſum ſolis vel in ſenſum ſolarem, ad amuſſim exprimit, hoc adverbium lingvæ Norvegicæ: ſólarſinnis, item andſælis, in ſenſum ſolari oppoſitum. Cum itaqve ſcirem ab Authore Claſſico Leonhardo Eulero in lingvam Latinam hanc locutionem introductam eſſe; haud dubitandum duxi ſólarſinnis: vetere in ſenſum ſolarem, licet enim de motu ſolis proximè & immediatè non loqvatur Author, tamen juxta ſolis in cælo viam eſſe numerandum innuit; pari ergo ratione andſælis in §. ſeqventi vertam: in ſenſum ſolari oppoſitum; cum locutionibus aliis ad has ideas exprimendas ſatis aptis deſtituatur lingva Latina.

þad er umfram er. Af því skaltu á braut kasta LX, ad tungl kviknar í þeim hluta hríngsins ávallt, er umkringer enn sydra hlut hríngsins frá austri til vesturs.

94. §.

Enn tungl, þá er þad kviknar, er þad á bak sólunne litt; tungl hefur þad eitt liós er þad tekur af sólunne, vex so liós þess, sem þad fyrrist sólina, uns þad stendur jafnt á móti henni; enn þad vex hvern dag fiora puncta frágángandi sólunne; enn eptir XV daga þá stendur þad á móti sólunni.

95. §.

Enn mörk þau er fyrr voru nefnd; þau XII standa umhverfis himininn, eitt heitir Aries, annad Taurus. Enn ef þú villt þad vita í hverju marki tungl dvelst á hverium degi; þá vittu þad ad sól geingur í nytt mark XIV nóttum fyrer Calendas dag hvers mánadar, svo köllum vier enn fyrsta dag í mánudi. Enn er í því marki sídann, sem fyrr var sagt XXX daga og X hore; þá skaltu adhyggia hve gamallt tungl er, enn svo marga daga sem tungl hefur alldur, þá tel þú hvern þeirra yfir IV puncta; enn V puncti eru í hverju marki því er hora heitir; enn horæ eru II í því marki er ádur nefndum vier Aries, og ödrum slíkum.

96. §.

Enn þar er þú finnur eirn dag, þá tel þú þar IV puncta; enn ef þú finnur tvo, þá tel þú VIII puncta, og far þú svo, uns þú hefur XXX puncta, þá er tungl hálft vaxanda. Enn ef þú finnur LX, mun þad vera fullt; enn ef þú finnur XC, mun vera hálft þverránda; enn ef þú finnur hundrud, þá mun

vera

qvum. Verum ſexaginta ſunt abjiciendi, eo qvod luna ſemper in ea parte Circuli Zodiacalis naſcitur, qvæ ab ortu occaſum verſus, partem auſtralem orbitæ lunaris ambit.

§. 94.

Cæterum luna dum naſcitur pone ſolem paulum eſt conſtituta, & id ſolum luminis habet, qvod mutuatur a ſole; itaqve prouti removetur a ſole, lumen ſuum capit incrementâ, donec ſoli diametraliter opponatur. Verum a ſole recedens qvovis die qvatuor punctorum capit incrementum, poſt dies qvindecim ad oppoſitionem cum ſole pervenit.

§. 95.

Verum ſigna illa duodecim ſupra memorata cæto orbiculatim inſiſtunt, qvorum unum Aries, ſecundum Taurus appellatur &c. Qvod ſi nôſce geſtias in qvonam ſignorum illorum qvovis die luna commoretur; ſcias ſolem novum ſignum ingredi decimo qvarto calendas menſis cujusqve, qvo nomnie menſis diem primum ſalutamus. At abinde in hoc ſigno uti ſupradictum, dies triginta & horas decem commoratur. Tunc attende qvota luna ſit & dies ætatis lunaris qvatuor punctis multiplica. Signum autem ſingulum qvod hora vocatur punctos qvinqve continet; horas vero duas ſignum, qvod ſupra Arietem appellavimus & alia ſimilia.

§. 96.

Verum ſi in ætate lunari diem unum invenies, qvatuor punctos numerabis; ſi duos, octo, putabis, & ſic procede, donec triginta punctos obtinebis, qvare tunc luna creſcens erit dimidiata. Si ſexaginta reperies, pleniluniumerit; nonaginta repertis, erit luna decreſcens dimidiata; cento autem reperto, ſo-

vera allt ſamann ſól og tungl. Enda hvert þú finnur fleyri eda færri puncta, þá tel þú X yfer hvert mark himins andſælis frá ſólunne; enn ſól kemur í þad mark er Aries heitir XV Calendas Martii. Enn þegar þad fyrſta árid lidur þá minſtu þeirra V daga, er umfram eru um CCCLX, og tel þá vid ed efra árid. Enda er ſvo ávallt, hvergi er vetur er alldarinnar; þá tel þú fyrer hvern vetur V daga, enda lát þá töla ſtanda fyrr enn þú telur daga árſins, enda far ſvo allri tölunne, ſem ádur var kent þier, og minſt þeſs, ad þá er LX verda eda minna, ſkaltu hafa; enn kaſta á braut ef fleira verdur.

97. §.

Enn ef þú villt vita tíder, þá er Seculum meſt tyda, er ſtendur frá upphafi heims til enda veralldar. Ætas heitir ein af ſex ölldrum heims. Annus heitir ár; Menſis, mánudur; Hebdomada, vika; Dies, dagur; Nox, nótt; Hora, tolftungur dags; Punctur, fimtungur horæ; Pars, þrídiungur puncti; Momenta, XL í horam eina; Atomi, XLVII (70) í momentum eitt, ſú er minſt tala.

98. §.

Enn ef þú villt vita hvern þú ſkallt halda Jóladag enn fyrſta, þá hygg þú ad hve marger Concurrentes ſieu þad ár (71); enda ef

(70) Perperam hic dicitur atomos qvadraginta ſeptem conſtituere unum momentum, nam uncia hic omittitur, qvæ duodecim unum momentum conſtituunt, ſed atomi qvadraginta ſeptem unam unciam, uti ſupra (§. 80.).

(71) Utrovis Cyclo Concurrentium inſpecto eidem literæ ſolitariæ, eundem Concurrentium numerum conſtanter reſpondere videbis, ita literæ F congruere vides Concurrentem I, E, II, D, III, & ideo qvota qvælibet litera eſt ab F ordine retro-

lis & lunæ conjunctio celebratur. Qvare ſive plures ſive pauciores punctos inveneris, cuivis ſigno cæleſti in ſenſum ſolari oppoſitum, decem annumerabis; ſol autem ſignum qvod Aries audit, decimo qvinto calendas Martias ingreditur. At anno primo elapſo, qvinqve dierum illorum, qvi ſuper trecentos & ſexaginta excurrunt, recorderis, & anno inſeqventi annumeres. Hoc autem modo generaliter procede, & qvotacunqve exſtiterit hyems Cycli, pro qvavis hyeme qvinqve dies putabis, qvem numerum, donec dies anni numerâris, reſerva, hoc vero, qvem ſupra edoctus es modo, univerſum calculum continua, & recordare: ſi ſumma ſexagenario par ſit vel minor, ipſam adhibe, ſin autem excedat, abjice ſexaginta.

§. 97.

Verum ſi tempora nôſce velis: maximum temporum omnium eſt Seculum, qvod a mundi principio ad finem perdurat. Sex periodorum mundi una qvævis audit Ætas. Annus dicitur ár; *menſis*, mánudur; *hebdomada*, vika; *dies*, dagur; *nox*, nótt; *hora, pars duodecima diei; punctum, pars horæ qvinta; pars, triens puncti; momenta qvadraginta conſtituunt horam unam; atomi qvadraginta ſeptem, unum momentum, qvod tempuſculum eſt omnium minimum.*

§. 98.

Qvod ſi nôſce geſtias, qvam feriam occupet dies in Feſto Nativitatis prima, qvot eo anno ſint Concurrentes attende: ſi unus

---

retrogrado, tot ſunt Concurrentes. Et cum in Cyclo Concurrentium priore ordo literarum ſit ipſe Dominicalium ordo; ſeqvitur, qvota qvælibet Dominicalis eſt

ef einn er Concurrens, þá ſkal Jóladagur enn fyrſti vera midvikudag; enn ef II eru Concurrentes, þá ſkal enn V dag viku Jóladagur vera enn fyrſti, og ſkal ſvo fara um alla vikuna, ad ef V eru Concurrentes, þá ſkal Drottinsdag Jóladagur vera. Enn ef þú veiſt eigi hvad marger Concurrentes eru (72), þá tak þú ſvo marga ſem dagur ſá er ad tölu, er næſta Mariu meſſa er um vorid (3k); enn ef þú villeſt um (73) Páſka Pacta, taktu ad

(3k) *Codex de Computo ex No.* 624. leggur til: Ef hun er á Mánudag, þá er eirn; enn ef hun er á Laugardag, þá eru VI; enn ef hun er á Drottinsdag, þá eru VII Concurrentes. *Si Mariæ Feſtum incidat in diem Lunæ, erit Concurrens unus; ſi in diem Saturni, erunt ſex; ſi in diem Dominicam, erunt ſeptem Concurrentes.*

F	I
E	II
D	III
C	IV
B	V
A	VI
G	VII

ordine retrogrado, tot eſſe Concurrentes. Cæterum Concurrentes cum literis reſpondentibus e tabula Cycli Concurrentium, priori excerpti hocce parvulo diagrammate repræſentantur, his ergo præmiſſis; facile explicatur Authoris aſſertio: ſi Concurrens unus ſit, diem Feſti Nativitatis primam cadere in feriam qvartam, qvæ cum in vigeſimo qvinto Decembris fixa ſit, & literam hebdomadalem B adſcriptam habeat; ſeqvitur vigeſimæ ſecundæ adpoſitam eſſe hebdomadalem F, qvæ ſi Concurrens unus ſit, Dominicalis erit. Igitur a vigeſimo ſecundo ad vigeſimum qvintum putando, incides in feriam qvartam. Si duo ſint Concurrentes, erit Dominicalis E, vigeſimo primo Decembris adſcripta, inde ad vigeſimum qvintum numerando in feriam qvintam incides. Si tres ſint Concurrentes; Dominicalis D obtinebit, vigeſimo Decembris adſcripta, a qvo ad vigeſimum qvintum putando, feriam ſextam offendes; & ſic de cæteris.

(72) Hæc etiam regula computiſtica, qvæ primo intuitu apparet ſatis paradoxa, ex parvulo Schemate Concurrentium in nota præcedenti ſic breviſſimè explicatur: Cum Mariæ Feſtum in vigeſimo qvinto Martii fixum conſiſtat & adſcriptam habeat literam G Schematis ultimam, & a vigeſimo qvinto ad decimum nonum incluſivè literæ conſiſtant aſcendentes eo ordine, qvo in Diagrammate deſcendunt, ſeqvitur ſtatim: ſi Dominicalis ſit F vigeſimo qvarto adſcripta, cui reſpondet Con-

unus; dies prima Festi Nativitatis, feriam qvartam; sin autem duo; qvintam occupabit. Atqve hac ratione per totam septimanam procede, donec, si Concurrentes fuerint qvinqve, prima dies Festi illius in diem solis incidat. Si vero qvot sint Concurrentes ignores, qvotam feriam occupat illo vere Festum Mariæ Annunciationis, totidem sume. Qvod si vero circa Epactas Paschales aberres, sume juxta ætatem ejus lunæ, qvæ anno proximo

---

Concurrens I, occupare Mariæ Festum diem lunæ, h. e. feriam a Dominica primam, ergo sicut Concurrens I; ita sedes Mariæ Festi feria prima; si Dominicalis E, vigesimo tertio adscripta, cui Concurrentes conveniunt II; incidet Mariæ Festum in diem Martis, feriam a Dominica secundam, consequenter, uti Concurrentes II; ita sedes Mariæ Festi feria secunda. Qvod si Dominicalis A, decimo nono adscripta, cui Concurrentes respondent VI; Mariæ Festum diem Saturni occupat, feriam a Dominica sextam; ergo sicut VI Concurrentes; ita sedes Festi Mariæ feria sexta. Deniqve existente Dominicali G, decimo octavo & vigesimo qvinto adscripta, cui Concurrentes conveniunt VII, ab octava decima exclusivè putando ad vigesimum qvintum inclusivè feriam septimam obtinebis, ergo sicut VII Concurrentes; ita sedes Mariæ Festi feria septima, & sic de cæteris. Verum circa hanc regulam animadvertendum, exclusivè ab illa die, cui adscripta Dominicalis in consequentia usqve ad vigesimum qvintum Martii semper esse putandum. Non tamen, si dicendum qvod res est; Mariæ Festum in vigesimo qvinto Martii fixum hac præ cæteris omnibus in Calendario locis gaudet proprietate & prærogativa; sed omnia in Calendario loca, qvibus adscripta litera G, si modo ipsam in eodem mense literæ sex cæteræ præcedant, usqve ad literam A inclusivè, idem præstabunt, cum per totum Calendarium idem obtineat literarum hebdomadalium ordo. Qvamobrem circa singula ista loca eadem methodo procedendo, idem omnino obtinetur. Ergo regula generaliter sic enunciatur: si anni currentis Concurrentes neglexeris; a die qvovis mensis cujusvis, cui adscripta litera G inclusivè, ad Dominicam proximè præcedentem exclusivè numerabis & multitudinem Concurrentium obtinebis. Ergo claritas solennitatis Mariæ in vigesimo qvinto Martii consistentis veterum Computistarum oculos & attentionem in se convertit, ut hunc præ cæteris omnibus in Calendario locum ad regulam eligerent.

ad tungls alldri þeim ſem eptir Benedictus meſſu er næſta ár. Þá er Adam var ſkapadur, þá voru Concurrentes VII, enn Pactar XV. Enn þadann frá voru til Noa MCCLXII ár.

---

(73) Qvoniam antiqvi Computiſtæ in Eccleſia primitiva Romana, annum eccleſiaſticum a menſe Paſchali exordiebantur, ita ut anno Cycli decemnovennalis primo decima qvarta Paſchalis, in qvintum Aprilis incideret, & in Martii vigeſimum tertium, Paſchalis prima, cui in Calendario adſcriptus aureus I, & conſeqventer anni antecedentis ultima luna, vigeſimo ſecundo eſſet trigeſima: apparet ipſos Cyclum Epactarum Paſchalium (qvæ ſic dicuntur qvatenus ad methodum Paſchalem in Calendario adhibentur) ſic occepiſſe, ut anno Cycli hujus primo reſponderent Epactæ triginta, h. e. tricenario abjecto, Epactæ o. Qvare, qvoniam Cyclus ita occeptus erat, ut anno ejus primo, currente numero aureo I eſſent Epactæ o; ſtatim conſeqvebatur, anno Cycli ſecundo, currente aureo II, fore Epactas

proximo Feſtum Benedicti inſeqvitur. Cum Adam crearetur fuere Concurrentes ſeptem, at Epactæ qvindecim. Sed abinde ad Noam fluxerunt anni MCCLXII.

Epactas II; at aureus II duodecimo Martii eſt appoſitus, a qvo incluſivè, ad vigeſimum ſecundum etiam incluſivè dies undecim putantur pro Epactarum numero; ſed Feſtum Benedicti vigeſimo primo adhæret, ergo annis Cycli primo & ſecundo verum eſt multitudinem Epactarum ætati lunari parem eſſe, die Feſtum Benedicti inſeqvente, ſive Martii vigeſimo ſecundo. Sed idem etiam annis Cycli cæteris omnibus pariter veritati conſentaneum eſſe patebit periculum facienti. Qvare, ſi anni currentis Epactas neſcias; ante Feſtum Benedicti in Calendario, qvære numerum aureum in Martio vel etiam ſi opus, in Februario aſcendendo ad vigeſimum primum incluſivè, cui adſcriptus aureus I, ſolum aureum XII, poſt Feſtum Benedicti, diei proximo vigeſimo ſecundo appoſitum accipe, & qvotam lunam vigeſimo ſecundo inveniſti, totidem anni currentis Epactas ſume.

FINIS PRIMÆ PARTIS RYMBEGLÆ.

RYMBEGLA.

II. PARTUR
UM FINGRA RYMID.

HIER HEFUR UPP FINGRA RYM.

I. Cap.

UM NIDURSETNING MÁNADANNA OG GILLINITALSINS Á FINGRUNUM.

1. §.

Þeſsi eru mánada heite: Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Auguſtus, September, October, November, December.

Januarium ſkal nidurſetia (a) (1) á midjuncturu Auricularis vinſtri handar og þar Martium; Februarium og Aprilem

(a) *Codex de Computo ex No.* 624: Januarium ſkal nidurſetia á midium Puncto Annulari vinſtri handar; *h. e. Januarius in medio Puncto Annulari ſiniſtræ collocetur. Sed malè, nam depravatus eſt locus.*

---

(1) 1) Facta diſpoſitione numerorum aureorum in digitis, qvæ in ſeqventi paragrapho exponetur, diſpiciendum erat, unde pro ſingulo menſe putatio eſſet inchoanda, & conſeqventer ab eo articulo, extremo vel condylo occipiendum, in qvo numerus aureus ejus menſis omnium primus locatus erat, vel etiam, ſi in Calendario nullus aureus calendis adſcriptus eſſet, & huic locus in manu reſpondens vacuus exiſteret, ab eodem iſto vacuo putandi exordium capiendum, ut ſic ad aureum primum & ſeqventes ordine perveniretur.

2) Igitur menſes Januarium & Martium in una junctura intermedia auricularis ſiniſtræ Author conjungit, &, qvod aureus III utriusqve calendis in Calendario adſcriptus, ibi ſit locatus, & ſingulis iisdem utriusqve diebus, idem con-

HIC INCIPIT DACTYLISMUS.

CAP. I.

DE DISPOSITIONE MENSIUM ET NUMERORUM AUREORUM IN DIGITIS.

§. 1.

Hæc ſunt nomina menſium: Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Auguſtus, September, October, November, December.

In junctura media digiti Auricularis ſiniſtræ Januarius collocetur, ac ibidem Martius; Februarius & Aprilis in junctura

---

conſtanter numerus aureus in Calendario appoſitus; pro utriusqve Neomeniis putandis idem initium erat capiendum, & conſeqventer in uno articulo conjungendi.

3) Qvod ſi itaqve pro Januario & Martio, ſingulis annis Cycli lunaris, novilunia ſupputare deſideres; a junctura auricularis ſiniſtræ intermedia putatio erit ineunda, & inde, nullo prætermiſſo loco, omnis articulus, extremitas & condylus numerandi, & in ſupremum condylum octo incidentibus, transeundum in junctúram mediam pollicis, hinc in radicem, inde in junctúram primam indicis, atqve per junctúras omnes anticas extremitatem & condylos indicis pergendum, & hinc in junctúram primam anticam digiti intermedii transeundum, & continuanda putatio, donec ad aureum currentem, ſive illum, pro qvo novilunium indigare decreveras, pervenias; hac itaqve ratione pro Januario & Martio putatio procedet, nec ulli exceptioni vel obſervationi eſt obnoxia.

lem (2) á efstu juncturu; Majum (3) á góminum; Junium (4) á næsta lid; Julium (5) á midhnúa; Augustum (6) á nedsta hnúa sama fingurs; Septembrem og Octobrem (7) í rót Pollicis; enn Novembrem og Decembrem (8) á midjuncturu Indicis. Cisio skal byria í sæte Januarii.

2. §.

---

(2) 4) Februarium & Aprilem Author conjungit & locat in junctura auricularis suprema, qvæ ab omni numero aureo vacua, & id qvidem ex ea ratione, qvod neutrius calendis numerus aliqvis aureus sit in Calendario adscriptus. Verum ambo menses qvo ad diem secundum, aureo XI auctum, & summitati auricularis inscriptum, tum etiam qvo ad cæteros omnes dies inter se conveniunt, exceptis tertio & qvarto Februarii, & qvarto & qvinto Aprilis, qvorum prioribus aureus XIX, posterioribus aureus VIII est adscriptus. Igitur pro Noviluniis in Februario & Aprili qværendis, ab ima junctura auricularis putatio ordienda, & ordine, qvo de Januario & Martio supra dictum, constanter pergendum. Sed pro Februario Condylus primus auricularis sub ungve transsiliendus, ut aureus XIX in Condylo secundo locatus in tertium Februarii cadere possit, unde nascitur exceptio prima. Verum pro Aprili junctura pollicis transsilenda, ut aureus XVI in radice locatus sextum Aprilis offendat, cui in Calendario adscriptus & hinc oritur exceptio secunda. Qvoad reliqva pro utroqve mense digitalis putatio procedet.

(3) 5) Majus in summitate auricularis locatur, qvia ibidem exiitit aureus XI, calendis ejus in Calendario adscriptus, hinc itaqve pro Noviluniis, in Majo indagandis, putatio ineunda, & ut supra expositum, sine omni saltu & exceptione continuanda.

(4) 6) Junius in cyndylo primo auricularis sub ungve locatur, qvi ab omni aureo numero vacuus, qvia calendis Juniis in Calendario nullus aureus est adscriptus: hinc itaqve pro Neomeniis in Junio indigandis putatio occipienda; sed junctura media pollicis transsilienda, ut aureus XVI in radice positus, qvartum Junii, cui in Calendario adscriptus offendere possit, unde nascitur exceptio tertia: qvo ad cætera expeditè succedit digitalis putatio.

(5) 7) Julius in condylo intermedio auricularis ponitur, cui aureus XIX, inscriptus, calendis Juliis in Calendario adscriptus, hinc itaqve pro Julio Neomeniarum ordienda putatio, qvæ, uti supra declaratum, sine omni exceptione & saltu continuatur.

tura ſuprema; Majus in extremo; Junius in condylo proximo; Julius in condylo intermedio; Auguſtus in imo condylo digiti ejusdem; September & October in radice pollicis; at November & December in junctura media indicis. Ciſio in ſede Januarii inchoetur.

§. 2.

(6) 8) Calendis Auguſti in Calendario appoſitus eſt aureus VIII; hinc a condylo tertio auricularis, in qvo idem locatus, pro Noviluniis in Auguſto detegendis, putatio inchoanda; ſed junctura ſecunda pollicis transſilienda, ut Auguſti ſecundus aureum XVI in radice locatum offendat, atqve hinc oritur exceptio qvarta, qvoad cætera digitalis putatio procedet.

(7) 9) September & October conjuncti locantur in radice pollicis, qvia calendis eorundem in Calendario aureus XVI eſt adſcriptus & radici pollicis inſcriptus, & qvoad cæteros numeros aurèos inter ſe conveniunt, hinc itaqve pro utriusqve Neomeniis putatio occipienda, verum pro Septembri, cum ad apicem digiti auricularis perveneris, primus ſub ungve condylus transſilendus, ut dies vigeſimus ſeptimus in aureum XIX, in condylo intermedio poſitum cadat, nam in Calendario Juliano, qvod cum Elementis Matheſeos vulgo editur, aureus XIX vigeſimo ſeptimo eſt adſcriptus, & in vetere Calendario Romano apud *Petavium* Libr. 6. Cap. 5. Tit. 1. etiam vigeſimo ſeptimo adpoſitus, verum *Bedæ* in Ephemeride vigeſimo octavo adſcriptum habet, vigeſimo ſeptimo inani relicto; & conſeqventer juxta Bedæ Calendarium ſine ſaltu putatio procederet; ſed ut dixi juxta vetus Romanum apud Petavium, cæteraqve vulgaria, ſaltus in condylum intermedium erit committendus, aut igitur ibidem etiam vigeſimus octavus numerandus, ita qvidem ut in eodem illo condylo biduum putetur, aut in condylum primum ſub ungve retro ſaltus dandus, ut ibidem in loco inani vigeſimus octavus numeretur, & hinc deniqve in condylum tertium ſaltus committendus, ut vigeſimus nonus aureum VIII offendat, cui in Calendario eſt adſcriptus. Igitur in Neomeniis pro Septembri putandis juxta Calendaria vulgaria tres ſaltus conjunguntur; ſed in condylo intermedio biduum ſimplicius ponitur, qvo ipſo duo ſaltus declinantur, hæc autem pro Septembri exceptio eſt qvinta. In Noviluniis pro Octobri putandis, junctura media indicis transſilenda, ut tertia dies numerum aureum XIII in Calendario ſibi adſcriptum, & tertiæ junctura inſcriptum offendat, qvæ exceptio pro Octobri eſt in ordine ſexta, qvo ad cætera ſine ſaltu in Octobri procedit putatio.

(8) 10) Novembrem & Decembrem Author conjungit in Junctura media indicis,

 rectè

2. §.

XVI terminum ſkal nidurſetia í rót pollicis, V terminum á nedſtu juncturu indicis, XIII á efſtu juncturu ſama fingurs; II terminum uppi á góminum, X á midhnúanum, XVIII ſkal nidurſetia á nedſtu juncturu medii, VII á midjuncturu, XV uppi á góminum, IV á næſta lid, XII á nedſta hnúa; I terminum ſkal nidurſetia á nedſtu juncturu medici, IX á efſtu juncturu, XVII á fremſta hnúa, VI á midhnúa, XIV á nedſtu juncturu auricularis, III á midjunctum, XI uppi á góminum; XIX á midlid, VIII á nedſta lid (9).

3. §.

---

rectè qvidem November at perperam December ibi locatur, nam calendis Novembribus in Calendario aureus nullus, Decembribus XIII eſt adſcriptus, & hinc articulus medius indicis vacuus, tertio aureus XIII inſcriptus. Ergo December in junctura tertia indicis ponendus, & hinc pro Novembri a media, pro Decembri a tertia junctura pro Noviluniis qværendis digitalis putatio ordienda. Sed cum ad apicem auricularis perveneris; uti ſupra pro Septembri, ita hic pro Novembri, ſaltus erit faciendus, ut dies vigeſimus qvintus, aureum ibi locatum offendat, cui diei tam in vulgaribus Calendariis, qvam vetere Romano apud Petavium l. c. & Ephemeride Bedæ eſt adſcriptus. At vigeſimus ſextus ibidem etiam numerandus, aut in condylum ſupremum ſub ungve regrediendum, & inde ad tertium usqve ſaltus committendus, hæc autem pro Novembri exceptio eſt ſeptima. Pro Decembri juxta vulgaria Calendaria ſine ſaltu & exceptione procedet putatio, in qvibus aureus XIX vigeſimo qvinto eſt adſcriptus, ſed in Ephemeride Bedæ & vetere Romano apud Petavium vigeſimo qvarto eſt appoſitus, juxta qvos igitur ab apice auricularis, in condylum intermedium ſaltus dandus eſſet.

(9) 1) Totam hanc diſpoſitionem numerorum aureorum & menſium in Schemate præſenti, manu delineata, expreſſam, Domine lector jam diſtinctiſſimè vides, & qvidem juxta Rymbeglæ præſcriptum ſine omni correctione numeros aureos collocavi; in menſium vero diſpoſitione, præeunte Calendario, locum Decembris mutavi, qvem in tertia indicis junctura poſui, cum in ſecunda perperam collocetur.

2) Cæ-


VIII.
Aug.
XIX.
Jul.
Jun.
XII.
X.
VI.
XVII.
IIII.
XV.
II.
XIII.
Dec.
Nov.
V.
VII.
XVIII.
IX.
I.
XI.
Maj.
Fe. Ap.
III.
Ja. Ma.
XIIII.
XVI.
Sep. Oct.



§. 2.

Terminus XVI ponatur in radice pollicis, V in junctura infima indicis, XIII in junctura suprema digiti ejusdem; terminus II super extremo, X in condylo intermedio, XVIII locetur in junctura infima digiti medii, VII in junctura media, XV super extremo, IV in condylo proximo, XII in imo condylo; terminus I ponatur in junctura infima digiti medici, IX in junctura suprema, XVII in condylo supremo, VI in condylo intermedio, XIV in ima junctura digiti auricularis, III in media, XI super apice, XIX in articulo intermedio, VIII in imo.

---

2) Cæterum aureorum numerorum universam hanc dispositionem, in Computo digitali Clavii inveni Cap. 6. de Fest. mobil. pag. 77. sic autem Clavius: jam vero si loco Epactarum disponantur in manu sinistra aurei numeri; ita locabuntur: in vola manus ponitur 16, additis 8, & ex summa 24, abjectis 19, relinqvitur aureus numerus 5, locandus in radice interiore indicis post volam manus. Additis rursus 8, conficitur aureus numerus 13, tertii articuli indicis, secundo vacuo relicto, numerus enim aureus minor in hac dispositione seqvitur semper majorem proximo articulo; major autem minorem non in proximo; sed in altero, qvod diligenter observandum est, ut omnes aurei numeri propriis locis reponantur. Additis rursus 8 ad aureum 13, in tertio articulo indicis positum, & a summâ 21, 19 abjectis, reliqvus fit aureus numerus 2 in extremitate indicis ponendus, nullo articulo vacuo relicto, cum 2, minor sit qvam 13. Rursus additis 8, ad aureum numerum 2, conficitur aureus numerus 10, major qvam antecedens, ac proinde in sexto articulo indicis, qvinto relicto vacuo collocandus, ad huncce iterum addantur 8, fit aureus numerus 18, major item qvam antecedens 10, ideoqve in radice digiti medii, omisso ultimo articulo indicis vacuo, reponendus. Adjectis præterea 8, ad aureum numerum 18, in radice medii constitutum & a summa 26 rejectis 19, relinqvitur aureus numerus 7, qvi qvoniam minor est qvam 18, in proximo articulo medii, hoc est in secundo ponendus est. Atqve hoc artificio, omnes 19 aurei numeri in sinistra manu collocabuntur; si modo memineris, minorem proximè locandum esse post majorem; majorem vero post minorem, non proximè, sed unô articulo in medio

3. §.

Þessi skipan Terminorum (10) kallast Aureus numerus: hun byrter tunglkomu hvert ár eptir annad í tunglölld, enn þó

---

dio relictô; ille porro aureus numerus semper antecedente minor est, qvi post abjectionem 19, relinqvitur, qvod fit, qvando ex additione 8, ad antecedentem aureum numerum, conficitur summa major qvam 19. Tunc vero aureus numerus major est qvam antecedens, qvando non sunt abjiciendi 19 ex summâ confectâ, ex additione 8, ad antecedentem aureum numerum, qvod tum demum fit, qvando ea major non est qvam 19.

3) Porro pergit Clavius: Iidem, inqvit, aurei numeri ita qvoqve in manu siniſtra disponentur. Qvando antecedens aureus numerus major est qvam 11; subtrahantur 11, & relictus numerus ponatur in proximè insequenti articulo. Qvando autem non est major qvam 11, addantur 8, & numerus conflatus, non in articulo proximo, sed in altero, uno inani relicto, collocetur. Ut, qvoniam aureus numerus 16, in vola manus positus, major est qvam 11, abjectis 11 reliqvus est aureus numerus 5 minor, in proximo articulo, hoc est in radice indicis locandus. Additis 8 ad 5 fit aureus numerus 13, non in secundo articulo indicis, sed in tertio, secundo vacuo relicto, ponendus. Detractis rursus 11 ex 13, remanet aureus numerus 2, minor, ponendus in articulo proximo, id est in extremitate indicis. Hactenus Clavius, nam hæc ex ejus Computo excerpere placuit & Rymbeglæ inserere, cum in paucorum versetur manibus.

4) Ergo totius dispositionis numerorum aureorum qvam habet Rymbegla Author est Clavius, qvam tamen festis mobilibus principalibus, non autem Neomeniis detegendis adhibuit, qvamobrem nec de mensibus per digitos disponendis qvicqvam addit, qvam dispositioni numerorum aureorum Clavianæ, sive Islandi, sive alii Computistæ recentiores satis ingeniosè adjecerunt, cum enim dispositio Clavians, cum ordine numerorum aureorum in Calendario Juliano ad amussim conveniat; singuli menses ibi erant in digitis locandi, ubi aurei numeri ipsorum calendis in Calendario adscripti sunt in scripti, vel, si calendæ ab aureo numero essent vacuæ, in articulis vacuis, qvos, aurei numeri, qvi secundis mensium sunt adscripti & digitis inscripti insequuntur, reponendi. Sed numerum aureum XVI, qvem indeterminatè Clavius ponit in vola manus; magis determinatè & commodius ad Novilunia putanda in radice pollicis ponit Rymbegla.

5) Superest, ut uno alterove exemplo illustretur hæc methodus Novilunia per digitalem Computum detegendi. Sit ergo ex. gr. Stylo veteri qværendum

Novi-

§. 3.

Hæc disposítio terminorum vocatur numerus aureus, qvæ per totum Cyclum lunarem qvotannis indicat nativitatem lu-

T 3 *næ.*

Novilunium in Januario anno Cycli lunaris 12mo? igitur ab articulo medio digiti auricularis, cui Januarius inscriptus incipiendo, ibidem unum puto, duos in tertio, tres in apice, qvatuor in condylo primo sub ungve, qvinqve in medio, sex in tertio; inde ad junctúram mediam pollicis transeo, ubi septem pono, octo in radice pollicis, novem in radice indicis, & ita dies Januarii putando pergo, donec ad aureum XII in tertio condylo digiti medii pervenero, in qvem numerando cadit dies vigesimus secundus. Ergo stylo veteri luna die vigesimo secundo Januarii est prima. Qvod si eodem anno Cycli pro Martio Neomeniam qvæsiviſſem, cum Januarius & Martius in eodem articulo sint locati, & in neutro saltus ullus committatur, etiam in Martii vigesimum secundum lunam nascentem seu primam cadere comperiſſem. Si pro Februario eodem anno Cycli, qværenda sit luna prima, a junctura suprema, cui Februarius inscriptus, putationem ineo, sed per exceptionem primam condylum primum sub ungve transilio ut tertius Februarii aureum XIX, in condylo intermedio locatum offendat, qvoad cætera, uti prius, pergo, donec putando, vigesimus Februarii in aureum XII, incidat, qvo ergo indicatur lunam vigesimo Februarii esse primam. Sit pro Junio stylo veteri anno Cycli XIV qværenda nativitas lunæ, qvi, cum primo condylo sub ungve digiti auricularis sit inscriptus, Neomeniæ qvæsitæ putatio inde occipienda; & uti prius continuanda, sed juxta notam (§. 1. not. 6.) junctura media pollicis transilienda, ut qvartus Junii in aureum XVI incidat, & ad junctúram usqve digiti auricularis imam pergendum, cui aureus numerus propositus XIV est inscriptus. Unde constat, anno Cycli decimo qvarto, stylo veteri lunam vigesimo sexto die Junii esse primam. Sit anno Cycli XIX stylo veteri pro Septembri Novilunium qværendum. Igitur a radice pollicis, cui, September inscriptus occipio, & indè per omnes articulos apices & condylos putando dies Septembris pergo, sed cum ad apicem digiti auricularis pertigero, condylum primum sub ungve juxta notam (§. 1. not. 9.) transilio & vigesimum septimum in condylo medio numero, cui aureus XIX inscriptus, qvo indicatur stylo veteri anno Cycli decimo nono, lunam vigesimo septimo Septembris primam seu nascentem esse. Atqve hac methodo in cæteris Neomeniis qværendis procedendum.

(10) Hæc Dispositio terminorum dicitur numerus aureus: parum doctè & computi-

sticè

þó alleins. Þá blecker hun þó nockud ſvo í Februario, þann tíma ſem hlaupár ſtendur yfer, ſyrer þá grein ad hun ſkipar Februario ei elldra tungl enn IX nátta og XX, hvad óheirelegt er ſyrer tvenna ſök, þá eina ad Februarius hafe yngra tungl in bisſexto enn XXX; þá adra ad Martius hafe ſitt tungl (b) XI nátta og XX, þvert í móte öllum rettindum, ad nockurt tungl ödliſt meiri tungl alldur enn þrítugann.

4. §.

Og til þeſs ad hier hitteſt eingin villa úti, þá er ſvo ſett og ſkipad af meiſtarmönnum (11), at þar ſem primtungl Martii ſtendur

(b) *Codex de Computo ex No.* 624: ad Martius hafe ſitt tungl IX nátta og XX; þá enu þridiu grein, at þat er þvert á móte öllum rettindum ad nockurt tungl ödliſt meira alldur enn XXX nátta. ɔ: *Qvod Martius habeat lunam ſuam vigeſimam nonam; ob tertiam rationem: qvod omni rectitudini adverſetur fieri lunam qvandam trigeſima majorem. Sed malè nam lectio Rymbeglæ melior & accuratior.*

ſticè Author mentem ſuam hic expreſſit, dum omnium terminorum ſive Cyclorum diſpoſitionem & ordinem appellat numerum aureum, nunqvam enim apud Computiſtas primarios vocabulum ſic accipi invenies, ſinguli autem iſti numeri Cyclici, qvatenus Neomeniis detegendis inſerviunt, conſtanter ipſis dicuntur numeri aurei, nec ullum alium hujus vocabuli ſignificatum Computiſtæ principes agnoſcunt. Author igitur ex ignorantia Calendarii & oſcitantia termini ſignificatum qvem invariatum ſervare debebat in alienum detorſit.

(11) Ad hæc obſcurius propoſita intelligenda, inſpice vetus Calendarium Romanum. Et ex. gr. poſito anno Cycli lunaris XIX, videbis lunam Februariam Nonis Januariis eſſe peimam, & cum anno communi cava ſit, in qvarta Nonas Februarias exſtingvi; cum â Nonis Januariis incluſivè ad qvartam Nonarum Februariarum etiam incluſivè ſint dies viginti novem, ſed anno bisſexto, cum plena ſeu tricenaria ſit, in tertia Nonas Februarias, finiri; conſeqventer, ubi in Calendario, anno Communi, uti ſtatuit Author Rymbeglæ, eſt luna naſcens ſeu prima Mar-

næ. Attamen currente anno bisfexto in Februario solo, aliqvantulum fallit, cum Februario lunam non nisi vigesimam nonam tribuat, id qvod ex ratione gemina absurdum; qvarum una: habere Februarium anno bisfextili lunam trigesimâ minorem; altera: habere Martium lunam suam trigesimam primam, qvod omni rectitudini ex diametro adversatur, scil. lunam ullam nancisci ætatem tricenaria majorem.

§. 4.

Atqve ad omnem errorem in his præcavendum, ita statuerunt ac præceperunt artis magistri, ut, ubi in Calendario scripta est

Martia, ibi anno bisfexto Februaria plena debet exstingvi. Qvocirca cum theoriæ Calendarii sit contrarium uno eodemqve die, lunam mensis antecedanei denasci & succedanei nasci; seqvitur utiqve necessariò numerum aureum XIX, anno bisfexto a tertia Nonas Februarias ad secundam descendere, ut existente anno Cycli decimo nono bisfexto, luna Martio tribuenda, pridie Nonas Februarias nascatur. Qvod vero jam de numero aureo XIX dixi, idem de cæteris omnibus usqve ad aureum IX vigesimo tertio adscriptum est tenendum, ut a tertio Februarii usqve ad vigesimum tertium anno bisfexto uno die in Calendario descendant; sive, qvoniam aureorum in Calendario situs ipso facto non mutatur, singuli uno die inferiores imaginandi vel concipiendi sunt juxta Schema appositum, qvod Authoris ideam distinctè ad amussim exprimit, in qvo, series cureorum in versu dextimo ad dextram Calendarum in versu secundo, litterarum hebdomadalium in versu tertio & dierum Februarii in

	3	f	3. Non.		XIX
XIX	4	g	2. Non.		VIII
VIII	5	a	Non.		
	6	b	8. Idus		XVI
XVI	7	c	7. Id.		V
V	8	d	6. Id.		
	9	e	5. Id.		XIII
XIII	10	f	4. Id.		II
II	11	g	3. Id.		
	12	a	2. Id.		X
X	13	b	Id.		
	14	c	16. Cal.		XVIII
XVIII	15	d	15. Cal.		VII
VII	16	e	14. Cal.		
	17	f	13. Cal.		XV
XV	18	g	12. Cal.		IV
IV	19	a	11. Cal.		
	20	b	10. Cal.		XII
XII	21	c	9. Cal.		I
I	22	d	8. Cal.		
	23	e	7. Cal.		IX
IX	24	f	6. Cal.		

ſtendur ſkrifad í Calendario: þá ſkal í þeim ſtad vera en þrítuganda nótt tungls Februarii; enn primationem tungls Martii ſkal ſetia í næſta ſtad, med þeim hætte ad ſkilia, ad, þar ſem ſkrifader eru XIX, VIII, rettleides í Calendario af tertia Nonas Februarii, med ödrum tölum, allt fram til Feſtum Sancti Matthiæ; þá ſkal og ſkrifa adrar ſamlikar-tölur utfra ſvo ſem calendis til vinſtri handar hverja epter adra fram til fyrrnefnds Festum Sancti Matthiæ, epter því ſem þetta vers kenner: *Luna locum* (12) *duplicat bis inter Blasqve Matthiam.* Enn þeſsari calen-

---

in verſu qvarto, eſt illa ipſa, qvæ in Calendario exprimitur & anno qvovis communi obtinet. Series vero aureorum altera in verſu ſiniſtimo, uno die depreſſa ad ſiniſtram Calendarum, in Calendario ipſo facto expreſſa non conſpicitur; ſed anno bisſexto eſt imaginanda, ita qvidem ut ſinguli aurei a tertio Februarii ad vigeſimum tertium uno loco juxta Schema deſcendiſſe concipiendi ſint, in qvo vigeſimo qvarto adſcriptum vides aureum IX, qvi in Calendario vigeſimo tertio eſt appoſitus & qvarto Februarii, qvi tertio, & cæteros omnes intermedios uno die inferiores; ergo Schema intuitivè ſpectandam præbet veritatem aſſerti Rymbeglæ. Scil. ubi in Calendario anno communi ſcripta eſt prima Martia, ibi Februariam eſſe trigeſimam ſeu plenam, at anno bisſexto Martiam naſcentem loco proximo, id eſt proximè inferiore ad ſiniſtram Calendarum Martiarum. Sic ex. gr. aureus II qvarto Iduum ad dextram adſcriptus indicat anno communi lunam Martio tribuendam decimo Februarii eſſe primam; ſed ibidem luna Februaria anno bisſexto eſt trigeſima, & aureus II tertio Iduum ad ſiniſtram adſcriptus oſtendit anno bisſexto lunam Martio adſcribendam undecimo Februarii eſſe naſcentem ſeu primam; igitur, qvod anno bisſexto luna Februaria fiat tantum vigeſima nona; ſed Martia plusqvam plena ſeu trigeſima prima, id facile experieris eſſe verum, niſi aurei uno die deſcendant, ſiqvidem ſerie dextima tabulæ qvam tuis oculis ſubjeci, utare, nam aureus II duodecimo Januarii, decimo Februarii & Martii duodecimo adſcriptus, oſtendit anno Cycli lunaris ſecundo currente bisſexto, lunam Februariam fore vigeſimam nonam, Martiam trigeſimam primam, cum â decimô Februarii incluſivè ad Martii duodecimum excluſivè ob diem intercalarem, ſint dies triginta & unus, & a duodecimo Januarii incluſivè ad decimum Februarii excluſivè ſint dies viginti novem. Sed hoc incommodum evita-

eſt luna prima Martii, ibi lunæ Februariæ ſit nox triceſima, at prima luna Martii loco proximo ponatur, ea ratione ſcil. ut, ubi in Calendario a tertio Nonas Februarias usqve ad Feſtum Sancti Matthiæ, aliis Characteribus eodem verſu ſcripti ſunt aurei XIX, VIII &c.; ibidem exterius qvaſi a ſiniſtra Calendarum ſcribantur etiam ordine, alii numeri conſimiles, usqve ad prius memoratum Matthiæ Feſtum, prouti docet hic verſus: Luna locum duplicat bis inter Blasqve Mathiam. *Hæc autem*

---

evitatur, ſi in ſerie ſiniſtra ſumatur, ſic enim lunæ Februaria & Martia fiunt plenæ uti oportet. Apparet igitur, uti §. præc. Author aſſeruit, diſpoſitionem ex Calendario in manum transſcriptam anno biſſextili in Februario fallere.

(12) Cum in tertio Februarii Feſtum Blaſii & vigeſimo qvarto Feſtum Matthiæ fixum ſit, ex nota præcedenti facile intelligitur qvid ſibi velit hic verſus computiſticus: *Luna locum duplicat bis inter Blasqve Mathiam:* i. e. pro ſingulis lunis qvæ a tertio Februarii ad vigeſimum qvartum, hoc eſt a Feſto Blaſii ad Matthiæ Feſtum naſcuntur & denaſcuntur, anno biſſexto duplex aureus adſcriptus concipitur, qvorum is, qvi anno communi adhibetur, ad dextram, ſed alter anno biſſextili adhibendus, ſit ad Calendarum ſiniſtram uno loco depreſſior. Sed qværet fortaſſe qvispiam qvæ ſubſit ratio, cur iſta duplicata diſpoſitio non etiam aureos in Februario reliqvos afficere debeat? nempe XVIIum vigeſimo qvinto, VIum vigeſimo ſexto, XIVum vigeſimo octavo, & deniqve XIum ſecundo adſcriptum? Cui qvæſtioni, qvantum ad tres aureos, qvi diem intercalarem inſeqvuntur, attinet, ita reſpondendum: non opus eſſe, ut duplici iſta diſpoſitione afficiantur, cum dies vigeſimus qvartus, ſive Calendarum Martiarum Biſſextus, bis numeretur. Nam ſit ad hoc illuſtrandum, ex. gr. annus Cycli decimus ſeptimus, numerus aureus XVII vigeſimo ſeptimo Januarii adſcriptus, indicat ibi lunam Februariam eſſe primam, a qvo incluſivè ad vigeſimum qvartum Februarii etiam incluſivè, ſunt dies viginti novem anno communi, ſed anno Biſſexto, ob diem intercalarem inſertum vigeſimus qvartus bis numeratur, & hinc dies lunationis Februariæ ſunt triginta & conſeqventer luna iſta Februaria plena uti oportuit, ſed idem de aureis VI & XIV tenendum. Qvamobrem, cum tres iſti aurei diem intercalarem ſeqvantur, opus non erat ut duplex iſta numerorum aureorum ſeries in-

fra

calendis tölu ſkal aldrei neita utan hlaupár komi (13), nema hin VIII vetur og XX hvert hlaupár er edur ei.

5. §.

Rymverſin Ciſio (14) ſkulu greida ſína rás af ſæti Januarii, fyrſt um Auricularem, þar næſt um tvær Juncturas pollicis,

---

fra diem biſextum deſcenderet. Qvod aureum XI attinet qvarto Nonas Februarias adſcriptum, animadvertendum eſt, anno Cycli undecimo, lunam qvartâ Nonas Januarias denatam, eſſe qvarti Embolismi juxta vetus Calendarium Romanum & *Bedam*, & conſeqventer ad Januarium non pertinere, cum nullius menſis ſit, ſed Januaria, tertio Nonas cui aureus XI adſcriptus, naſcitur, & per legem imparitatis & plenitudinis in calendis Februariis plena exſtingvitur, proinde, cum aureus XI urgente qvarto Embolismo, inde ab initio, dum Calendarium conſtrueretur, a calendis ad qvartam Nonas Februarias deſcenderit, nihil opus eſt ut anno biſexto denuo ulterius deſcendat. Nam luna Martia ſecundo Februarii nata, & ſecundo Martii denata, ob diem intercalarem inſertum, ſit trigeſima, ſive plena, uti per plenarum & cavarum alternationem oportuit.

(13) Unam cauſam attulit ac tractavit Rymbegla, cur Calendarium & conſeqventer ejus in digitis diſpoſitio in menſibus Februario & Martio fallat, a die intercalari deſumtam; alteram cauſam addit, qvam in annum Cycli octavum & vigeſimum conjicit; ſed qvomodo annus vigeſimus octavus Cycli ſolaris hanc fallaciam producat, id profecto per naturam Cycli ſolaris intelligi neqvit, qvia Cyclo ſolari cum diſpoſitione numerorum aureorum in Calendario nihil planè eſt negotii, ſed numeris aureis & ordini eorundem totum cum Cyclo lunari negotium; &, cum dicat hanc exceptionem obtinere, ſive ſit annus communis ſive biſextus, in confeſſo eſt ejusmodi Cyclum intelligi in cujus ſingulos annos cadere poteſt annus tam communis qvam biſextus, qvæ proprietas minimè Cyclo ſolari ſed lunari competit. Annus igitur octavus & vigeſimus non conjunctim ſed diviſim ſunt capiendi, qvaſi dixiſſet: hæc Calendarum putatio nunqvam neganda, niſi annus biſextus currat, exceptis annis duobus ſcil. octavo & vigeſimo, qvare, cum certum ſit hos annos ad Cyclum lunarem eſſe referendos, liqvet corruptum eſſe hunc locum Rymbeglæ, & pro XX ſcribendum XIX, ut ſenſus ſit, a memorata diſpoſitione excipiendos eſſe, in menſibus Februario & Martio, annos Cycli lunaris octavum & decimum nonum, ſive ſit annus communis ſive biſextus,

ſed

autem Calendarum putatio nunqvam neganda, nisi anno bissexto veniente, excepta hyeme octava & vigesima, sive annus communis sive bissextus currat.

§. 5.

Versus computistici: Cisio e sede Januarii progrediantur, primo per auricularem, deinde per duas junctvras pollicis, &

 abinde

---

sed intelligi neqvit cur dispositio fallat in aureis VIII & XIX, siqvidem secundæ & tertiæ Nonarum Februariarum sint adscripti, ut Calendaria pleraqve habent; qvod si vero aureus VIII Nonis; XIX, secundæ Nonarum sit adscriptus, uti supra Parte prima (§. 14. not. 11.) vidimus Authorem Rymbeglæ ejusmodi Calendarium habuisse, nam qvod aureum VIII attinet, is sexto Januarii & qvinto Februarii adscriptus, anno Cycli octavo ex Authoris mente, lunam tertii Embolismi facit plenam, qvæ igitur, cum nulli mensi deputetur, ad Februarium non pertinet, & consequenter ab earum numero excipitur, qvæ in Februarium desinentes, anno communi, vigesimæ nonæ, bisextili, trigesimæ fieri debent: Idem aureus sexto Martii adscriptus, anno communi lunam Martiam facit cavam, bissexto plenam, & per consequens anno Cycli octavo luna Martia non fit plusqvam plena, sed tantum plena, etiamsi aureus VIII infra Nonas Februarias non descendat. Similiter aureus XIX Nonis Januariis & in Calendario Authoris Rymbeglæ secundæ Nonas Februarias adscriptus, lunam in Februarium desinentem facit plenam, sive sit annus communis sive bisextus, qvæ, cum ex Authoris sententia non Februaria sed Januaria sit, qvia proximè antecedentem statuit Embolimæam (vide Part. I. §. 18. not. 17.) pari jure ac prior excipitur, ut anno bissexto infra secundam Nonarum aureum XIX deprimere non sit opus. Hæc autem ita ex minus accurato, qvo usus Author Calendario sunt explicata, cum juxta Calendaria cætera assertio Rymbeglæ tanqvam vera defendi neqveat. Cæterum Computum Neomeniarum ac ætatum lunarium appellat Rymbegla putationem Calendarum a parte potiori, cum longè plures in Calendario Romano dies â calendis qvam a Nonis & Idibus putentur & denominentur, tum etiam, qvod scopus Cycli lunaris & Calendarii sit ostendere, qvota sit luna in calendis mensium singulorum.

(14) Versus computistici, qvibus a versus primi vocibus initialibus pro Januario Rymbegla nomen imponit & appellat Cisio, e *Christiani Halthausii* Calendario excerpti ita habent

1. Pro

cis, og ſydann um allar Juncturas góma og lidu annara fingra á vinſtre hendi, allt þar til er þau lyktaſt in Feſto beati Sylveſtris, nema

---

1. Pro Januario.

Ciſio Janus Epi. ſibi vendicat oc. Feli. Mar. An.
Priſca Fab. Ag. Vineen, Pau. Pol. Car. nobile lumen.

Ciſio denotat Circumciſionem & Feſtum Circumciſionis; *Janus*, Januarius; *Epi.* Epiphaniam, Feſtum Epiphaniæ ſibi vindicat; *oc. Feli.* hoc eſt in octavum diem ab Epiphania excluſivè cadit Feſtum Felicis Confeſſoris; *Mar.* denotat Marcellum Papam; *An.* Antonium; *Fab.* Fabianum Epiſcopum; *Ag.* Agneſiam virginem; *Vicent.* Vicentium Diaconum; *Pau.* Feſtum Converſionis Pauli Apoſtoli; *Pol.* diem Martini Policarpi; *Car.* Carolum Magnum Imperatorem, & ſimul virum doctum.

2. Pro Februario.

Bri. Pur. Blaſus, Agat. Februo, Scholaſtica, Valent.
Juli conjunge tunc Petrum, Matthiam inde.

Bri. denotat Feſtum Brigidæ virginis; *Pur.* Purificationis Mariæ; *Blaſus*, Feſtum Blaſii Epiſcopi & martyris; *Agat.* Feſtum Agatæ virginis & martyris; *Februo*, ſignificat menſem Februarium; *Scholaſtica*, virginem Scholaſticam; *Valent.* Valentinum Presbyterum & martyrem; *Juli.* Julianam virginem & martyrem, cætera manifeſta ſunt.

3. Pro Martio.

Martius Adria. Per. decoratur Gregorio Cyr.
Gertrud. Apol. Benè junctâ Mariâ genetrice.

Adria. ſignificat Adrianum & Feſtum Martyris hujus; *Per.* Feſtum virginum Perpetuæ & Felicitatis; *Cyr.* Feſtum martyris Cyriaci; *Gertrud.* virginem Gertrudam & Feſtum ejus; *Bene junctâ Mariâ genetrice*, Feſtum Annunciationis Mariæ.

4. Pro Aprili.

April. in Ambroſii Feſtis ovat. atqve Tiburci
Et Valer. Sanctiqve Geor. Marciqve Vitalis.

Verſus prior nullâ indiget explicatione. *Valer.* denotat Valerianum; *Geor.* Georgium martyrem; *Marci*, Marcum Evangeliſtam.

5. Pro

abinde per omnes juncturas apices & articulos digitorum cæterorum finistræ, donec in Festo beati Sylvestris finiantur.

U 3 *Nisi*

5. Pro Majo.

Philip. Crux & Got. Johan. latin. Epi. Ser. & Soph.
Majus in hac serie tenet Urban. in pede Cis. Pet.

Philip. significat Festum Apostolorum Philippi & Jacobi; *Crux*, Festum inventæ crucis; *Got.* sanctum quendam nomine Gothardum; *Johan. latin.* Festum Johannis Apostoli & Evangelistæ ante portam latinam; *Epi.* Festum Epimachi & Gordiani martyrum; *Urban.* Urbanum Papam; *Cis.* Virginem sanctam cistinam; *Pet.* Petronellam.

6. Pro Junio.

Nic. Marcelli Bonif. dat. Me. Primi Ba. Christi
Vitique Mar. Prothas Al. sancti Johan. Jere. Pe. Pau.

Nic. denotat Festum Nicomedis martyris; *Marcelli*, Marcellini Papæ & martyris; *Bonif.* Festum Petri Bonifacii Papæ; *Me.* Festum Medardi Episcopi & Confessoris; *Primi* denotat Festum Primi, & *Ba. Christi* Festum Barnabæ Apostoli; *Mar.* Festum sanctorum Marci & Marcelliani; *Prothas*, Festum Prothasii & Gervasii sanctorum; *Al.* Festum Albini martyris; *sancti Johan.* denotat Festum vigiliæ Johannis Baptistæ; *Jere.* Festum sancti cujusdam nomine Jeremiæ; *Pe. Pau.* Festum martyrum Petri & Pauli.

7. Pro Julio.

Jul. Procas Udal Oct. Vil. Kyli. Fra. Bene. Margar. Apostol.
Arnolf. Prax. Magd. Ap. Chrif. Jacobi Pan. Be. Ab. Ger.

Procas denotat Festum Procasi & Martiniani; *Udal*, Festum Hudalrici Episcopi; *Oct.* denotat octavam Apostolorum; *Vil.* Festum Villibaldi Episcopi & Confessoris; *Kili.* Kiliani & sociorum ejus; *Prax.* Praxedis virginis; *Magd.* virginis cujusdam Mariæ Magdalæ sive Magdalenæ; *Ap.* Apollinaris Martyris & Episcopi; *Chrif.* Christinæ virginis; *Pan.* Pantaleonis martyris; *Be.* Festum virginis Beatricis; *Ab.* Abdonis Festum; *Ger.* Festum Germani cujusdam.

8. Pro Augusto.

Pe. Steph. Juf. Os. Six. Af. Cy. Ro. Laur. Tybur. Ip. Euf.
Sumtio. Agapeti, Thymo. Bartholo. Ruf. Au. Decolla.

Pe.

nema þar sem rád giörir fyrir (15) hlaupi í sex mánudum og vier köllum Saltus lunæ, eptir því sem þetta vers kennir:

Febru.

Pe. significat vincula Petri Apostoli; *Steph.* Festum Stephani Pontificis & martyris; *Juſ.* Justinæ cujusdam virginis; *Os.* Festum Osvaldi cujusdam; *Six.* Festum Sixti Pontificis, Feliciſſimi Agapiti; *Af.* Afræ martyris; *Cy. Ro.* Festum Cyriaci Romani & sociorum ejus; *Láur.* Festum vigiliæ & passionis Laurentii martyris; *Tybur.* Festum Tyburtii martyris; *Sumtio.* Festum ascensionis sanctæ Mariæ; *Thymo.* Timothei Apostoli; *Barthol.* Festum vigiliæ sancti Bartholomæi; *Ruf.* sancti cujusdam nomine Rufi; *Au.* Augustini Episcopi; *Decolla.* Festum passionis Johannis Baptistæ.

9. Pro Septembri.

Egydium Sept. habet Nat. Gorgon. Prot. Ja. Crux. Ev.
En. Lampertiqve Math. Mauricius & Dami. Mich. Ar.

Nat. indigitat Festum Nativitatis virginis Mariæ; *Gorgon.* Festum passionis Gorgonii martyris; *Prot. Ja.* Festum Prothi & Hiacynti; *Crux.* Festum exaltationis crucis; *Ev.* Festum Evphemiæ virginis; *Dami.* Festum Cosmæ & Damiami; *Mich. Ar.* Festum Michaelis Arcangeli.

10. Pro Octobri.

Remi. ſub Octobre, Sergi. Di. Ger. Auguſtini Calixti
Galli, Lucas, Vi. Cor. Se. Sa. Criſ. Aman. Symonis Qvin.

Remi. denotat Festum Remigii Episcopi; *Sergi.* Festum sanctorum Sergii & Bacchi, *Di.* Dionysii, *Ger.* Gereonis; *Vi.* Festum sanctæ virginis Ursulæ & sociarum ejus; *Cor.* Cordulæ cujusdam; *Se.* Severini cujusdam sancti Festum; *Sa.* Salomes cujusdam; *Criſ.* Festum Crispini & Crispiniani; *Aman.* Amandi Confessoris; *Simonis,* Festum Apostolorum Simonis & Judæ Thaddæi.

11. Pro Novembri.

Omne November cole Pro. Leo. Marti. Briciiqve
Succedunt iſtis El. Ce. Catharinaqve Sat. An.

Omne designat Festum omnium sanctorum; *Proc.* Festum sancti cujusdam nomine Proculi, *Leo.* Leonardi, *Marti.* Martini Turonensis Episcopi; *El.* diem Festum Elisabethæ, & *Ce.* Ceciliæ virginum; *Sat.* Saturni martyris; *An.* nativitatis diem sancti Andreæ Apostoli.

12. Pro

Nisi ubi in sex mensibus habenda ratio saltus, qvem lunæ vocamus, uti docet hic versus:

Febru.

---

12. Pro Decembri.

December Barba. Nycolaus & alma Lucia
Sanctus abinde Thomas modo Nat. Steph. Jo. Pu. Thoma Syl.

Barba. designat Festum Barbaræ virginis; *Nat.* Festum Nativitatis Domini; *Jo.* Festum Johannis Apostoli & Evangelistæ; *Pu.* diem Festum sanctorum & innocentium puerorum; *Syl.* Festum Sylvestri Papæ.

Hæc autem explicatio partim ex Ephemeridæ Bedæ, partim e Calendario Halthausii desumta.

13. Hi versus computistici ab articulo apice vel condylo mensis sui singuli inchoandi, & cum Januarius primus sit, versus primus pro mense primo a sede Januarii, hoc est a junctura media auricularis sinistræ ordiendus, ut prima syllaba Cis. ponatur in junctura media, secunda Ci. in junctura tertia, tertia O. in apice auricularis, qvarta Ja. in condylo primo sub ungve, qvinta Nus. in condylo medio, sexta Ep. in suprema, hinc in pollicem transeundo, in junctura media locanda septima I.; atqve hac ratione juxta dispositionem numerorum aureorum, nullo articulo apice vel condylo omisso, putatio continuanda, ut singula loca sive plena sive vacua singulas accipiant syllabas. Numerus autem syllabarum ad vocem aliqvam inclusivè, qvæ Festum aliqvod indigitat, æqvatur semper nnmero dierum mensis ad Idem in Calendario Festum, & omnium syllabarum utriusqve versus, diebus totius mensis. Atqve, qvod de versibus pro Januario dictum; idem de singulis binis mensium omnium cæterorum tenendum. Mensis ultimus December, cum in tertia junctura indicis locatus sit; prior pro Decembri versus inde progreditur & posterior ibidem terminatur, ut in hunc articulum cadat syllaba ultima trigesima prima qvæ Decembris ultimo, in qvo Festum Sylvestris fixum, respondet, & hinc est cur dicat Rymbegla omnes versus finiri in Festo Sylvestris.

(15) Nisi ubi asserit Rymbegla, habenda Ratio saltus in sex mensibus, qvem Saltum lunæ vocamus. Non satis doctè Author Rymbeglæ qvicunqve fuerit, saltus in Computo digitali confundit cum saltu lunæ in vetere Calenderio Romano supra in Part. I. explicato, qvi in solo mense Julio, anno Cycli ultimo, contingit; a qvo, qvi in Computo digitali contingunt saltus, toto, qvod ajunt, differunt cælo, qvo circa nomen saltus lunaris ipsis imponi minimè oportebat.

Sed

Febru. (c) *April. Jun. Aug. O. Dec. transſilit unum.*
Þetta vers bydur ad hlaupa ſkal um eina Juncturam í Februario, Aprili, Junio, Auguſto, Octobor og December.

Sic facies ſaltum (d) (16) *Bla. ſi. Steph. oqve tranſit.*
Þetta vers kennir hveriar ſamſtöfur í Rymverſum hlaupa um Juncturas í fyrgreindum mánudum.

Fort.

(c) *Codex de Computo ex No.* 624: Februus, Aprilis, Jun. Aug. O. De. transſilit unum. (d) *Idem Codex*: Sic facies ſaltum: Bla. ſi. Bed. Step. oqve tranſit.

Sed fortaſſis Authori ea ſederit ſententia, ſaltum lunarem in ſyſtemate & ordine numerorum aureorum tantas feciſſe in Calendario turbas, ut exceptiones & ſaltus in Computo digitali ſupra recenſiti inde originem traxerint, & hinc tanqvam ab efficiente cauſa ſaltibus Computiſticis, ſaltus lunaris indiderit nomen. Qvæ opinio, ſiqvidem in ipſa fnerit, ipſum etiam fefellit, nam etiamſi verum ſit ſaltum lunæ in Calendario turbas feciſſe, inde tamen nec omnes nec multi in Computo digitali ſaltus ortum traxere, qvod diſtinctè & completè hic explicare nimis prolixum & ſimul ſupervacaneum foret, cum brevitati ſtudeamus. In eos itaqve menſes, qvi nullum in putando ſaltum exigunt, progreſſio verſuum Ciſio Janus &c. Computiſticorum, in nota præcedenti explicata exactè competit, cæteros qvi ſaltum exigunt, hoc verſu Rymbegla Computiſtico recenſet: *Febru. April. Jun. Aug. O. Dec. transſilit unum;* vel etiam ut habet Codex de Computo: *Februus, Aprilis, Jun. Aug. O. De. transſilit unum*, qvæ ſcripſio ſi Proſodicè examinetur, priori præſtare videtur. Vult ergo Rymbegla in ſex menſibus ſaltum Computiſticum fieri, &, uti ſupra independenter ab hoc verſu oſtenſum, in Februario primum, Aprili ſecundum, Junio tertium, Auguſto qvartum, Octobri qvintum, Decembri ſextum. Qvoad menſes qvinqve priores, hic verſus Computiſticus cum meis ratiociniis ſupra demonſtratis, convenit, in ſexto menſe Decembri ſtatuit ſaltum, qvem nullum obtinere demonſtravi, at in Septembri & Novembri nullum facit, qvem in utroqve menſe fieri ſupra vidi. Qvæ diſcrepantia ex Calendariorum diſſenſu ortum duxiſſe eſt cenſenda, nimirum, habuit Author Calendarium aliqvod, in qvo aurei XI & XIX in menſibus Septembri & Octobri non erant conjuncti ſed disjuncti, ita, ut in Septembri aureus XIX, vigeſimo octavo, at in Novembri vigeſimo ſexto adſcriptus fuerit. Verum Idem

Authoris

Febru. April. Jun. Aug. O. Dec. transſilit unum.

Præcipit hic verſus unam junctúram transſilire in Februario, Aprili, Junio, Auguſto, Octobri & Decembri.

Sic facies ſaltum, Bla. ſi. Bo. Steph. oc. doqve tranſit.

Docet hic verſus qvænam ſyllabæ Verſuum Computiſticorum tranſeant junctúras in menſibus ſupra memoratis.

Fortis

Authoris Calendarium annos memoratos in Decembri habnit conjunctos, priore vigeſimo tertio, poſteriore vigeſimo qvarto appoſito. Hac unica ratione Rymbegla defendi poteſt, cum alioqvin enormiter erraſſe ſumma cum ratione diceretur, & a veroſimili abhorreat, tam enormium anomaliarum nullam feciſſe mentionem, qvas juxta vulgaria Calendaria obtinere ſupra monſtravi, niſi ad tale qvod dixi Calendarium ſuas Ideas & regulas conformaſſet, præſertim cum minores anomalias accuratè ſatis recenſuerit: & in aureo XIX collocando, veterum Calendariographorum varietas magna ſit.

(16) *Sic facies ſaltum* &c. vult ſignificare hoc verſu computiſtico Rymbegla, ſyllabas iſtas ex verſibus *Ciſio Janus* menſium ſingulorum ſaltui digitali obnoxiorum, ſingulas eſſe deſumtas, ita qvidem, ut, qvota ſit dies menſis transſiliens, totidem ab initio verſus ad ſyllabam transſilientem incluſivè numerentur ſyllabæ, juxta diſpoſitionem numerorum in digitis aureorum. Ex. gr. in Februario tertia dies ab apice auricularis in condylum intermedium tranſilit. Ergo etiam ſyllaba tertia Blas, in verſu computiſtico pro Februario, eundem ſaltum dare debet. In Aprili dies ſextus junctúram mediam pollicis tranſit, hinc ſexta ſyllaba, ſi, verſus computiſtici pro Aprili eundem ſaltum facit, ut tertia ſyllaba vocabuli Ambroſii eandem junctúram tranſeat. In menſe Junio, qvarta dies transſilit junctúram mediam pollicis, cui in verſu computiſtico qvarta, ſed nominis Marcelli tertia ſyllaba reſpondet, qvam igitur per eundem articulum juxta verſum computiſticum dare ſaltum oportet. Hæc autem ſyllaba, in verſu qvem habet Rymbegla deſideratur, ſed in verſu computi ex Codice ſyllabam ſi., proximè ſeqvitur ſyllaba Bed., qvæ in verſu computiſtico pro Junio non continetur, qvinta vero ſyllaba verſus prioris, & prima nominis, Bonifacius, eſt Bo., unde concludo ſyllabam Bo. in Be., & hinc in Bed. per loci depravationem abiiſſe, hæc autem eſt ſyllaba qvinta, cum qvarta ſyllaba, li, tertia nominis Marcelli, revera ſaltum faciat, qvare metri cauſa per Metonymiam qvandam ſyllabam conſeqventem

Fort: (e) (17) *es athleta, duro certamine gaudes.*
Þetta vers kennir á hvörium ſtaf hlaupid er í mánudum, og ſkaltu marka fyrſta ſtaf í hveriu orde þeſſa vers.

6. §.

Aureus numerus er ſvo ſettur hier eptir fornri Reglu (18) ad Spatium ſkal vera millum XI Terminum og XIX; annad Spa-

(e) *Codex de Computo ex No.* 624. Fortis es athleta, duro certamine gaudes. *Qvod rectius.*

---

qventem Bo. pro li. in verſu adhibuit, cum dactylum rectiorem judicaret. Si Bo. Steph. qvam ſi li. Steph., qvæ ſyllaba ſecunda verſus computiſtici pro Auguſto, junctura mediam pollicis transſilit, cum ſecundo Auguſti idem ſaltus ſit faciendus. In putatione pro Octobri dies tertius junctura mediam indicis transſilit, qvamobrem tertia ſyllaba verſus computiſtici Ciſio Janus pro Octobri eundem ſaltum dare debet; ſed per verſum computiſticum alterum ſæpius memoratum *ſic facies* &c. Syllaba proximè ſeqvens & initialis vocabuli ſeqventis, transſilit, qvod per eandem Metonymiæ ſpeciem ſalvari potuit, ut ſyllaba conſeqvens, pro antecedente metri cauſa caperetur, cum enim ultimam ſyllabam dactyli antecedentis, Steph. corripi vellet, non conſonans, ſed vocalis ipſam excipere debebat, hinc rejectâ ſyllaba Sub., proximè ſeqventem Oc., metri cauſa adhibuit, qvæ una cum tertia Octobris articulum indicis medium tranſiliret. In menſe Decembri juxta Authoris Calendarium, dies vigeſimus qvartus ab apice auricularis in condylum intermedium transſilit; Proinde ſyllaba vigeſima qvarta, verſus computiſtici Ciſio Janus pro Decembri, poſterior in voce Modo, eundem ſaltum facit. Igitur lectione variante ſe cum, & verſibus Ciſio Janus menſium, Junii, Octobris & Decembris, curatius collatis, patet utrumqve exemplar eſſe depravatum, ſed verſum computiſticum ita reſtitui, ut ſcribendum ſit: *Sic facies ſaltum Bla. ſi. Bo. Steph. oc. doqve tranſit.* Namqve verſus ita mutatus & arti Computiſtæ & Proſodicæ ſimul ſatisfacit.

(17) Docet hic verſus in qva litera ſingulo menſe ſaltus contingat, h. e. indicat, qvænam littera hebdomadalis, illi menſis diei adſcripta ſit, in qvo ſaltus computiſticus accidit, qvæ articulum qvendam transſilire debet, qvem in finem notandas dicit ſingularum vocum literas initiales, etenim ſunt hæ initiales diebus ſalientibus

Fortis es athleta, duro certamine gaudes.

Hic verſus docet in qvam literam in menſibus illis ſaltus incidat, ac literam initialem vocis cujusqve in hoc verſu notabis.

§. 6.

Aureus numerus juxta Regulam veterem hic ita diſponitur, ut inter terminos XI & XIX ſpatium primum intercedat;

lientibus tanqvam hebdomadales in Calendario adſcriptæ. Sic in Februario tertia dies ſaltum facit, qvi menſis, cum primus ſit eorum ſex, in qvibus ſaltus contingunt, prima vox fortis ipſi deputatur, cujus litera initialis F, tertio Februarii eſt adpoſita. Secunda vox ES, ſecundo menſi ſaltum habenti Aprili dicata, habet initialem E, qvæ ſextò Aprilis ſaltum facienti in Calendario eſt appoſita. Tertia vox Athleta, tertio menſi in qvo ſaltus contingit, putà, Junio deſtinata eſt, cujus vocabuli initialis A, qvarto Junii adſcripta, indicat qvartum Junii in Computo digitali facere ſaltum. Atqve de reliqvis vocabulis, cæteris menſibus deſtinatis idem tenendum. Sed in ultima voce, gaudes, qvæ Decembri reſpondet, metri cauſa exceptionem qvandam fecit. Nam vigeſimo tertio G; vigeſimo qvarto, qvi ſaltum facit, A, eſt in Calendario adſcripta, antecedentem igitur conſonantem G, pro inſeqventi vocali A, per Metonymiam qvandam adhibuit, ut vitium proſodicum in verſu declinaret, cum ſine turpitudine proſodica dicere non poſſet: duro certamine audes.

(18) Pro numeris aureis in Calendario diſponendis regulam hanc generalem in ſuo Computo digitali dedit Chriſtophorus Clavius (vid. loc. ſup. cit. §. not. 9. 2.). Ad numerum aureum in Calendario primum addantur octo continua ſerie, & ſi aggregatum excedat novemdecim, his de ſumma ſubtractis, ſcribatur reſiduus, ea lege, ut minor ſemper ſeqvatur majorem loco proximo; major autem minorem, non in proximo loco, ſed in altero. Ex hac regula Claviana facilè redditur ratio ſpatiorum in Calendario, qvæ vocat bonus Author Rymbeglæ. Primum ſpatium facit inter aureum XI. tertio, & XIX. qvinto Januarii adſcriptum; qvo tamen prius eſt intervallum aureorum III. & XI. primo ac tertio adſcriptorum. Nam, ſi juxta regulam Clavianam ad aureum XI. addas octo, fit ſumma XIX. major antecedente, & conſeqventer unius diei ſpatio ab antecedente ſubmovendus. Si ad aureum XIX. adjicias octo, conſit ſumma viginti ſeptem, & juxta regulam iterum abjectis novemdecim, fit reſiduus aureus octo, qvi cum

ante-

Spatium milli VIII Terminum og XVI; þridia Spatium millum V og XIII. Enn XIII er ſett upp undir II Termin.

7. §.

Enn þeſsari Reglu aurei numeri ruglar (19) Rymſpillir ſmidur, og blandar bly med gulle. Þetta þolir med aungvum hætti ſá gódi gullſmidur er heitir Computus, þvíad hann heftir ákefd Rymſpillirs bónda med þeim hætti ad hann ſkipar ad ſamteingia

---

antecedente minor ſit, proximo loco ponendus, cui ſi addas adhuc octo, confit aureus XVI. qvi cum ſit antecedente major, unius diei ſpatio removendus, qvod ſecundum facit Author Rymbeglæ, ad aureum ſedecim octo adjectis, ſit ſumma viginti qvatuor, a qva novemdecim abjecti relinqvunt aureum V. proximo loco, cum antecedente ſit minor, ponendum. Cui aureo additi octo, conficiunt aureum XIII., uno loco inani relicto, qvod antecedentem excedat, juxta aureum II., reponendum; qvi tertium Rymbeglæ conſtituit intervallum. Rurſus additis octo, confit ſumma viginti & unus, a qva novemdecim detracti reliqvunt aureum II. proximo loco, tanqvam minorem ponendum. Igitur ex regula Claviana memoratorum trium intervallorum jam patet ratio, qvæ tamen eſſe longè plura Calendarium contemplanti apparet. Horum autem præ cæteris fecit mentionem, qvod in menſibus qvibusdam ſeqventibus, ab his fieri vidit in Calendario exceptionem, ut aurei XI. & XIX., VIII. & XVI. in Januario disjuncti, conjungantur.

(19) Author Rymbeglæ theoriæ Calendarii haud ſatis peritus, anomaliam in Calendario appellat, ubi a dicta regula intervalla determinandi excipitur, & conſeqventer, ubi duo aurei juxta ſe immediatè locantur qvi juxta regulam ſeparari debebant. Hac enim ratione legem conſtantem alternationis locorum inanium & plenorum violari cernebat; qvam violationem & a regula generali, qvam auro comparat, exceptionem anomaliam vocat, & cum plumbo contendit, aſſerens analogicè ut plumbum ad aurum, ita regula ad ſui violationem, qvæ aſſertio qvam docta & ex qvanta Calendarii peritia profecta fuerit, jam alto ſilentio involvo & ad ſeqventia feſtino. Igitur juxta regulam Clavianam, aureum XIX., qvi tertio Februarii adſcriptus, ad qvartum deſcendere oportebat, ſed ut anno Cycli decimo nono, luna Februaria, Nonis Januariis prima, cava fieret, qvam plenam eſſe nun-

inter VIII & XVI, ſecundum; inter V & XIII, tertium. At aureus XIII proximè juxta II eſt locatus.

§. 7.

Hanc autem Regulam aurei numeri Faber Computi anomali confundit, & plumbum auro commiſcet, id qvod neqvaqvam ſuſtinet auri faber egregius, qvi Computus ſalutatur, qvippe qvi vehementiam Ruſtici Authoris Computi anomali ita

---

nunqvam, niſi anno biſexto oportet, neceſſe fuit, ut aureus XIX., in locum proximè ſuperiorem in Calendario ſcanderet, & a regula Claviana exceptione facta, proximè aureum XI. tertiis Nonarum adſcriberetur. Sic enim ab aureo XIX. incluſivè in Januario, ad eundem in Februario excluſivè ſunt dies viginti novem, & conſeqventer juxta legem paritatis & cavitatis, cui lex Claviana cedere tenetur, luna Februaria cava.

Porro contra regulam generalem aureus XVI. proximo loco poſt aureum VIII., in Aprili collocatur, hic autem haud priori diſpar regnat ratio, cur a regula generali Claviana fiat exceptio, nam anno Cycli decimo ſexto, ut plenarum & cavarum alternatio obtineret, & lex paritatis & cavitatis impleretur, lunam Aprilis, oportuit eſſe cavam, ad qvod præſtandum aureus XVI. à Nonis ad Nonarum ſecundum in Calendario aſcendere debebat, ſic enim luna Aprilis, octavo Idus Martias nata, Nonis Aprilis vigeſima nona exſtingvitur. Idem in eorundem aureorum ſitu in menſe Junio obtinet phænomenon; qvia luna Junia ſexto Maii naſcens, per ordinem alternationis plenarum & cavarum, cava fieri debuit & per conſeqvens aureus XVI., ſtatim poſt aureum VIII. contra regulam generalem erat locandus, deniqve idem ex pari cauſa profectum in Auguſto, conſpicitur phænomenon, ut aurei VIII. & XVI. conjungantur. Numeris autem iſtis, qvi per anomaliam & exceptionem conjunguntur, cæteri, qvos Author in ſingulis menſibus anomaliæ obnoxiis, commemorat, per regulam Clavianam loco proximo junguntur. Qvod autem in Februario aurei tres, in Aprili, Junio & Auguſto qvatuor juxta ſe invicem ſcribantur, id Rymbegla conſiderat, tanqvam ordinis incrementum, & anomaliæ qvandam reſtaurationem, qvæ ratio eſt, cur computum aurifabrum collaudet, qvod vehementiam Ruſtici regulas computi violantis compeſcat.

teingia ſkuli þeſsar tölur aurei numeri í Februario ad ſkilia XI, XIX, VIII; í Aprili bydur hann ad ſamteingia XIX, VIII, XVI, V; ſlykt hid ſama í Junio, og ſamlykt í Auguſto, eptir því ſem þeſsi vers ſkyra:

Unde no Febrvi numerum conjunge ſeqventem
Octavo (f) (20) *ſ᷒ ſedentem, conjungit A. Jun. Aug.*

8. §.

I Octobri ſkal ſamteingia XVI, V, XIII, II, eptir því ſem þetta vers kennir: (g) (21) *Octobris qvintus perpedeb᷒ habere ſeqventem.* I Decembri byſtiſt Computus ſmidur (22), þviad hann þryfur XIII Terminum og fángar burt ur ſinu ſæti

og

(f) *Codex de Comp. ex No.* 624. Octavo ſ᷒ edentem, conjungit A. Jun. Aug.

(g) *Idem Codex.* Octobris qvintus probe debris habere ſeqventem.

---

(20) Verſus prior incorruptus & intellectu facilis dicit in Februario aureo XI. proximo loco jungendum eſſe aureum XIX., hic enim ex illo, additis octo ſtatim per regulam Clavianam ſeqvitur, ſed per regulam uno loco ſubmovendus. Verſus poſterior tam Rymbeglæ qvam Codicis de Computo eſt corruptus, qvo ſignificatur in tribus menſibus, Aprili, Junio & Auguſto, exceptionem a regula Claviana fieri, aureum XVI. aureo VIII. immediatè ſubſcribendo, proinde verſum hunc ita reſtituendum exiſtimo ut ſcribendum ſit: *Octavo numero ſedecim conjungit A. Jun. Aug.* Sed niſi hac ratione verſus Authoris priſtinus ſit reſtitutus, alius certè æqvivalens ei eſt ſubſtitutus, ut per verſum originalem non reſtitutum, Computus digitalis nihil capiat detrimenti.

(21) Horum aureorum primus & ſecundus, tertius & qvartus, ad ſe relati ſeqvuntur regulam generalem Clavianam; ſed contra eandem aureus XIII. ſeqvitur aureum V., idqve, uti prius ad legem alternationis plenarum & cavarum implendam accidit, nimirum, ut luna Octobris cava fieret, aureum XIII. uno loco in Calendario aſcendere oportebat. Ad hoc phænomenon & ſymtoma Calendarii memoriæ altius imprimendum hunc verſum memorialem habet Rymbegla:

Octobris qvintus perpedeb᷒ habere ſeqventem.

Sed

compeſcit, ut hos numeros aureos (in Calendario) imperet conjungi, ſcil. in Februario XI, XIX, VIII; in Aprili XIX, VIII, XVI, V, & idem in Junio & conſimile in Auguſto fieri jubeat, prouti hi verſus declarant:

Unde, no, Februi numerum conjunge ſeqventem
Octavo numero ſedecim, conjungit A. Jun. Aug.

§. 8.

In Octobri conjunguntur XVI, V, XIII, II, uti hic verſus docet: Octobris qvintus prope debet habere ſeqventem. *In Decembri computiſta excandeſcit, qvia terminum XIII apprehenſum, & e ſede ſua revulſum, ſine omni commiſeratione,*

Sed Codex de Computo ita ſcribit:

Octobris qvintus prope debris habere ſeqventem.

Uterqve verſus corruptus digito monſtrat imperitiam ſcribentium & exſcribentium Islandorum, igitur e ſcopo verſus, ad qvem, hoc verſu faciendo collineabat Computiſta, qvi fuit ſignificare, aureos V. & XIII. contra regulam generalem in Octobri eſſe conjunctos; verſum hunc corruptum ſic reſtituo: *Octobris qvintus prope debet habere ſeqventem.* H. e. Numerus V. in Octobri ſibi propinqvum, ſive proximo ſibi loco ſcriptum, habere debet aureum XIII., qvi ipſum in Calendario ſeqvi ſolet; atqve menti authoris convenienter locum hunc depravatum, reſtitutum exiſtimo.

(22) Qvia numeri aurei XIII. & II. per totum Calendarium juxta ſe proximè locantur, ut poſterior priorem immediatè conſtanter ſeqvatur, in veterum qvorundam Computiſtarum Calendariis hæc anomalia inſignis conſpicitur, qvæ prorſus ſingularis & ſimul vitioſa in hoc conſiſtit, qvod aureus XIII. e propria ſua ſede revulſus ad latus aurei II. reponatur, ita ut ambo iſti aurei eidem diei, puta, qvartæ Novarum Decembrium ſint adſcripti, & hinc eſt qvod Rymbegla dicat Computiſtam excandeſcentem terminum XIII. apprehenſum e propriâ ſuâ ſede revellere & ſub aurem termini II. conjicere, ſingularis hujus in Calendario phænomeni ſupra (Tom. 1. Cap. 4. §. 17. n. 16.) facta eſt mentio, qvod prolixius diſputant *Petav.* l. ibid. c. & *Clav.* in Calendario Rom. l. c. p. 9. Tres autem

verſus

og kveitandi því vægdarlauſt under Eyrad annars Termins, og ſkipar þeim ad kreppaſt á ſömu linu ad ſkilia eige um aldur og æfe, og þike mier þau litlu betur ſtödd enn eg. Eptir því ſem þeſsi vers kenna:

Monarum qvarto duodeni deniqve menſis.
Tredecimum numerum (h), *conjunctos atqve ſ*
Linea ſola tened nemo ſit eſſe recuſet.

9. §.

Item bydur Computus at XIX vetur í hverri tunglölld ſkal færa XIX Termin aptur um reit, og ſetia þad nidur á næſta lid, ad ſkilia framfrá XI Termin (23) byriar þeſsi ſamteining Terminorum í mánudi Julio næſta dag eptir Olafs meſſu fyrri in Feſto Abdonis, ſvo ad þar ſkal þá einnætt tungl, og ei ſídur alla fimm mánudi eptirfarandi (24) hvad er þad má ſkiliaſt fyrer eirn hlut.

10. §.

(h) *Codex de Computo ex No. 624.*
Tredecimum numerum conjunctos atqve ſed L.
Linea ſola tenet nemo ſit eſſe recurrit.

---

verſus Computiſtici qvos adhoc ſymtoma Calendarii memoriâ figendum adfert tam Rymbegla qvam Codex de Computo ſunt valdè corrupti, ſed lectionibus variantibus inter ſe, & verſibus cum ſcopo & fine Computiſtæ comparatis, qvi ſuit indicare numeros aureos XIII. & II. ſecundo Decembris collateraliter adſcriptos eſſe, verſus hi corrupti ita reſtituuntur ut ſcribendum ſit:

Nonarum qvarto duodeni deniqve menſis
Tredecimum numerum conjunctos atqve ſecundum
Linea ſola tenet. Nemo ſic eſſe recuſet.

Ut ordo verborum ſit: Deniqve menſis duodeni (ſc. Decembris) qvarto nonarum, ſive ſecundo Decembris, numerum aureum XIII. atqve II., linea ſola (ɔ: eadem unica transverſalis) conjunctos tenet (h. e. collateraliter ſibi & ſecundo die adſcriptos). Nemo ſic eſſe recuſet, h. e. contra qvod nemo inſtantiam facere ſuſtineat.

ne, ſub aurem termini II conjicit, & in eadem linea ipſos coarctari jubet, ne per omne ævi tempus ſeſe relinqvant, proinde in ſtatu paulo meliore meo conſtituti videntur. Uti hi verſus indicant:

Nonarum qvarto duodeni deniqve menſis.
Tredecimum numerum, conjunctos atqve ſecundum
Linea ſola tenet nemo ſic eſſe recuſet.

§. 9.

Jubet etiam Computus hyeme qvavis decima nona Cycli lunaris terminum XIX uno loco rejici & in articulo proximo, ſcil. ante terminum XI collocari. Incipit hæc terminorum conjunctio menſe Julio, die Feſtum Olavii prius inſeqvente, Feſto Abdonis, ut ibi tunc lunam oporteat eſſe primam. Qvin etiam continuat (hæc terminorum conjunctio) per omnes qvinqve menſes ſeqventes, ut res illa pro una eademqve haberi poſſit.

§. 10.

(23) Ita qvidem ſe res habet in vetere Calendario Romano apud Dionyſium Petavium (lib. 6. de Doctr. Temp. cap. 5.) & qvod Dionyſius exiguus e Calendario Alexandrino excerpſit, id ipſum per omnia ſcrupuloſe imitatus, ut, qvemadmodum aureorum XI. & XIX., contra regulam generalem, propter ſaltum lunæ conjunctio in Julio cæpit; ita qvoqve in qvinqve menſibus ſeqventibus continuetur, & ad plenarum & cavarum alternationem conſervandam adhibeatur. Qvippe vero poſt Dionyſium exiguum veteres Computiſtæ ipſius diſpoſitionem in aliqvibus interpolarunt, in vetuſtiſſimis Calendariis aliis, hæc aureorum memoratorum in qvinqve menſibus immediata conjunctio non obſervatur, qvam interpolationem ipſe Beda ſuo ſeculo Computiſta primarius etiam approbaſſe videtur; in cujus Ephemeride dicti aurei, non niſi menſibus Novembri & Decembri immediatè conjuncti conſpiciuntur, habuit ergo in manibus Author Rymbeglæ Calendarium aliqvid Romanum, ad vetuſtiſſimum illud Dionyſianum expreſſum, in qvo qvinqve menſes ultimi, dictos aureos habuerunt conjunctos.

(24) Ut res pro una eademqve haberi poſſit: id ita qvidem accipi poteſt, ac ſi dixiſſet Rymbegla unam ac eandem eſſe hanc dictorum aureorum in qvinqve ſeqventibus

10. §.

Jóladagur enn fyrſti (25) ſtendur á XIX Termin, og því væri þann dag eirnrar nætur tungl eptir likendum. Enn med því ad XIX Termin heldur ſitt hægfæti í ádurnefndum ſtad, þá verdur tungl tveggia nátta á burdartíd grædarans. Af þeſsari ſamteingd Aurei numeri ſtanda þeſsi vers ſkrifud:

Sunt qvoqve ſex menſes Julius prior atqve ſeqventes.
(i) (26) *His q vil creſcit undenis ſumma perpingit.*

II. Cap.

UM NOCKRA EIGINLEGLEIKA ÞESS ROMVERSKA FINGRARYMS OG HVÖRNIN MED VERSUM FINNA SKAL ÞAD SEM MADUR LEITAR AD.

11. §.

Og med þeſsum hætti ſem nu hefur um ſtund greint verid, ſkaltu ſetia Aureum numerum in Calendario, þetta bregdſt all-

(i) *Codex de Computo ex No. 624.* Is qvamvis ceſeſſit undenis ſumma propinqvat.

---

menſibus Conjunctionem, & ex pari cauſa profectam intelligi oportere. At vero inconcinna dictio (*Hvad er þad má ſkiliaſt fyrer cirn hlut*, uti habet Rymbegla, & Codex de Computo No. 624. *Hvat er þat má ſkiliaſt fyrir* 1 *hlut*) ſuſpicionem movet locum eſſe corruptum & ita reſtituendum, *Hvad er þá má ſkiliaſt fyrir tunglhlaup;* ita ut pro 1 *Hlut* ſcribendum fuerit *T. hlaup*, vel potius minuſcula *t. hlaup*, qvod Idiotæ exſcribenti impoſuit, & vertendum eſſe: qvod igitur per ſaltum lunæ intelligi poteſt. Sic enim revera ſe res habet, ut ex lunæ ſaltu hæc memorata numerorum aureorum conjunctio explicari & intelligi poſſit. Namqve ſaltus lunæ in trigeſimo Julii, in qvo fixum Feſtum Abdonis, collocatur; ſed antecedenti diei vigeſimo nono adhæret Feſtum Olavi, at in his diebus aureorum XI. & XIX. conjunctionem immediatam primo incipere ſtatuit tam Rymbegla qvam Codex de Computo, qvod ſi is, qvi exſcripſit animad-

vertiſſet

§. 10.

Primæ diei Feſti Nativitatis aureus XIX eſt appoſitus, qvamobrem ea die veroſimiliter luna exiſteret prima. Atqvi terminus XIX, in loco prius memorato qvieſcit, luna Feſto Nativitatis Salvatoris exiſtit ſecunda. De hac conjunctione numerorum aureorum ſcripti ſunt hi verſus:

Sunt qvoqve ſex menſes Julius prior atqve ſeqventes.
His cum ceſſiſſet undenis ſumma propinqvat.

CAP. II.

DE AFFECTIONIBUS QVIBUSDAM CALENDARII ROMANI IN DIGITIS DISPOSITI, ET QVOMODO QVÆSITA PER VERSUS SINT INVENIENDA.

§. 11.

Atqve hac methodo, qvam aliqvantiſper jam declaravi, aureos numeros in Calendario diſpone, qvæ nunqvam fallit.

Y 2

---

vertiſſet & micam ſalis habuiſſet, Codicem rectius legiſſet & hac ſcriptione *r. blaup* ſive *blut* ſaltum lunæ ſignificari intellexiſſet.

(25) In veteſtiſſimis Calendariis Romanis, ut ſupra dixi, nondum interpolatis, aureus XIX. proximè poſt aureum XI. vigeſimo qvarto Decembris eſt adſcriptus, at in interpolatis vigeſimo qvinto conſpicitur appoſitus, igitur in illis anno Cycli ultimo, ſine omni ambage die Feſti Nativitatis prima, eſt luna ſecunda. In his autem ſtatuit Author Rymbeglæ, fictionem hanc adhibendam eſſe, ut aureus XIX. a vigeſimo qvinto ad vigeſimum qvartum aſcendiſſe concipiatur, qva fictione adhibita, juxta Calendaria etiam interpolata, luna Feſto Nativitatis exiſtit ſecunda.

(26) Ad hoc ſymtoma Calendarii memoriâ tenendum duos Computiſtæ verſus memoriales confecerunt, qvorum poſterior tam Rymbeglæ qvam Codicis de Computo eſt corruptiſſimus, ſed collata inter ſe ſcriptione diverſâ & acie mentis in ſcopum verſuum directâ, qvi fuit indicare aureorum XI. & XIX., conjunctionem

alldrei. (27) Un. versus:

Tali qvippe (k) *mo. describitur aureus ordo.*
II. III. IV. VI. VI.
Blanda dies donat fama fulltitvi honestas.

Þetta vers kennir hverſu marger dagar ſkulu vera frá enda Julii, Auguſti, Septembris, Octobris, Novembris, Decembris upp undir XIX Terminum, þar ſem þad ſamteingiſt XI Termin, og ſkaltu marka töluna á fyrſta ſtaf hvers ords í verſinu.

12. §.

(k) *Codex de Computo ex No. 624. ita:*

At numerus verſus tali — qvippe mo. deſcribitur aureus ordo.
II. IV. IV. VI. VI. VIII.
Blanda Deus donat fama fulltitui honeſtas.

---

nem immediatam in ſex menſibus poſterioribus, ita reſtituendus videtur ut ſcribendum ſit: *His cum ceſſiſſet, undenis ſumma propinqvat.* Summam hic appellat Computiſta, numerum aureum XIX., cum aureorum omnium ſummus ſit, proindè verſus ita explicandas; cum in his ſex menſibus aureus XIX. per regulam generalem Clavianam ceſſerit, h. e. receſſerit, (nam ceſſiſſet metri cauſa, præteritum plusqvam perfectum pro perfecto adhibuit) in Calendariis interpolatis, ad vigeſimum qvintum Decembris, ut uno loco inani relicto, ab aureo XI. ſit remotus; ad eundem rurſus per fictionem qvandam appropinqvare eſt concipiendus & vigeſimo qvarto adſcriptus eſſe.

(27) Hic locus Codicis de Computo eſt valdè corruptus, cum ſcriptio *Un. verſ.* abierit in: at Numerus verſus, inſuper corrupta eſt interſtinctio, cum vox: tali, adſeqventia ſit referenda, hic ergo Codice rectior Rymbegla; ſic itaqve ſcribendum: Unus verſus:

Tali qvippe modo deſcribitur aureus ordo.
Blanda dies donat, Fama fulltitvi honeſtas.

Verſus prior intellectu facilis, dicit enim hac methodo jam in antecedentibus aliqvantiſper declaratâ, numeros aureos in Calendario eſſe diſponendos. Nec poſterior verſus, ſiqvidem Calendarium intuearis, intellectu difficilis, in qvo ſingula vocabula materialiter ſumuntur, & ab ipſa Rymbegla ſufficienter explicantur; cum,

lit. Unus verſus:

Tali qvippe modo deſcribitur aureus ordo.

II. III. IV. VI. VI.
Blanda dies donat fama fulltitvi honeſtas.

Hic verſus docet qvot dies diſtare debeat finis Julii, Auguſti, Septembris, Octobris, Novembris, Decembris a termino XIX, ubi cum termino XI conjungitur, & in hoc verſu numerum primæ literæ vocis cujusqve notabis.

cum, qvota vocis cujusqve litera initialis ſit in Alphabeto; totidem a fine menſium qvos recenſet incluſivè, dies ſint in Calendario, ad aureum XIX. etiam incluſivè, ubi cum aureo XI. conjungitur; ſingulæ voces ſingulis menſibus deſtinantur, prima vox Blanda primo menſi Julio, in qvo aurei memorati conjunguntur. Secunda Auguſto, tertia Septembri, & ſic conſeqventer, ſed minuſculi numeri Romani ſingulis vocibus ſupra ſcripti, idem qvod literæ vocum initiales clarius indicant. Sic primæ vocis *Blanda* litera initialis B. & numerus II. ſupra ſcriptus monſtrat, ab ultimo die Julii ad trigeſimum incluſivè eſſe duos dies, in qvo aureus XIX. cum aureo XI. conjungitur, vox dies ſive Deus, nihil enim refert, utra voce utaris, & numerus ſupra ſcriptus ab ultimo Auguſti ad diem illum, qvo aureus XIX. proximè poſt aureum XIX. collocatur, eſſe qvatuor dies, ut aureus XIX. vigeſimo octavo ſit adſcriptus; & ſic de cæteris. Apud Rymbeglam vox ultima, honeſtas, caret exponente ſupraſcripto, nec multum refert, utrum exponentes illi ſupraſcripti adſint an abſint, nam majoris tantum claritatis & commoditatis ergo ſunt adjecti. Vocabulum qvintum Materiale *fulltitvi*, ſibi ex arbitrio finxit Computiſta, cum vocabulum latinum qvod qvadraret reperire non poſſet, debuit autem eſſe qvadriſyllabum ab f. incipiens, habens tres priores longas, qvartam brevem, ſed poterat etiam adhiberi vox pentaſyllaba, dactylo & Trochæo conſtans, ſed miſer neutram invenire potuit, & hinc monſtrum vocabuli materialis, feſſus qværendo tandem invenit, præſtat ergo illum juvare & vocabulum latinum ei ſuppeditare, qvare venia Computiſtæ monſtro vocabuli *fulltitvi* ſuſtituo latinum hoc, *fundatoris*, ut verſus fiat talis: *Blanda dies donat, fama fundatoris honeſtas.*

12. §.

Her med er þad ſierlega greinanda, ad í fyrnefndum árgáng verdur Saltus lunæ, ſo ad þá fara ſaman hin þríu tungl yngre, ad ſkilia Junii, Julii, Auguſti, hvad er Julius veit harla vel, þvíad hann kiærir í ákafa þann ſkada ſem hann bydur í eirnrar nætur miſsir ſíns tungls, og þó alleins gagnar Auguſto harla lyted þeſsi afdráttur tungls Julii, þvíad hann er eigi ſvo rikur af dögunum, ad hann fái ſínu tungli aflád eina nótt til fillingar, og því ſnopa þeir bádir Junius uppá Julium, medann hann kveinkar og kvakar um ſín ſkada, og hafa þó ſvobuid aller ſamt, og því fari þeir í kofa urguþrióts Einſetumans og ſyte þar, enn hann ſtriuke veg ſinn í ſkinnſtakkinum.

13. §.

Af Saltu lunæ og kveinkan Julii og fátækt Auguſti ſtanda ſkrifud þeſsi vers:

(l) (28) *Anno poſtremo Cicli Decemnovennalis,*
Fit ſaltus lunæ qvod ſcit lunam Julius eſſe
Unam ſuam lunam qveritur non eſſe tricenam
Jam ſcicius ſolito fid prima qvod eſt qsy ſaltus.
Namqve extrema — valꝫ iſta
Auguſto fu, namqve Dies I paucii
Qvia eſt vigeſima nona ſ. luna.

14. §.

(l) *Codex de Computo ex No. 624. ita:*
Anno poſtremo cicli decemnovenalis
Fit ſaltus lunæ qvod ſtit bn. Julius eſſe.
VII ſuam lunam qveritur non eſſe t'ſenam
Jam ſtitius ſolito ſit prima qvod eſt qvaſi ſaltus
Namqve ſub extremo ſubtractio non valet iſta
Auguſto fieri, ſunt namqve dies inn pauci
Qvia eſt viſeſſima nona $\overline{5}$ luna.

§. 12.

Præterea tanqvam ſingulare qvid eſt enarrandum, antememorato anno currente, ita contingere ſaltum lunæ, ut tres lunæ cavæ tum conjungantur, ſcil. Junia, Julia, & Auguſti, cujus rei Julius probè gnarus, jacturam noctis unius ſuæ lunationis vehementius conqveritur; Attamen hoc damnum lunæ Juliæ, Auguſto perparum prodeſt, cum dierum tam dives non ſit, ut ad lunationem ſuam ſupplendam noctem unam comparare poſſit, qvamobrem ambo Junius & Auguſtus, Julio dum jacturam ſuam plangit & conqveritur, paraſitantur, at omnes damnum irreparatum ſentiunt, ſecedant igitur in tugurium ſolitarium ſervi egeni, ibiqve lamententur: at ille (Julius) decedat viam ſuam in pallâ pellinâ.

§. 13.

Ob ſaltum lunæ, qverimoniam Julii & egeſtatem Auguſti ſcripti ſunt hi verſus:

Anno poſtremo Cycli Decemnovenalis
Fit ſaltus lunæ, qvod ſcit benè Julius eſſe
Septimam lunam qveritur non eſſe tricenam
Jam citius ſolito fit prima, qvod eſt qvaſi ſaltus
Namqve ſub extremo ſubtractio non valet iſtâ
Auguſto fieri, ſunt namqve dies una pauci.

§. 14.

(28) In ſcripſione verſus primi Rymbegla & Codex de Computo conſentiunt & qvidem verſum huncce rectè ſcribunt, niſi qvod pro Cicli ſcribendum erat Cycli. Verſus ſecundus in utroqve exemplari depravatus ita corrigitur: *Fit ſaltus lunæ qvod ſcit benè Julius eſſe;* collato verſu Rymbeglæ tertio cum Codicis tertio, cum luna Julia, a Januaria ordine ſeptima ſit, concludo ſcribendum eſſe: *Septimam*

14. §.

(m) (29) *Tertia ſexta qvaterna ſecundaqve terſia luna.* Þetta vers kennir hver ſá dagur ſkal vera ad tölunne í mánudum, ſem hlaupa ſkal um Junctúras.

(30) *Ternis Februji Nonis ad Feſta Mathi.*

Propter

(m) *Codex de Computo ex No. 624. ita:* Tria *&c.*
item: a Ternis Februi Nonis ad Feſta Mattheu *&c.*

---

mam lunam qveritur non eſſe tricenam. Qvartus verſus in utroqve exemplari corruptus, facta comparatione ita reſtituitur: *Jam citius ſolito fit prima, qvod eſt qvaſi ſaltus.* Qvintum verſum mancum, mutilum & corruptum Rymbegla, ſed Codex de Computo rectum habet. Sextum verſum in utroqve exemplari depravatum ſic reſtitui credo ut ſcribendum ſit: *Auguſto fieri, ſunt namqve dies una pauci.* In utroqve exemplari adjicitur ad ultimi verſus illuſtrationem: *Qvia eſt vigeſima nona*, ſcil. luna, nam *ſ.* in Rymbegla & $\overline{5}$ in Codice credo eſſe depravatum, ſcil. jam iſti verſus a corruptione vindicati facilem ac bonum fundunt ſenſum: nimirum anno poſtremo Cycli decemnovennalis; h. e. anno Cycli lunaris decimo nono fit lunæ ſaltus, ſcil. in Julio, qvod ideo ſic eſſe, ſive accidere benè ſcit Julius per Proſopopeiam, & ideò qveritur ſeptimam lunam non eſſe tricenam, hoc eſt conqveritur lunam ſuam, a Januaria ordine ſeptimam, & qvæ per legem alternationis plenarum & cavarum, plena fieri debebat; una die per lunæ ſaltum amiſſâ, fieri cavam; cum dies trigeſimus Julii diſſimuletur, & omittatur, ut ad computum nihil faciens ex anno lunari expungatur, qvia ſeptimus Embolismus naturaliter & Aſtronomicè cavus, invitâ naturâ & Minervâ, Calendario fuit inſertus, jam citius ſolito fit prima, id eſt hoc anno Cycli decimo nono, luna Auguſti citius ſolito, h. e. priusqvam cæteris omnibus annis Cycli, naſcitur ſive prima fit, cum aureus XIX. a trigeſimo primo ad trigeſimum ob ſaltum aſcenderit, & hinc luna Auguſti, die trigeſima Julii putetur prima, cum alias ſemper trigeſimâ primâ, naſcens cenſeatur. Qvod eſt qvaſi ſaltus atqve hoc ſymtoma Calendarii ſimilitudinem ſive analogiam qvandam habet cum ſaltu propriè ſic dicto, tum qvia luna Julia, qvæ ſolet eſſe trigeſima, ſubito tranſit in primam Auguſti, tum etiam qvod Auguſti prima, qvæ ſecundam Calendarum Auguſti occupare ſolet, jam in Calendarum tertiam tranſilit. Porro verſus qvintus. Namqve ſub extremo ſubtractio non valet iſta, Auguſto fieri; ſunt namqve dies una pauci. His verbus rationem reddere vult, cur ſaltus lunæ non potuerit in Auguſto poni; & hinc dicit: Namqve ſub extremo Auguſto

ſive

§. 14.

Tertia, ſexta, qvaterna, ſecundaqve tertia luna.

Hic verſus docet qvotos menſium dies oporteat juncturas digitorum tranſilire.

Ternis Februji Nonis ad Feſta Mathiæ

Propter

ſive in fine lunationis Auguſti non poteſt fieri hæc ſubtractio ſive unius diei exemtio, ſcil. qvia dies Auguſti lunationis ſunt una pauci, h. e. una die paucio-res, cum, ut ulluſtrationis ergo verſibus adjiciat, qvod Auguſti luna ſit tantum vigeſima nona ſive cava, qvæ tamen plena ſive trigeſima eſſe deberet, ſiqvidem ſal-tus lunæ in Auguſto ponendus eſſet; ita ſanè mentem Authoris interpretari licet, ſed qvia haud ſatis eruditè ratio redditur, cur ſaltus non potuerit in Auguſtum transferri, tum qvod Auguſti luna cava ſit, tum qvia nihil ſuberat cauſæ, Au-guſtum potius qvam cæteros menſes a ſaltu excuſandi, fortaſſis alia mens Authori fuit: nimirum dixit Auguſti lunam citius ſolito fieri primam, h. e. tertio calen-das Auguſti, cenſeri primam & conſeqventer ipſis calendis tertiam, ut, cum au-reus XIX. in vetuſtiſſimis Calendariis non interpolatis, vigeſimo octavo Auguſti ſit adſcriptus, vigeſimo ſeptimo cava ſeu vigeſima nona, uti oportebat, evaderet. Nam, ſi ultima die Julii, Auguſti luna prima putaretur, vigeſimo ſeptimo, non niſi vigeſima octava fieret, & hinc ad cavitatem ſupplendam unus dies deeſſet, qvæ igitur eſt ratio, cur dicat in fine lunationis Auguſti, unius diei detractio-nem ab Auguſti lunatione non ſuccedere, cum ejus lunam oporteat eſſe cavam ſive vigeſimum nonam.

(29) *Tertia, ſexta, Qvaterna ſecundaqve tertia luna*
Febr. April. Junius. Auguſt. — Octo.

Hic verſus ad Computum digitalem, qvo Neomeniæ qværuntur, pertinet, hic loco prorſus alieno poſitus, cum rectius ſupra capite primo §. 4. fuiſſet inſertus, ſed declarat, qvotus menſium in qvibus ſaltus computiſticus accidit, dies, arti-culos digitorum transſiliat, ut ſinguli numeri ordinales verſus indicent, qvota dies menſis ſubſcripti articulum qvendam transſiliat. Ita primus numerus ordi-nalis: Tertia, ſignificat in Februario, tertium diem transſilire condylum ſub ungve auricularis in intermedium, ut in aureum XIX. incidere poſſit. Ordinalis: Sexta, denotat ſextam Aprilis diem transſilire junctúram mediam pollicis in ra-dicem ejusdem, ut in aureum XVI. cadere poſſit, & ita cæteri.

(30) Scriptio Rymbeglæ præſtare videtur, ut ſcribendum ſit:

Propter Bisſextum duplica ſedes numerorum.

Þeſsi tvö vers hin ſídurſtu kenna ad tvöfallda ſkal allar tölur frá tertio Nonas Februarii og til Feſtum Matthiæ ſakir hlaupárs.

(m) (31) *Adam degebit.* Þetta vers kennir á hverium ſtaf inngeingur hver mánudur, ſkaltu þar merkia fyrſta ſtaf ur hverri ſamſtöfu.

15. §.

(n) (32) *Cir. bri. mar. ap. pilipph. Jun. Jul. pet. eg. remeg. om. p*

Þetta vers kennir á hverium meſſudegi inngeingur hver mánudur í Rymverſum.

16. §.

(m) *Codex de Compnto ex No.* 624. Ebdam degebat gō ſifus a fex.

(n) *Idem Codex.* Ci. bri. mar. appri. Pilip. Jun. Jul. Pet. Remig. om. p⁹

Ternis Februji Nonis ad Feſta Mathiæ

Propter Bisſextum duplica ſedes numerorum.

Sunt etiam hi verſus loco prorſus alieno poſiti, ſicuti ille prior & Cap. 1. §. 4. inſeri debuiſſent, una cum verſu: Luna locum duplicat bis inter Blasqve Mathiam, qvem verſum explicant & illuſtrant, cum anno biſexto in Februario indicent diſpoſitionem numerorum eſſe duplicandam a tertio Nonas Februarias incluſivè ad Mathiæ Feſtum etiam incluſivè ob cauſas & rationes ſupra expoſitas Cap. 1. §. 3. 4. qvas igitur hic repetere ſupervacaneum.

(31) *Adam degbord, gre, ſifus afex.* In alio loco Codicis de Computo, in congerie qvadam verſuuum ad computum ſpectantium corruptiſſimorum hoc inveni. Cum hic verſus computiſticus dicere debeat, qvænam litera hebdomadalis ſingulorum menſium calendis in Calendario ſit adſcripta; ſeqvitur ſingulo menſi ſingulam ſyllabam reſpondere, ita ut initialis litera ſyllabæ, illi ſit eadem, qvæ calendis menſis reſpondentis adſcripta. Conſeqventer pro Januario valet prima ſyllaba, ſive littera A in vocabulo Adam, qvod rectius qvam Ebdam, qvia calendis Januariis appoſita eſt litera A. Secunda ſyllaba Dam, pro Februario, cujus initialis D calendis Februariis adſcripta. Tertia ſyllaba verſus ſed prima vocabuli materialis Degebit, eſt pro Martio, cujus initialis D calendis ejus adſcripta. Qvarta verſus at ſecunda vocis ejusdem pro Aprili, cum a G incipiat. Qvinta verſus at tertia vocis ejusdem pro Junio, cujus calendis adſcripta litera b, & huc

usqve

Propter Bisextum duplica sedes numerorum.

Hi duo versus ultimi docent, duplicandos esse omnes numeros aureos a tertia Nonas Februarias usque ad Festum Matthiæ propter annum bisextilem. Adam degebit. *Hic versus docet, a quanam litera mensis quilibet incipiat, in quo literam initialem syllabæ cujusque notabis.*

§. 15.

Cir. Bri. Mar. Ap. Philipp. Jun. Jul. Pet. Æg. Remig. om. Phi.

Hic versus computisticus docet, quænam Festa singulorum mensium calendas occupent.

Z 2 §. 16.

usque pars versus quam habet Rymbegla, Adam degebit; sive degebat, vel etiam degebord, nihil enim refert, quodnam e tribus eligas, cum omnia materialiter spectentur, at syllabæ tantum a certis literis incipere debeant. Jam pro septem mensibus reliquis septem syllabæ desunt Rymbeglæ, quarum quinque uno loco ita scribit Codex de Computo: gº sifus a fex, sed alio loco ita, gre, fas adipex, cum igitur litera sexti mensis Junii, debeat esse E, quæ suis calendis apposita, & septimi mensis Julii G, a qua litera in Calendario incipit, collatis scriptionibus gº & gre, concludo scribendum esse egro. Octavus mensis Augustus calendis suis adscriptam habet literam C. Nonus September literam F; quare prior scriptio, sifus, depravata, posterior, fas, manca, & scribendum: cifus vel cifas. Decimus mensis October suis calendis appositam habet literam A; undecimus November literam D; duodecimus December, F, igitur vocabulum, afex, mancum, adipex, depravatum, at scribendum adifex, prima syllaba pro Octobri, secunda pro Novembri, tertia pro Decembri valente. Hinc totus versus: *Adam degebat Egro Cifus Adifex.*

(32) Cum hi versus doceant quænam Festa in calendas mensium singulorum incidant, syllaba Cir. sive Ci., ut habet Codex de Computo, denotet circumcisio, h. e. Festum Circumcisionis, quod calendis Januariis adhæret; Bri., syllaba secunda valet pro secundo mense Februario, & denotat Festum Brigidæ virginis, fixum in calendis Februariis. Calendis Martiis & Aprilibus nulla Festa tribuit Dominus Computista, & hinc ipsas mensium syllabas initiales, loco Festorum versui inseruit, licet in Ephemeride Bedæ & Calendario Gregoriano reformato

sive

16. §.

(o) (33) *Cir. gᵉ jo. ſil. tens. a. b. Stephi. jhm. natum. Dat. c. joan. bne qᵒq, marc. jacob. aſſumtam Dominam Steph. D. Pue. con. brigi. chat. CX. omnes. ce. nicho. magn. jo. E. vigi. pur. pe. to lav. bar. crv. cle. Math. auda. thomam pu. F. Epipha. math. jo cum. na. Dominam. micha. Thomam. G. colit. agnier. ave. bap. ſun. o. ſi. Marth. thola. dum. me.* Peſsi fyrerfarandi vers ſkyra á hverium ſtaf hver heilagur meſſudagur ſtendur, og um alla XII mánudi, og enn áfram &c.

17. §.

(o) *Codex de Computo ex No. 624. ita ſcribit:* Cir. gᵉ jo. ſil. tenet. a. b. Stephi. ĩm natum, dat. c. Johñ. bene qvoqve. mart. Jacob. aſſumtᵐ dinam. Steph. d. Puc. Conbarigi. Cat. Crux. dis. Ce. nito. mag. jo. c. vigi. pur. pe. tho. lau. bar. cʏ cle. mat. and. a. thomam. Fr. ephipa. mat. jo. enn. na. dominam. micha. thomam. G. colit. agmen. ave. bap. ſim. o. ſi. mart. tolo. dum. me.

ſive Almanak, calendis Martiis adfixum ſit Feſtum Donati Albini martyris, & calendis Aprilibus apud Bedam Qvintiani martyris, at in Almanak, Hugonis cujusdam Sancti. Qvinta vox in utroqve exemplari pravè ſcripta, denotat Feſtum Philippi & Jacobi Apoſtolorum, calendis Majis adfixum. Calendas Junias & Julias relinqvit omni Feſto vacuas, & proinde ſyllabas initiales ipſorum menſium loco Feſtorum ponit, cum tamen illis in Almanak tribuatur Feſtum Nicodemi, in Ephemeride Bedæ Nicomedis martyris, his Theobaldi. Octava ſyllaba Pet. valet pro octavo menſe Auguſto, & denotat Feſtum Petri Apoſtoli in vincula conjecti, occupare calendas Auguſti. Nona ſyllaba Eg. qvam perperam omittit Codex de Computo, rectius ſcribitur Æg., nono menſi Septembri deputata, innuit Feſtum Ægidii calendas Septembris occupare. Decima ſyllaba remeg. ſive rectius Remig., menſi decimo Octobri dicata, ſignificat Feſtum Remigii Epiſcopi calendas Octobris occupare. Undecima ſyllaba om. pro undecimo menſe Novembri, innuit vocabulum, omnium, cujus initialis ſyllaba, & conſeqventer Feſtum omnium Sanctorum in calendis Novembribus eſſe fixum. Pro menſe duodecimo ſive ultimo Decembri habet Rymbegla p⁹, at Codex de Computo

§. 16.

Hi antecedentes verſus declarant, qvænam littera cuivis Feſto per omnes duodecim menſes ſit appoſita &c.

puto p⁹, qvo innuitur Feſtum Sancti cujusdam, cui nomen a litera P incipiens, cadere in calendas Decembris, qvibus in Almanak adſcriptus eſt Arnoldus qvidam, ſed cujus nomen Computiſta metri gratia vitâſſe videtur. Sed in Martyrologio Beda calendis Decembribus tribuit Sanctum qvendam nomine Philominum, cujus fortaſſe nomen litera P innuitur. Hic itaqve verſus computiſticus caſtigatius ſcribitur hoc modo: *Cir. Bri. Mar. Ap. Philipp. Jun. Jul. Pet. Æg. Remig. om. Phi.*

(33) 1) Hi verſus indicant Feſta potiſſimum Sanctorum, ita ut ſinguli contineant feſta aliqvot eidem litteræ hebdomadali in Calendario adſcripta, ſive in eos menſis dies incidentia, qvibus aliqva ſeptem literarum hebdomadalium eſt appoſita. Pro numero ſeptem literarum hebdomadalium, hi verſus ſeptem eſſe qvidem deberent, ſed duæ primæ literæ a. & b. combinantur in unum verſum, qvi ſic ſonat ſecundum Rymbeglam, ſit honor auribus: *Cir. gę joh. Sil. tens, a. b. Stephi. jhm. natum;* ſed Codex ita: *Cir. gę jo. ſil. tenet a. b. Stephi. in natum*, qvæ ſcriptio priore paullo melior, ſed utraqve ni fallor valdè corrupta. Syllaba *Cir.* denotat Feſtum Circumciſionis, ut ante, calendis Januariis adfixum, cui litera hebdomadalis A adſcripta. Scriptio gę vel denotat Gregorii Feſtum duodecimo Martii affixum, vel etiam Georgii qvod vigeſimo tertio Aprilis adhæret, nam utriqve dici in Calendario adſcripta eſt hebdomadalis A, vel deniqve Germani cujusdam ſancti, cujus feſtum trigeſimo Julii, cui etiam adſcripta litera A, adhæret. Sed cum ex modo ligaturæ conſonans aliqva præcedens omiſſa videatur, veroſimilius Feſtum Gregorii ſignificatur. *Joh.* videtur denotare Johannem & conſeqventer Feſtum concepti Johannis fixum in vigeſimo qvarto Septembris; qvanqvam etiam ſecundum Codicis ſcriptionem *jo.* Joſephum denotare poſſit, cujus Feſtum hæret in decima nona Martii, nam utriqve Feſto in Calendario adſcripta eſt litera hebdomadalis A. Sed cum Johannes Baptiſta, ſancto illi qvicunqve fuerit Joſepho, certè præſtet, illius potius qvam hujus rationem Computiſtam & Verſificatorem habuiſſe, veroſimile videtur. *Sil.* rectius credo ſcribi *Syl.* & hac ſyllabâ, Feſtum Sylveſtris Papæ fixum in ultimo Decembris, indigitari, cui adſcripta hebdomadalis A. Hæc igitur feſta hactenus hoc verſu recenſita tenent literam A, h. e. ut hactenus declaravi, illis menſium diebus qvibus adhærent, appoſita eſt litera hebdomadalis A.

2) Qvia

2) Qvia inter Festa Sanctorum nullum invenitur Stephani cujusdam pertinens ad literam b. & Johannis Baptistæ nativitas ad literam G. vigilia ad f. decollatio ad C. Johannis Apostoli ante portam latinam ad G. Passio ejusdem ad d. pertineat, collatis scriptionibus Codicis & Rymbeglæ, locum hunc valdè corruptum existimo, & scribendum esse. b. Jesum Christum natum, ut Festum nativitatis Christi denotetur, in vigesimo qvinto Decembris fixum, cui in Calendario adscripta litera B. Hic itaqve versus primus ita castigatius scribitur: *Cir. Gre. Jo. Syl. tenet a. b. Jesum Christum natum.*

3) Secundum versum pro litera C. ita scribit Rymbegla: *Dat. C. Joan. hue qoq, marc. Jacob. assumtam Dominam. Steph.;* sed Codex ita: *dat. c. John. hene qvoqve mart. Jacob. assumptm dinam. Steph.* In hoc versu *Joan.* vel *John.* denotat Festum Johannis Baptistæ decollationis, fixum in vigesima nona Augusti; *benè* denotat Festum Benedicti Abbatis, fixum in vigesimo primo Martii; *Marc.* Festum Marci Evangelistæ, fixum in vigesimo qvinto Aprilis; *Jacob.* Festum Jacobi Apostoli, fixum in vigesimo qvinto Julii; *assumtam Dominam* innuit Festum ascensionis Sanctæ Mariæ adhærens decimo qvinto Augusti; *Steph.* significatum Festum Passionis sancti Stephani, adhærens vigesimo sexto Decembris: his omnibus Festis in Calendario adscripta est litera C. Hic autem versus castigatus scribitur hoc modo: *Dat. C. Johan. Bene. Marc. Jacob. assumtam Dominam Steph.*

4) Tertius versus juxta Rymbeglam ita sonat: *D. pue. con. brigi. chat. CX. omnes. ce. nicho. Magn. jo.;* at secundum Codicem de Computo ita: *d. Pue. conbarigi. cat. crux. dis. ce. nito. mag. jo.* Continet hic versus decem Festa Sanctorum ad literam D. pertinentia, qvorum primum *Pue.* denotat Festum eductionis pueri Jesu ex Ægypto, fixum in undecimo Januarii, qvia puerorum innocentium festum esse neqvit, cum ad literam E. pertineat. Secundum *Con.* innuit Festum conversionis sancti Pauli, fixum in vigesima qvinta Januarii. Tertium *bri.*, ut habet Rymbegla, nam scriptio Codicis *conbarigi* est depravata, ita ut duæ syllabæ *con.* & *brigi.* corruptè in vocabulum unum coaluerint; significat Festum virginis Brigidæ, fixum in calendis Februarii. Qvartum Festum significat syllaba *chat.* vel *cat.*, qva Festum Petri Cathedrale innuitur, fixum in vigesima secunda Februarii. Qvintum Festum innuit vox *crux*, qvod est Festum sanctæ crucis inventæ, fixum in tertio Maii. Sextum Festum innuit vox *omnis*, scil. Festum omnium Sanctorum, fixum in calendis Novembris. Septimum Festum innuit syllaba *Ce.*, qvod est Ceciliæ virginis & martyris, fixum in vigesimo secundo Novembris. Octavum Festum significat vox *Nicho.*, qvod est Nicolai Episcopi & Confessoris, fixum in sexto Decembris. Nonum Festum significat vox *mag.* vel *magn.*, qvod est Magni Confessoris, affixum sexto Septembris.

Deni-

Deniqve Feſtum decimum innuit ſyllaba *Jo.*, qvod eſt Paſſionis Johannis Evangeliſtæ, fixum in vigeſima ſeptima Decembris. His omnibus Feſtis in Calendario litera hebdomadalis d. eſt adſcripta. Ergo hic verſus caſtigatus ita ſcribitur: *D. Pue. Con. Brigi. Cat. Crux. omnes. Ce. Nico. Magn. Jo.*

5) Qvartum verſum ita ſcribit Rymbegla: *e. vigi. pur. pero. lav. bar. crv. cle. math. aud. a. thomam;* ſed Codex de Computo: *e. vigi. pur. pe. tho. lau. bar. cv cle. mat. aud. a. thomam.* Continet hic verſus Feſta Sanctorum ad literam E. pertinentia. Prima vox *vigi.* videtur denotare vigiliam ſancti Laurentii martyris, cujus Feſtum paſſionis fixum in decimo Auguſti, cui adſcripta litera E, ſed antecedenti vigiliæ littera d, ergo vigiliam antecedentem pro inſeqventi Feſto poſuit vel etiam utrumqve innuit. Secunda ſyllaba *pur.* denotat Feſtum Purificationis Mariæ, fixum in ſecundo Februarii. Tertia ſyllaba *Pe.* denotat Feſtum paſſionis Petri & Pauli Apoſtolorum, fixum in vigeſima nona Junii, cum nomina Petri Pauliqve eidem diei in Calendario ſint adſcripta, & utriusqve paſſio in eandem illam diem incidat. Rymbegla ſyllabas *pe. ro.* conjungit, ſed Codex disjungit & ſcribit *Pe. tho.;* ſed nullum nomen ſancti cujusdam invenio, cui adſcripta ſit litera E; niſi Thomæ Apoſtoli, qvod in fine hujus verſus ponitur, cujus feſtum adhæret vigeſimo primo Decembris. Locum igitur in utroqve Exemplari corruptum concludo & ſcribendum eſſe *Pe. Pa.*, ut nomen Pauli cum Petri nomine ſimul innuatur. Qvinta ſyllaba *Lav.* vel *Lau.*, rectius ſcribenda videtur *La.*, ut innuatur Feſtum Labæ virginis, fixum in vigeſimo octavo Septembris, cum apud Bedam nec in Ephemeride, nec in Martyrologio aliud nomen inveniam, & Feſtum Laurentii jam ſupra in verſu qvarto voce *vigi.* ſignificatum ſit. Sexta ſyllaba *Bar.* denotat Feſtum Bartholomæi martyris, fixum in vigeſimo qvarto Auguſti. Septima vox, ſeu ſcripſio *crv.* vel *cv* inſinuat crux, & conſeqventer Feſtum exaltatæ crucis, fixum in decima qvarta Septembris. Octava ſyllaba *Cle.* innuit nomen Clementis Papæ, cujus Feſtum fixum in vigeſima tertia Novembris. Nona ſyllaba *Math.* ſignificat Feſtum nativitatis ſancti Matthæi Apoſtoli, fixum in vigeſimo primo Septembris. Decima *And. a.* uti ſcribunt Exemplaria, ſed rectus *andræ*, qvo innuitur Feſtum Andreæ Apoſtoli, fixum in trigeſimo Novembris. Undecima vox *Thomam* manifeſtò ſignificat Feſtum Thomæ Apoſtoli, fixum in vigeſimo primo Decembris. Duodecima ſyllaba *pu.* denotat Feſtum puerorum innocentium, fixum in vigeſimo octavo Decembris. His omnibus feſtis in Calendario eſt adſcripta hebdomadalis litera E. Verſus autem caſtigatus hoc modo ſcribitur: *E. Vigi. Pur. Pe. Pa. La. Bar. Crux Cle. Mat. Andra. Thomam. Pu.*

6) Qvintum verſum ita ſcribit Rymbegla: *F. Fpipha. math. jo. cum. na. dominam. micha. thomam;* ſed Codex: *Fr. ephipa. mat. jo. eun. na. dominam. micha.*

tho-

17. §.

(p) (34) *Addita. didoqve deflere graduſa biferum, ediſſam.*
Gofforn cadit. fundaſſ. aplorus. dendroſa fundit
Et poſt Nonas oct. jda ſemper.

Þeſsi fyrerfarande vers kenna, á hverium ſtaf inngeingur hver mánudur, og hverſu marga Nonas daga og ei ſídur Calendas daga

(p) *Codex de Computo ex No.* 624. *ita:*

Abdita, dido. qve. deffleę graduſa. biforum. ediſſara;
Gofformus, raditis funda, aflerus denduſco funditur
Et poſt Nonas octida ſemper.

---

thomam. Hic verſus continet Feſta fixa ad literam F. pertinentia. Prima vox *Epipha.*, rectè ſcripta ſatis manifeſtè ſignificat Feſtum Epiphaniæ, fixum in ſexto Januarii. Secunda vox *Matth.* innuit Feſtum Matthiæ Apoſtoli, fixum in vigeſimo qvarto Februarii. Tertia ſyllaba *jo.* videtur innuere vigiliam ſancti Johannis Baptiſtæ, fixam in vigeſimo tertio Junii. Particula *cum.* apud Rymbeglam, & *enn.* apud Codicem utraqve depravata, & ni fallor ſcribendum *Con.*, qva ſyllaba denotatur *Conceptio*, hoc eſt Feſtum Conceptionis Mariæ virginis, fixum in octava Decembris. Vox qvinta & ſexta ſimul ſumtæ *na. Dominam*, hoc eſt natam Dominam, ſignificant Feſtum Nativitatis virginis Mariæ, fixum in octava Septembris. Septima vox *Micha.* indicat Feſtum Michaëlis, fixum in vigeſima nona Septembris. Ultima vox *Thomam*, ſatis clarè indicare videtur Feſtum Sancti cujusdam, cui nomen Thoma, ſed Apoſtoli Thomæ Feſtum jam præceſſit in verſu antecedenti, nec aliud Feſtum Apoſtolo Thomæ tributum in Bedæ Ephemeride comperio niſi vigiliam, cui adſcripta litera D. Ergo Computiſta ſanctum qvendam alium nomine Thomam hoc verſu indigitare voluit, cujus Feſtum in aliqvo die fixum ſit, cui adſcripta hebdomadalis F. Cum omnia feſta hoc verſu recenſita literam hanc adſcriptam habere debeant, qvi caſtigatus hoc modo ſcribitur: *F. Epipha. Math. Jo. Con. na. Dominam. Micha. Thomam.*

7) Sextum verſum ita ſcribit Rymbegla: *G. colit. agnier ave. bap. ſun. o. ſi. marth. thola. dum. me.*; ſed Codex de Computo ita: *G. colit. agmen ave. bapſim. o. ſi. mart. tolo. dum. me.* Hic verſus continet Feſta ad literam G. pertinentia. Prima vox *agnier*, vel *agmen* corrupta, pro qva ſcribendum Agnes, cujus ſanctæ virginis Feſtum adhæret vigeſimæ primæ Januarii. Secundum vox *ave.* videtur innuere

§. 17.

Hi verſus antecedentes declarant a qvanam litera ſinguli menſes ineant, & qvot dies Nonas & Calendas habeant, & ad men-

---

innuere nomen ſancti cujusdam ſic incipiens, qvod nullum apud Bedam in Ephemeride vel in Almanak invenio, unde corruptum hunc locum ſuſpicor, & ſcribendum *A. di.*, ut ſignificetur Apoſtolorum diviſio; vel etiam *Ama.*, ut innuatur Amalia, vel deniqve *Adri.*, ut inſinuet Adrianus. Cum hæc omnia Feſta in Calendario literam G. adpoſitam habeant. Sed horum trium ob dignitatem eligendum videtur primum fixum in decima qvinta Julii. In verſu Rymbeglæ ſcriptio *bap. ſun. o.*, & Codicis *bap. ſim. o.*, utraqve corrupta, pro qva ſcribendum *Baptizo*, qvæ vox indicat Feſtum nativitatis Johannis Baptiſtæ, fixum in vigeſimo qvarto Junii; nam vocalem *o*, qvam ab antecedenti & conſeqventi ſeparant, cum antecedentibus conjungendam credo; *ſi.* denotat Feſtum Apoſtolorum Simonis & Judæ, fixum in vigeſimo octavo Octobris. *Mart.* denotat Feſtum Martini Turonenſis Epiſcopi, fixum in undecima Novembris. *Thola* vel *tolo*, depravata vox, pro qva ſcribendum Thala, qvo nomine ſignificatur Feſtum ſancti vel ſanctæ cujusdam, fixum in undecima Martii. Duas ultimas ſyllabas *dum. me.* depravatas conjicio, cum ſanctos illos, qvorum nomina *Sic.* incipiant, non inveniam, & ſimul ad literam G. pertineant; qvare ſcribendum ſuſpicor: *Dom. Ma.*, qvod innuit dominam Mariam, cujus Feſtum Annunciationis adhæret vigeſimo qvinto Martii. Hæc omnia Feſta literam G. ſibi adſcriptam habent; verſus autem caſtigatus ſcribitur hoc modo: *G. Colit. Agnes. A. di. Baptizo. Si. Mart. Thala. Dom. Ma.*

(34) Singula iſta vocabula, pro duodenario menſium numero, duodecim, qvoniam ficta ſunt & materialiter ſpectanda, in qvibus depravata videntur, pro arbitrio ita ut ſcopo ſatisfiat, immutare licet. Videtur autem ex Authoris explicatione, omnes triſyllabas eſſe oportere, ita qvidem ut litera vocis initialis, ſit hebdomadalis calendis menſis ſibi reſpondentis in Calendario appoſita, ad initialemqve ſecundæ ſyllabæ, qvota numeratur maxima Nonarum menſis ejusdem, totidem loca in Alphabeto putentur; & qvota maxima Calendarum, totidem ad ipſam incluſivè literæ numerentur, tamen neceſſarium non eſt hæc vocabula eſſe triſyllaba, cum biſyllaba etiam ſatisfaciant, aſſumta pro tertia ſyllaba conſonante finali poſterioris. Codex, pro *Addita* ſcribit *Abdita*, qvod indifferens, cum ſecunda litera primæ ſyllabæ conſideranda non veniat: pro *didoqve* ſcribit ſeparatim *dido, qve*, ſed male: pro *desſiere*, *desſlet*, etiam malè: *biforum* pro *biſerum*, qvod in-

daga hver mánudur hefur; ſkaltu merkia fyrſtu ſamſtöfu hvers ords til inngángs mánadarens, enn adra ſamſtöfu til Nonas daga, pridiu til Calendis daga; þad er ad ſkilia, ad ſvo marger ſkulu Nonas dagar og Calendas dagar hvers og eins mánadar, ſem ſá ſtafur er ad tölu í ſtafrofi ſem fyrſtur er í annari ſamſtöfu og þridiu ſamſtöfu hvers ords, enn Idus dagur eru jafnan óbrigder í ſinne tölu VIII.

18. §.

---

differens: pro *ediſſam*, *ediſſara*, ſed melius ſcribitur ediſſam, cum ſuperflua ſit qvarta ſyllaba, & litera *n* in ſyllabam *ra* per depravationem abiiſſe videatur: pro *Gofforn* ſcribit *Gofformus*, ſed utraqve ſcriptio corrupta ſcopo minimè ſatisfacit, & ut ſatisfaciat, ſcribendum *Goforus:* pro *cadit*, *raditis*, ſed malè, cum ſcribendum ſit *caditis*, ſed biſyllabum, *cadit*, etiam ſatisfacit, conſonante finali *t*, pro tertia ſyllaba, *tis*, adhibita: pro *fundaſſ.*, habet *funda*, utraqve ſcriptio depravata, & ad ſatis faciendum ſcopo, ſcribendum *fudas* vel etiam *fudaſe:* pro *aplorus* habet *afterus*, qvod rectius: pro *dendroſa*, *denduſco*, hæc vocabula ſunt æqvivalentia, nam utrumqve ſcopo ſatisfacit: pro *fundit*, *funditur*, utraqve ſcriptio depravata ſcopo non ſatisfacit, ſed ut ſatisfaciat, ſcribendum, *fudit* vel *fuda*. Jam collatis & caſtigatis hiſce vocabulis: primum *Addita*, vel *abdita* valet pro menſe primo Januario, cujus calendis literam hebdomadalem A adſcriptam indicat litera initialis vocis ſive primæ ſyllabæ littera prior; ſecundæ ſyllabæ litera initales d. in ordine Alphabeti qvarta, innuit in Januario qvatuor dies Nonarum numerari, nam qvarta Nonarum eſt ſecunda Januarii; tertiæ ſyllabæ litera initialis t. oſtendit in Januario numerum Calendarum Februariarum aſcendere ad novemdecim inclusivè, cum litera t. in Alphabeto occupet locum decimum nonum, primum itaqve vocabulum pro Januario in gratium lectoris ita ſcribo *Addita*.[4.19] Secunda vox, *didoqve*, valet pro ſecundo menſe Februario, cujus primæ ſyllabæ caput d. dicit literam d. calendis Februariis in Calendario adſcriptam; ſecundæ ſyllabæ *do*, caput etiamnum d. qvia qvartum in Alphabeto locum obtinet, oſtendit in Februario Nonas ad qvaternarium aſcendere, cum Nonarum qvarta ſit Februarii ſecunda; caput tertiæ ſyllabæ q. in ordine Alphabetico decima ſexta, ſignificat in Februario putari ſedecim dies Calendarum Martiarum, & ita qvidem ſe res habet omni anno communi, ſed cum anno biſexto Februarius ſit dierum viginti novem, una dies intercalaris addita literam q. falſam & exceptionem a regula facit, cum litera proximè ſeqvens r. tunc valeat, & anno biſextili pro Februario

vox:

menſium introitus ſingularum vocum ſyllabas primas, ſecundas ad Nonarum, tertias ad Calendarum dies notabis; ſcil. ſingulorum menſium dies Nonarum & Calendarum totidem ſunto, qvotum in Alphabeto occupat locum litera initialis ſyllabæ ſecundæ ac tertiæ vocis cujusqve, dies vero Iduum conſtanter manent numero octo.

vox: *didore*, ſed tamen huic exceptioni Author non proſpexit, at in regula generali acqvievit, vocem iſtam materialem pro Februario ita ſcribo *didoqve*, numero Nonarum & Calendarum ſupra ſignato. Tertium vocabulum *deſflere* habens initialem literam d. indicat calendis tertii menſis Martii adſcriptam eſſe hebdomadalem d.; ſecundæ ſyllabæ *fle*, initialis f. inſinuat in Martio numerari dies Nonarum ſex, cum ſexta Nonas ſit Martii ſecunda; tertiæ ſyllabæ initialis r. oſtendit in Martio putari calendas Aprilis ſeptemdecim, cum in ordine literarum Alphabetico decima ſeptima ſit, hoc itaqve vocabulum pro Martio, numeris ad apices conſonantium ſignificantium poſitis, ita ſcribo: *deflere*. Qvarta vox materialis *graduſa*, pertinet ad qvartum menſem Aprilem, cujus caput g. indicat Aprilem in Calendario a litera g. inire; caput ſecundæ ſyllabæ d. in ordine Alphabetico qvarta, dicit in Aprili qvatuor dies Nonarum numerari, cum qvarta Nonarum Aprilium ſit Aprilis ſecunda; tertiæ ſyllabæ caput ſ. in ordine literarum decima octava, oſtendit in Aprili in Calendario Romano putari dies octodecim Calendarum Majarum, hæc itaqve vox materialis pro Aprili ita ſignatur: *graduſa*. Jam vero ex horum qvatuor vocabulorum explicatione & analyſi, ſatis ni fallor intelligit lector qvomodo cætera ſint intelligenda & reſolvenda. Verſus autem integros, cum numeris apicibus conſonantium ſignificativorum appoſitis & menſibus in gratiam lectoris ſubſcriptis hic appono:

Addita	*Didoqve*	*deſflere*	*graduſa*	*Biferum*
Jan.	Febr.	Mart.	April.	Maj.
Ediſſam	*Goforus*	*Cadit*	*Fudas*	*Aſterus*
Jun.	Jul.	Aug.	Sept.	Oct.
Dandroſa	*Fudit*	*& poſt Nonas oct. ida ſemper.*		
Nov.	Dec.			

Qvid ſit: poſt Nonas oct. ida ſemper, ſatis clarum arbitror, cum dicere velit in omni menſe poſt Nonas numerari more Romano octo dies Iduum, qvemadmodum ipſe hunc verſum illuſtrat, cum dicat in fine (§. 17.) dies Iduum manere conſtanter numero octo.

18. §.

Enn medur því at eingi mánudur hefur ſína Calendis daga (35), heldur gripur hver frá ödrum; þá eru þar enn vers til ſett, þau ſkira á hverri ſamſtöfu Calendas dagar byriaſt í Rymverſum í hverium mánudi.

(q) *Nod. fe. ja. ſed. no. dep. doc. ti. dep. indeq, bas. doc. Svit. dep. ev. nod. cev. doc. inn. dep. doc. tiq, ni. nod.*

Nod. eru XIX, *ſed.* XVI, *dep.* XVII, *doc.* XVIII, ſo ſem novemdecim, ſedecim, ſeptemdecim, octodecim.

19. §.

(q) *Codex de Computo ex No. 624. ita:*
Nod. fe. na. ſed. no. dep. doc. ti. dep. indeq, bas. Doc.
Svo. at. dep. enn. nod. tro. doc. inn. dep. doc. tiqve. ni. nod.

---

(35) Notum ſatis vel etiam pueris, menſem qvemlibet ſuas calendas habere. Sed ad diem menſis qvota ſit determinandam, unus alteri ſurripit, hoc eſt antecedens qvilibet utitur calendis menſis ſe immediatè ſeqventis; December autem calendis Januariis. Qvot vero Calendarum dies in Calendario Romano ſingulis competant, his verſibus computiſticis indigitatur; declarant autem hi verſus a qvanam ſyllaba numerica, vel etiam prima nominis ſancti cujusdam adſcripti, in ſingulo menſe dies Calendarum procedant; retro ad calendas menſis inſeqventis putando. Hæ ſyllabæ numericæ ſunt: *nod. ſed. dep. doc.*, qvæ, ut ipſa explicat Rymbegla, ſunt novemdecim, ſedecim, ſeptemdecim, octodecim; qvia totidem Calendarum dies in omni menſe numerantur. Duæ primæ ſyllabæ *nod. fe.* referuntur ad menſem primum Januarium, & indicant dies Calendarum novemdecim putari, qvarum primæ, hoc eſt decimæ nonæ, ſive decimæ qvartæ diei menſis Januarii adſcriptum ſit Feſtum Felicis, cujus nomen a ſyllaba *Fe.* incipit. Duæ ſecundæ ſyllabæ *ja. ſed.*, ut habet Rymbegla, vel *na. ſed.*, ut Codex, pertinent ad ſecundum menſem Februarium, & innuunt in Februario putari calendas ſedecim, ſyllaba *ja.* ſive *na.* utraqve corrupta, pro qva ſcribendum *Va.*, prima Nominis Valentini, qvod decimæ ſextæ Calendarum adſcriptum. Tertiæ ſyllabæ *no. dep.*, ad menſem tertium Martium pertinere videntur, & qvidem, qvod poſteriorem attinet, ad Martium ſpectare certum eſt, cujus ſeptemdecim calendas numerari oſtendit; prior autem ſyllaba *no.* prorſus depravata videtur, cum nullum ſancti cujusdam nomen ab N. & vocali qvadam incipiens, & decimæ ſeptimæ Calendarum

§. 18.

Verum, qvoniam nullus menſis proprias habet dies Calendarum; ſed unus alteri ſurripit, rurſus verſus computiſtici deſtinati ſunt ad declarandum a qvanam ſyllaba qvovis menſe dies Calendarum ineant.

Nod. Fe. ja. ſed. Va. dep. doc. Ti. dep. indeqve bas. doc. Sus. dep. Ev. nod. Cyp. doc. Nin. dep. doc. Theqve Ni. nod. Nod. *ſignificat XIX*, ſed. *XVI*, dep. *XVII*, doc. *XVIII*, *h. e. novemdecim*, *ſedecim*, *ſeptemdecim*, *octodecim*.

rum Martii adſcriptum inveniam, in Ephemeride Bedæ & verſibus Martyrologis invenio nomen Cyriaci cujusdam ſancti martyris, qvi decimo ſeptimo Calendarum Aprilium Martyrio obiit. Cujus igitur nominis prima ſyllaba *Cy.*, ſyllabæ *no.* ſubſtituenda videtur, ut pro *no. dep.* legendum ſit *Cy. dep.*; niſi fortaſſis Dominus Computiſta & verſuum Author, tres ſyllabas primas *nod. Fe. ja.* ad Januarium referre voluerit, ut tertia ſyllaba *ja.* ſit prima nominis Januarii vel etiam ſecunda nominis Felicis, ut pro *nod. fe. ja.* ſcribendum ſit *nod. feli.*, qvare pro ſyllaba *no.*, ad Februarium pertinente, ſcribendum *va.*, prima nominis Valentini. Qvartæ ſyllabæ *doc. ti.* ad Aprilem menſem qvartum pertinent, qvarum priore ſignificatur octodecim in Aprili dies Calendarum Majarum numerari, poſteriore innuitur nomen Tiburtii octodecimæ Calendarum adſcriptum. Syllaba *dep.* indicat ſeptemdecim in Majo numerari calendas Junias; *bas. doc.* referuntur ad ſextum menſem Junium, qvarum poſterior *doc.* innuit octodecim in Junio calendas Julias putari, ſed prior ſyllaba *bas.* ficta videtur, niſi Baſilidis nomen indigitet, non qvod octavæ decimæ Calendarum adſcriptum, ſed vicinum in Calendario ſit, utpote ſecundo Iduum appoſitum. Sic fuit primum Hexametrum ſeqvitur alterum, qvod ſic incipit: *ſvit. dep.*, vel etiam ut habet Codex *ſvo. at. dep.*, prior ſcriptio paulo melior videtur, ſed pro *ſvit.* ſcribendum eſt *ſus*, qvo innuitur nomen Suſannæ decimæ ſeptimæ Calendarum adſcriptum; *dep.* autem denotat ſeptemdecim in Julio calendas Auguſti putari. Seqvuntur ſyllabæ *Ev. nod.*, vel, uti Codex habet *enn. nod.*, qvarum poſterior *nod.* dicit in Auguſto novemdecim calendas Septembris putari; prior autem *Ev.* indicat nomen Euſebii decimæ nonæ Calendarum appoſitum. *Cev. doc.* ad Septembrem pertinent, qvarum poſterior oſtendit octodecim calendas Octobris in Septembri putari; prior

ſyllaba

19. §.

(r) (36) *Annus erat decimus ſolis lunæ ſecundus*
Fuit Dominus de ſacra virgine natus
B. litera Dominicalis, G. litera tabularis
In Nathali Domini noſtri Jeſu Chriſti
Glorioſæ, Mariæ virginis filii.

(s) (37) *Janus. September. Februs.* XIX. *nod. mars. hab*; XVI. *aſtſmd.*
XVII.
Junius. Auguſt. April. depq, November.
XVIII.
Julius. October. Majus. doc. atq, December.

Þeſsi fyrerfarandi vers kenna hverſu marga Calendas daga hver mánudur hefur, eptir því sem þeir eru þeim eignadur og leſid er

(r) *Codex de Computo ex No.* 624. *ita:*

Annus erat decimus ſolaris luncqve ſecundus
Qvum fuit Dominus de caſta virgine natus
B. tra dominical. G. tra tabularis *&c.*

(s) *Idem Codex:*

Janus. September. Februs: nod. mars. habet XVI. aſt, ſemd.
Junius. Auguſtus. April. dep. XVII. qve November.
Julius. October. Majus. dat XVII. atq, December.

ſyllaba *Cev.* cujus loco Codex corruptus ſcribit *tro.*, depravata videtur & ſcribendum eſſe *Cyp.* vel *Crux*, cum Feſtum Crucis exaltatæ & Cypriani octavæ decimæ Calendarum ſit appoſitum. *Inn. dep.* ſyllabæ ad Octobrem referuntur, qvarum poſterior dicit in Octobri ſeptemdecim calendas numerari, prior corrupta videtur, cum ſancti cujusdam nomen ſic incipiens inveniam nullum; qvare ſcribendum ſuſpicor *Nin.* cum in Martyrologio Beda ſanctum qvendam nomine Ninum commemoret, qvi decimo ſeptimo Calendarum in Octobri Martyrio obiit. *Doc. tiq,* ad Novembrem pertinent, qvarum prior indicat octodecim calendas Decembris in Novembri numerari, poſterior ſyllaba *ti.* videtur innuere nomen ſancti

§. 19.

Hi antecedentes versus docent, quot Calendas qvilibet mensis habeat, prout ipsis in Calendario Martyrologii tribuun-

---

sancti cujusdam sic incipiens, qvod nullum invenio, sed Beda in Martyrologio Theodorum qvendam sanctum commemorat, qvi octavâ decimâ Calendarum in Novembri Martyrio obierit; qvare depravatum hunc locum existimo, & pro *tiq*, scribendum *Theq*,. *Ni. nod.* ultimæ syllabæ ad Decembrem pertinent, qvarum posterior *nod.* innuit novemdecim calendas Januarias in Decembri putari, sed prior est prima nominis Nicasii, qvod in versibus martyrologicis ad decimam nonam Calendarum in Ephemeride refert Beda. Igitur hi versus castigati hoc modo scribuntur:

Nod. Fe. Ja. Sed. Va. Dep. Doc. Ti. Dep. Indeqve. Bas. Doc.
Sus. Dep. Eu. Nod. Cyp. Doc. Nin. Dep. Doc. Theqve. Ni. Nod.

(36) Hi versus hic loco alieno ponuntur, cum huc minimè pertineant, & hic sine judicio sunt inserti. Scripsio versus prioris Rymbeglæ accuratior *illa*, qvam habet Codex; in versu posteriore pro *cum*, melius scribitur *qvando;* in tertio versu omittenda videtur syllaba finalis vocabuli *Dominicalis*, ut legendum sit: *B. litera Dominical. G. litera tabularis*, sive accuratius hoc modo: *littera B. Domini, sed littera G. tabularis;* in qvarto versu omittenda videtur vox initialis præpositio *in*, & aliqva trium vocum *nostri Jesu Christi*, ut legendum sit: *Natali Domini Jesu Christi glorioso;* sed fortassis versuum Author & Computista in his Prosodiam parum curaverit, & consequenter hi versus depravationem nullam subierint. Duo versus primi dicunt annum Nativitatis Christi, sive primum Æræ Christianæ fuisse decimum Cycli solaris, & secundum Cycli lunaris, ut ultimus ante Æram sit primus hujus, sed illius nonus, qvæ ratio est regularum qværendi per calculum Cyclum solis & lunæ, nam si hunc qværas, Æræ Christianæ addas unitatem, si illum novenarium; & in casu priore divide per 19, in posteriore per 28, & annum Cycli currentem obtinebis. Qvod autem asseritur, anno primo Æræ Christianæ fuisse G. literam tabularem, hoc ipso respicitur ad Cyclum magnum Paschalem, qvem veteres Islandi Talbyrdingum dixerunt. Nam Talbyrdingum inspiciens, anno Cycli lunaris secundo, solaris decimo, literæ Dominicali b. literam tabularem G. respondere videbis; cur autem litera G. potius qvam alia respondeat, id alibi explicabitur.

(37) Vocem penultimam primi versus Rymbeglæ depravatam corrigit Codex, ultima vox in utroqve exemplari corrupta videtur, cum difficile sit intellectu, qvid

sibi

er í Calendario Martyrologi: ſvo ſem í December in Feſto Nichaſii decimo nono calendas Januarii; enn in Januario in Feſto Felicis decimo nono calendas Februarii, og ſídan hvern eptir annan, eptir því ſem ádur er ſkyrt í ſamſtafaverſum *nod. ſe. Va.* &c.

20. §.

(t) (38) *Altitonans dns, divinad. gerens bonus. extad. Gratuito celij, fert aurea dona fideli.*

Þeſsi vers kenna hverſu marga daga hver mánudur hafa ſkal; enn underſtada á þeſsari reglu er ſvo feld ad þu ſkalt ſkipa ſvo ſem

(t) *Codex de Computo ex No.* 624. *ita:* Altitonant Dominus divina gerens bonus extat; *qvæ ſcriptio accuratior.*

XVI. XVI.
ſibi velit ſcriptio Rymbeglæ *aſtſmd*, vel Codicis *aſt*, *ſemd*. Sed cum ſcopus horum verſuum ſit, indicare qvot Calendarum dies in ſingulo menſe putentur & in Februario ſedecim numerentur, ratio ſubeſt ſuſpicandi & conjiciendi ex vocabulo ſedecim formatam fuiſſe vocem, qvæ depravata abierit in *aſtſmd* vel *aſt*, *ſemd*, & cum ſpondæus eſſe debeat in fine verſus, fuiſſe vocabulum illud *exemd* vel *hexemd*, ut verſus ita reſtitui poſſe videatur: *Janus, September, Februs. nod. Mars habet. hexemd;* ſecundus verſus ita legendus: *Junius, Auguſtus, April dep. atqve November.* Cæterum hi verſus, ſiqvidem ita accipiantur, ut ſingulo menſi dies ſuæ per calendas alterius putatæ, tribuantur, ſcopo minimè ſatisfaciunt; ſed numerus Calendarum, qvi in menſe antecedenti adhibetur, menſi inſeqventi adſcribendus, a cujus calendis putantur. Ita in Januario novemdecim calendæ numerantur, qvæ Februario tribuuntur, cum a calendis Februariis retro in antecedentia numerari incipiant. In Auguſto novemdecim, qvæ Septembri, in Decembri novemdecim, qvæ Januario deputantur. In Februario putantur ſedecim, qvæ Martio tribuuntur, & hac ratione verus evadit primus verſus.

Similiter in Majo, Julio, Martio, Octobri numerantur calendæ ſeptemdecim, qvæ menſibus immediatè ſeqventibus Junio, Augnſto, Aprili, Novembri reſpectivè tribuuntur, atqve ſic verſum ſecundum verum eſſe comperio. In Junio, Septembri, Aprili, Novembri putantur octodecim calendæ, qvæ menſibus inſeqventibus, Julio, Octobri, Majo, Decembri adſcribuntur reſpectivè, atqve hac

buuntur ac legitur: ut in Decembri in Feſto Nicaſii, decimo nono calendas Januarias. At in Januario in Feſto Felicis, decimo nono calendas Februarias, & dein ſucceſſivè, uti ſupra per verſus ſyllabicos nod. fe. Va. *&c. declaratum.*

§. 20.

Altitonans dominus divina gerens bonus exſtat.
Gratuito cæli fert aurea dona fideli.

Hi verſus docent qvot dies habeat qvilibet menſis, at hujus regulæ hæc eſt ratio: menſi cuivis dies, puta viginti & octo tri-

---

hac ratione intellectus verus evadit verſus tertius ſed numeri characteribus Romanis ſcripti ſupra particulas *nod. dep. doc.*, ſunt explicativæ particularum, qvemadmodum ſupra, ad verſum illuſtrandum adfert Rymbegla exemplum Calendarum in menſe Decembri, in qvo decimæ nonæ (§. 19.) adſcriptum ſit Feſtum Nicaſii, & in Januario decimæ nonæ Calendarum, Feſtum Felicis, qvo in ſine (§. cit.) ſub obſcurè dicta illuſtrantur.

(38) Qvæ de methodo per hos verſus indagandi numerum dierum ad viginti octo addendarum, ut ſingulorum menſium juſta multitudo dierum obtineatur, tradit & prædicat Author, primo certè intuitu falſa & paradoxa videntur. Sunt eqvidem hi verſus computiſtici, nam per vocum literas initiales, indicant literas hebdomadales, a qvibus ſinguli menſes ineant, ſive qvænam litera ſingulorum calendis ſit in Calendario adſcripta, qvemadmodum qvicunqve volet, Calendarium inſpiciendo poterit experiri, ſuntqve pro menſium numero duodenario, verſuum vocabula duodecim, inveni etiam hos verſus in libello computiſtico majore Domini *Gislavi Biarni* filii Grunnavicenſis pag. 30, qvi hunc ipſum uſum & nullum alium illis tribuit, & verſus computiſticos veteres appellat, qvos igitur ex veteri qvodam Calendario excerpſit. Cum verſus allati literas ſingulis calendis adſcriptas indicent, & per omnes menſes ordine naturali in Calendario procedant, ut finalem menſis antecedentis ſeqvatur ordine Alphabetico initialis menſis proximè ſeqventis; ex iisdem cum Calendario collatis elici poteſt methodus putandi, qvot dies ad viginti & octo ſint addendi, ut ſingulorum menſium numerus dierum completus obtineatur, hanc methodum Rymbegla Parte prima hujus paragraphi rectè ſatis expli-

ſem VIII daga og XX hverium mánudi. Far til ſidan og tak hin fyrſta ſtaf ur hverium tveimur ordum verſanna, og reikna þar næſt hverſu miked ſpatium milli er ſtafanna, med rettri tölu ſtafrofsens, og ſvo miked ſem þad profaſt fyrer töluna, ſvo marga daga ſkaltu tilleggia þeirra XXVIII daga, ſem þu ſkipader hverium mánude ad upphafe. Og ad þier verdi þetta ſkilianlegt, þá far til og tak fyrſta ſtaf ur þeſsu ordi *Altitonans*, og þeſsu ödru ordi *Dominus*, reiknadu ſidan hverſu margir ſtafir ſtanda á milli A og D á þann máta, ad þu lyk jafnann hin fyrra

---

explicat, nimirum jubet primò ſingulo menſi dies viginti & octo tribui, cujus ratio eſt, qvod numerus viginti & octo ſit ſeptenarii multiplex, ſeptem vero literæ primæ Alphabeti ab A facto initio, per totum Calendarium naturaliter expandantur, hinc fit, ut diei ſeptimo, decimo qvarto, vigeſimo primo, vigeſimo octavo adſcripta ſit in ſingulo menſe ea litera, qvæ ordine alphabetico ſeptima numeratur incluſivè ab ea, qvæ calendis appoſita. Per conſeqvens vigeſimus nonus literam Calendarum ſibi adſcriptam habet, ita calendis Januariis & vigeſimo nono Januarii hebdomadalis A appoſita conſpicitur; Februarius habet dies tantum viginti & octo, cujus calendis adſcripta litera D, loco vigeſimi noni, qvia nullus eſt, etiam calendis Martiis appoſita, nec non ejusdem vigeſimo nono. Aprilis calendæ ac ejusdem vigeſimus nonus habent adſcriptam literam G, Majus & ſuus vigeſimus nonus, literam B, & ita cæteri ſeqventes. Hinc ſtatim facilis & expedita ſeqvitur methodus putandi, qvot ad viginti octo dierum multitudinem in ſingulo menſe ſupplendam ſint addendi, nam verſuum beneficio cognita litera Calendarum, conſtat etiam qvænam vigeſimo nono ſit adſcripta, a qva incluſivè ſecundum ordinem literarum alphabeticum ad literam Calendarum menſis immediatè ſeqventis excluſivè, literas numerabis & numerum dierum ad viginti & octo adjiciendarum obtinebis, hæc autem ita minus diſtinctè proponit Rymbegla: tolle literam initialem ex verſuum vocibus ſingulis, puta ſingulis binis ſibi proximis, deinde juxta rectum alphabeti numerum puta, qvantum ſpatium inter has literas intercedat; ſed minus accurate mentem ſuam hic expreſſit, cum præciſè verum non ſit, numerandas eſſe literas intermedias, ſed uti dixi, a litera Calendarum menſis de qvo qværitur incluſivè, putandum ad literam Calendarum menſis inſeqventis excluſivè; qvod ſi Calendarium intuearis, hæc omnia clarius intelliges. Sed

rem

tribue. Age dein, tolle literam initialem ex verſuum vocibus ſingulis binis, deinde juxta rectum Alphabeti numerum puta, qvantum ſpatium inter has literas intercedat; & qvantum eſſe putando obſervabis, tantundem dierum illis viginti & octo adjicies; qvos initio menſi cuivis tribuiſti. Et ut hæc melius intelligas, agedum, aufer literam initialem ex hac voce Altitonans *& ex hac altera* Dominus, *puta dein qvot literæ inter A & D ſint interpoſitæ, includendo ſemper in numeratione literam*

rem exemplis illuſtrare præſtabit. Pono igitur alicui excidiſſe memoriâ, qvot dies contineat menſis Januarius, verſus autem ac methodum iis utendi ſcire. Sumat igitur duas literas, unam A, primam vocabuli *Altitonans*, ad Januarium; alteram D, primam vocabuli *Dominus*, ad Februarium pertinentis, & ab A incluſivè numeret literas ordine alphabetico usqve ad D excluſivè, & tribus numeratis, tres dies ad viginti octo addendas & conſeqventer Januarium dies unum & triginta continere videbit. Si de Februario qvæſtio ſit, ſume duas voces, priorem, *Dominus*, pro Februario; poſteriorem, *divina*, pro inſeqventi Martio, qvarum vocum, cum litera initialis eadem ſit, ac inter d. & d. litera intercedat nulla, proinde in Februario ad dies viginti & octo nihil addendum eſſe ſcio. Qvod ſi de Martio qvæſtio ſit; ſumo vocem tertiam, *divina*, & inſeqventem, *gerens*, pro Aprili, igitur ab initiali litera d. vocabuli prioris ad initialem g. poſterioris; puto literas tres, ac inde ſcio ad multitudinem dierum in Martio obtinendam, tres ad viginti & octo adjiciendas eſſe; ſi de Aprili qvæſtio ſit, qvot dies habeat, ſumo vocabulum, *gerens*, & proximè ſeqvens, *bonus*, & ab initiali litera prioris incluſivè, puto ad initialem ſeqventis excluſivè, a ſeptima litera g. ad initium Alphabeti regrediendo, & invenio duas, unde conſtat ad viginti octo, duos addendos eſſe dies & Aprilem dies triginta continere. Si deniqve de ultimo menſe Decembri qværatur qvot dies habeat, a litera initiali ultimæ vocis, *fideli*, f. incluſivè, puto ad initialem literam primi vocabuli *altitonans*, etiam incluſivè, & invenio ternarium ad viginti octo addendum eſſe, ac Decembrem dies unum & triginta continere, & ſic de cæteris. In menſe Decembri hæc a regula generali fit exceptio, qvod ad literam A, numeretur incluſivè, cujus rei ratio eſt, qvod litera A ſit anni initialis & finalis primo Januarii & ultimo Decembris adſcripta, & hinc dicit ambas literas numerationi includendas, hoc eſt ab F incluſivè ad A etiam incluſivè putandum eſſe.

fyrra ſtafin í tölunni, enn byrgir uti hinn ſydara, og ef þu fær reiknad, ſem mig varir, hverſu margir ſtafir eru frá *a* til *d*, þá ſamteing ſo marga daga XXVIII dögum Januarii.

21. §.

Haf ſydan ſamlykan reikning til allra mánada, ſvo ſem ordin endaſt til og ádur er greint, og med ſvo fyrer ſkyldu, at ſvo ſem þu vilt reikna daga Decembris, þá ſkaltu læſa báda ſtafina í töluna, ſakir þeſs ad December endaſt á A, enn byriaſt á F, og hefur hann ecki meir enn eitt ord til ſíns reiknings, nema hann gripi hin ſídaſta ſtaf ſíns mánadar, eda (u) ſindi ellegar höfudid bert af ordi Januarii og giördiſt homicida.

III. Cap.

UM INGAUNGU HLAUPÁRSENS OG ÞEIRRA FIÖGRA ÁRSENS TÍDA, OG NÆR NOCKRER HELGER DAGAR INNFALLA.

22. §.

Nú minn kiære brodir, þá eru ſlík vers framſett til ſkemtanar og eptirleitanar, og til þeſs ad fordaſt ydiuleiſi, heldur enn þá fök ad eige meige hittaſt audvelldari regla; þviad Januarius, Martius, Maius, Julius, Auguſtus, October, December hafa XI og XX daga; enn Junius, Aprilis, September, November hafa XXX daga. Februarius veſlingurinn, hefur ei meir enn XXVII, utan hlaupár komi til, og þá geingur hann fyrir bord og bidur ölmuſu, og ſakir þeſs ad herra Computus er kominn í háſæti, þá tiáir hann ſem optar mikinn heidur ſinnar riſnu, þviad

(u) *Codex de Computo ex No. 624.* Eda ſnidi öldungis höfuded bert af ordi Januarius, *h. e. vel etiam vocabulum Januarii omnino capite truncet; quæ lectio melior; ſic enim enim quadrat vox, homicida.*

priorem, at excludendo posteriorem, & siqvidem, ut opinor, putare qveas, qvot literas a se distent a & d, *totidem dies, Januarii viginti & octo diebus adjunge.*

§. 21.

Eandem putandi rationem mensibus omnibus adhibe, qvamdiu vocabula suppetunt, uti supra declaratum, ea conditione adjecta: si dies Decembris putare voles, ut ambas literas numeratione includas, eo qvod December ab F iniens in A desinat, & ad sui putationem vocabulum unicum habeat, nisi literam sui mensis ultimam arripiat, aut alioqvin vocabulum Januarii capite nudum ostendat, ac homicida fiat.

CAP. III.

DE INTROITU ANNI BISSEXTILIS ET QVATUOR TEMPESTATUM ANNI, ET FESTORUM QVORUNDAM.

§. 22.

Cæterum amabo, tales versus ad delectationem & indagationem, & ad otium vitandum sunt propositi; qvam qvod regula facilior reperiri neqveat; Januarius enim, Martius, Majus, Julius, Augustus, October, December, habent dies triginta & unum; sed Junius, Aprilis, September, November triginta. Miser Februarius habet viginti & octo tantum, nisi annus bisextus accedat; tunc enim mensam accedens Elemosynam petit, & qvia Dominus Computus jam tum solium occupavit, tunc etiam, uti sæpius, magnam suæ liberalitatis dignitatem demonstrat; qvippe qvi de disco da-

þviad hann tekur af ſínum kraſadiſke heilan dag med nótt og giefur Februario, og því fær hann IX daga og XX, hvar fyrer hann hneiger Computus, og bidur hann hafa þöck og hlaupár fyrer giöfina, geingur út ſídann fullur fagnadar.

23. §.

Biſextum ſexte Martis tenuere calendæ
Poſteriore die celebrentur Feſta Mathiæ.

Þeſsi vers kenna ad hlaupár ſkal innkoma ſexto calendas Martii, enn halda Feſtum ſancti Matthiæ næſta dag eptir, hverſu ſem giört er eptir vilia og vana; þá er þeſsi ſkipan Computi.

24. §.

(v) (39) *Annum diſcerne per potes ſuntq, qvatere*
Ver pet det eſtas exin ſqtr
Hanc dabit Urbanus, autumnum Simphorianus
Feſtum Clementis hyemis capud eſt orientis.

Þeſsi vers kenna ad þu ſkalt árid ſundurgreina í fiora parta, Vetur

(v) *Codex de Computo ex No.* 624. *ita:*

Annum diſcerne per pertis ſuntqve qvaterne
Ver poꝛ detur eſtazt, ex inn ſegeritur
Hanc dabit urbanus! autumpnum ſimponanus
Feſtum Clementis hiemis capud eſt orientis.

(39) Collatis lectionibus variantibus, patet verſum primum ſcribendum eſſe hoc modo: *Annum diſcerne per partes ſuntqve qvaternæ.* Secundus verſus qvomodo fuerit comparatus haud facilè patet, ſenſum vero ejus hunc eſſe certum eſt: *Ver dat Petri cathedra*, ſive Feſtum Cathedrale ſancti Petri, fixum in vigeſima ſecunda Februarii, inde ſeqvitur æſtas, qvare fortaſſis hoc modo fuerit comparatus: *Ver Pet. cath. dabit aſt Æſtas exinde ſeqvetur.* Cæteri duo Rymbeglæ recti ſunt; cæterum declarant hi verſus introitus ſemeſtrium apud populos qvosdam, uti veroſimile

pium ſuarum diem ſolidum una cum nocte deſumtum, Februario largitur, & hinc Februarius dies viginti & novem adeptus, flexo corpore, Computo agit gratias & annum biſextilem pro dono reddit; deinde gaudio plenus foras exit.

§. 23.

Biſextum ſextæ Martis tenuere calendæ
Poſteriore die celebrentur Feſta Mathiæ.

Hi verſus docent annum biſextilem ſexto calendas Martias introire, at in ſeqventi die celebrandum eſſe Feſtum Matthiæ, qvomodocunqve pro arbitrio & conſvetudine id ipſum agatur; ita ſe habet computi imperium.

§. 24.

Annum diſcerne per partes ſuntqve qvaternæ
Ver Pet. Cath. dabit aſt, æſtas exinde ſeqvetur
Hanc dabit Urbanus; autumnum Simphorianus
Feſtum Clementis hyemis caput eſt orientis.

Docent hi verſus annum in qvatuor partes dividendum eſſe, Hye-

---

mile videtur Europæos, his diebus affixos fuiſſe; videlicet veris introitum vigeſimo ſecundo Februarii, cui adhæret Feſtum Petri Cathedrale; Æſtatis, vigeſimo qvinto Maii, cui adhæret Urbani Feſtum; Autumni, vigeſimo ſecundo Auguſti, cui Feſtum Simphoriani affixum; deniqve hyemis, vigeſimo tertio Novembris, cui Feſtum Clementis affixum. Beda in Ephemeride, aſſerit indeterminatè hæc ſemeſtrium initia juxta qvosdam obtinere, & veris initium magis determinatè in vigeſimo ſecundo Februarii, ſecundum Iſidorum; & ni fallor, citat Iſidorum Hiſpalenſem, unde concludo apud Hiſpanos hæc ſemeſtrium initia obtinuiſſe; apud Anglos enim & Saxones alia fuiſſe ex Bedæ capite 13tio, de ratione templorum concludere licet, ubi de Anglorum menſibus agit. Apud veteres Islandos hæc ſemeſtrium initia nunqvam obtinuerunt, qvamobrem etiam hi verſus de ſemeſtrium introitu ſine judicio Rymbeglæ ſunt inſerti, hæc autem inqvit ſecundum computiſtas ita ſe habent.

vetur og Sumar, Hauſt og Vor. In Cathedra ſancti Petri kemur vor; in Feſto ſancti Urbani kemur ſumar; in Feſto beati Siphorianus kemur hauſt; in Feſto Clementis kemur vetur: og er þetta epter bókmáli.

25. §.

(40) Vetur kemur laugardag þann ſem Lucas meſſu er næſtur, (41) enn hana ſíálfa ef hlaupár fer eptir; þadan eru XIII vikur og einum deigi midur til midsvetrar (42). Eirn ſkal midvikudagur á millum midsvetrar og XIII dags, nema XIII dagur ſie á þridiudegi, og komi hlaupár eptir, þá ſkulu tveir. Midurvetur kemur fóſtudag; þadan eru XIII vikur og deige midur til ſumars. Sumar kemur fimtudag; þadan er XIII vikur og þrem dögum midur til midſumars. Midſumar

(40) Regulam hanc de hyemis introitu Author Rymbeglæ certè novit, ſed malè determinavit, qvam ſic determinari oportuit, ut hyems introire dicatur die Saturni qvi Feſtum Lucæ proximè præcedit. Qvo modo etiam Dns *Oddus*, Paſtor Reinevallenſis, in ſuo libello computiſtico hanc regulam expreſſit, & plures alii Islandi, qvi libellos computiſticos ſcripſerunt. Dns *Thordus* Paſtor Sveni filius in ſuo libello computiſtico ſic determinat, ut ſtatuat hyemem introire die Saturni Feſto Calixti proximo, qvod decimo qvarto Octobris adhæret, qvem ſi offendat hyems, regula hac fictione univerſalior reddi poteſt, ut dicatur Feſtum Calixti ſibimet eſſe proximum, alias in hoc caſu falleret regula Dni Thordi, ſed fallit etiam, hyemis introitu Lucæ Feſtum occupante, qvæ fallacia nulla fictione tolli poteſt, cum undecimus Octobris ſit a Feſto Calixti tertius, at decimus octavus, qvartus.

(41) Vera qvidem hæc Rymbeglæ aſſertio, ſed obſcurius mentem ſuam Author expreſſit, dum dixit hyemem introire Feſto Lucæ, ſiqvidem annus bisſextus inſequatur, nimirum qvia Feſto Lucæ, qvod decimo octavo Octobris affixum, adſcripta eſt hebdomadalis D, ſeqvitur ineunte hyeme Feſto Lucæ eſſe Dominicalem E, qvæ decimo nono appoſita, qvam per totum Cyclum ſolarem nulla gemina Dominicalis ſeqvitur niſi DC, qvæ anno Cycli nono obtinet; qvi ergo eſt

is

Hyemem ac Æſtatem, Autumnum ac Ver. In Cathedra ſancti Petri, ver; in Feſto ſancti Urbani, æſtas; in Feſto beati Simphoriani, autumnus; in Feſto Clementis hyems introit: hæc autem juxta Computiſtas ita ſe habent.

§. 25.

Die Saturni Feſto Lucæ proximo hyems introit, at ipſo Lucæ Feſto, ſiqvidem annus biſſextus inſeqvatur; abinde ad hyemem dimidiatam fluunt tredecim ſeptimanæ nocte una minus. Inter Epiphaniam & hyemem dimidiatam una dies Mercurii intereſto, niſi Epiphania diem Martis offendat, & annus biſſextilis inſeqvatur, tunc enim duo interſunto. Semiſſis hyemis poſterioris initium in diem Veneris incidit; abinde ad æſtatem tredecim ſeptimanæ una die minus effluunt. Æſtatis initium occupat diem Jovis; inde ad æſtatem dimidiam tredecim hebdomadæ minus triduo labuntur. Semiſſis æſtatis poſterioris initium

---

is ipſe, in qvem incidit Computus annalis anomalus, qvemadmodum ſupra P. I. Cap. 8. ſe melius expreſſit.

(42) Rurſus circa hanc Regulam Author ſe obſcurius expreſſit, qvæ ſic explicatur: Qvia Feſtum Epiphaniæ, ſexto Januarii affixum, cui adſcripta hebdomadalis F; ſeqvitur, ſi diem Martis offendat, eſſe Dominicalem D. Qvare, ſiqvidem annus biſſextus inſeqvatur, ſeqvitur eſſe Dominicalem poſteriorem C, ſed in toto Cyclo ſolari hæ literæ non conjunguntur niſi anno Cycli nono, vult ergo Rymbegla hanc conditionem priori addere: ſi annus currens ſit biſſextus cautelaris, ſed reſpiciendo ad literam Dominicalem poſteriorem & diem intercalarem qvæ vigeſimo qvarto Februarii inſeritur, hoc ſe exprimendi modo eſt uſus; ſi annus biſſextus inſeqvatur, in hoc autem Caſu, qvia hebdomadalis G ſeptimo & decimo qvarto Januarii adſcripta, qvorum utrumqve offendit feria qvarta; clarum eſt inter Epiphaniam & Thorris introitum, qvi in decimum ſextum incidit, duos dies Mercurii intercedere: verum hanc etiam regulam ſupra P. I. Cap. 8. Author clarius explicuit.

ſumar kemur drottinsdag; þadan eru XIII vikur og deige midur til vetrar.

26. §.

Sumar auki ſkal geimdur vera, (43) ef Nativitatis Johannis Baptiſtæ er á midvikudag, þá ſkal leggia vid ſumarviku og ſkal luka fyrer midſumar. Enn ef Jonsmeſſu ber á þridiudag, og komi hlaupár eptir um vorid, þá ſkal enn leggia vid ſumar; enn ſvo ber alldri nema hinn áttunda vetur í ſólar ölld, og kemur fyrer því varnadar ár. Varnadar ár hefſt ad midiu ſumri hinn áttunda vetur í ſólar ölld, og likſt ad hlaupárs meſſu hinn níunda vetur í ſólar ölld.

27. §.

VII eru dagar í viku, XXX í mánude; CCCLXV og fiordungur II dægra í II miſſirum, og því þarf hlaupársdagur; drottinsdagur er fyrſtur í viku ad miſſeriſtali, enn ymiſſir ad mánadatali; IV eru vikur í mánudi og II dagar; II vikur ens fietta tugar eru í II miſſirum og einn dagur umfram, og heitir ſá Concurrens, enn II dagar ef hlaupár ſtendur yfer; mánudir eru XII í II miſſirum og IV dagar, og því þarf ſumar auka.

28. §.

(43) De ſemeſtribus Islandorum differendi infra commodior occurret locus in parte Rymbeglæ qvarta, qvibus igitur hoc loco prætermiſſis, Regulam qvam hic tradit Rymbegla de acceſſione æſtati adjungenda clarius explicare conſtitui: Qvia Natalis Johannis Baptiſtæ vigeſimo qvarto Junii adhæret, cui appoſita hebdomadalis G. ſeqvitur, Feſto iſto Johannis Baptiſtæ, diem Mercurii occupante, obtinere Dominicalem D. vigeſimo primo adſcriptam, qva Dominicali obtinente, æſtati ſemper acceſſio adjungenda, niſi Computus annalis ſit anomalus; hinc addit: Si Feſtum Johannis in diem Martis incidat, & annus biſextus inſeqvatur; rurſus æſtati

initium in diem Dominicam incidit; abinde ad hyemem tredecim hebdomadæ, una die minus labuntur.

§. 26.

Appendix æſtatis aſſervanda, ſi natalis Johannis Baptiſtæ diem Mercurii offendat, una ſeptimana æſtati adjungenda ac ante ſemiſſem poſteriorem ineuntem includenda; ſin autem Johannis Baptiſtæ natalis in diem Martis incidat ac vere annus biſextus inſeqvatur, etiamnum æſtati acceſſio adjungenda, ſic autem nunqvam, niſi anno Cycli ſolaris octavo evenit, & idcirco annus cautelaris introit. Annus cautelaris æſtate dimidiata, hyeme Cycli ſolaris octava init, & Feſto anni biſexti, nono Cycli ſolaris exit.

§. 27.

Septimana continet dies ſeptem, menſes triginta; duo ſemeſtria, trecentos ſexaginta qvinqve & qvadrantem diei civilis ac proinde die intercalari opus; in ſemeſtrium computo dies Dominica eſt hebdomadalis prima, at in menſium computo varii; in menſe, qvatuor ſeptimanæ & dies duo; in binis ſemeſtribus qvinqvaginta duo ac dies unus continentur qvi Concurrens vocatur, ſed in anno biſexto biduum abundat; duo ſemeſtria menſes duodecim & qvadriduum continent, & hinc æſtatis acceſſione opus eſt.

æſtati appendix adjicienda; & cum ex eo, qvod diem Martis offendat, ſeqvatur Dominicalem E. ſolitariam obtinere, qvam in toto Cyclo ſolari nulla Dominicalis gemina immediatè ſeqvitur niſi DC, cui reſpondet annus Cycli nonus cautelarius Islandorum, qvamobrem in annum Cycli octavum extraordinariè appendix æſtatis incidit, obtinente Computo annali æſtivo anomalo, & inſeqvente anomalo brumali.

28. §.

VII ſtafir framan ur hveriu ſtafrofi merkia ſiö daga í hverre viku, og ſvo heita *a*, *b*, *c*, *d*, *e*, *f*, *g*; *a* er fyrſtur í árinu, og *a* hinn ſídaſti í árinu fyrir þá ſök, ad meſſudagar ſtandi eige á ſama vikudeige ár frá ári; heldur ſkal á þeim ſama ſtaf muteraſt inngángur árſins eptirfaranda ſem fyrerfaranda ár endiſt. Unus verſus:

(44) *Præterea datur a t fine lib. repetenda*
Qvæ facit ut fiere variatur litera prime
Illic mutari debes in titus novus Anni.

29. §.

(45) *Andreæ Feſto vicinor ordine qvovis*
Adventum Domini prima colit feria
Si cadit in Lucem Domini celebratur ibidem.

Þeſsi vers kenna ad ſá drottinsdagur ſkal fyrſtur í Jólaföſtu, ſem næſtur er hátid heilags Andreæ Poſtula, hveriumegin ſem hun ſtendur ſunnudagſins, og þótt hana beri á drottinsdag, þá ſkal þar halda og heidra Adventum Drottins.

30. §.

(44) Scriptio & ſignificatus horum verſuum ſvadere videntur, ut ita reſtituantur & ſcribantur, ut in verſionis latinæ paragrapho reſpondente reſtituti & ſcripti ſunt: Non enim valet objectio: ſi in verſu error Proſodicus reperiatur, eum ita primò factum non fuiſſe, & conſeqventer rectè reſtitutum non eſſe: qvia Computiſtæ & verſuum Authores id primariò reſpexerunt ac intenderunt, ut verſus computiſtici ad memoriam ſublevandam apti eſſent, & ſimul qvantum fieri poſſet, regulis Proſodiæ ſubeſſent, qvod ſi commodè fieri non poſſet, ut veras ſyllababarum qvantitates obſervarent, & ſcopum primarium ſimul obtinerent, illis inſuper habitis, hunc ſe verſibus conſecutos eſſe, contenti erant. Hic autem ſenſus horum verſuum: præter literam A. calendis Januariis adſcriptam, datur in fine

§. 28.

Septem literæ Alphabeti primordiales, ſeptem dies cujusqve ſeptimanæ deſignant, qvarum hæc nomina a, b, c, d, e, f, g; *a eſt anni initialis & finalis, ne Feſta qvotannis in eadem feria conſiſtant; ſed ut in illa ipſa litera anni inſeqventis introitus mutetur, qva annus præcedens terminatur.*

Unus verſus:

Præterea datur a ſub fine libri repetenda
Qvæ facit ut feriæ varietur littera primæ
Illic mutari debet introitus novus anni.

§. 29.

Hi verſus docent in Jejunio Jolenſi Dominicam illam primam eſſe oportere, qvæ Feſto ſancti Andreæ Apoſtoli proxima, ſive hoc diem ſolis antecedat ſive ſeqvatur, & licet ipſam Dominicam offendat, tunc tamen Adventum Domini celebrandum & venerandum eſſe.

---

fine libri, hoc eſt Calendarii etiam A, ultimo Decembris appoſita, qvæ igitur, cum fini totius anni ſit adſcripta, facit ut inſeqvens annus, ab inſeqventi ineat feria, & conſeqventer ut feriæ primæ litera, h. e. litera Dominicalis mutetur.

(45) Hos verſus computiſticos præ omnibus aliis ab omni corruptelâ mirè conſervatos clarè ſatis explicat ipſa Rymbegla, ut explicationi aliqvid addere ſit ſupervacaneum. Regula vero ipſa breviſſimè ſic enunciatur. Dominica Feſto Andreæ proxima eſto Dominica adventus prima, &, ſi Feſtum Andreæ in dominicam incidat, eſto hæc Dominica adventus prima; etenim cum in ultimo Novembris hæreat Feſtum Andreæ, & num rus Dominicarum jejunii Jolenſis ſemper qvaternarius ſit, ſeqvitur Dominicam adventus primam, omnium primò in vigeſimum ſeptimum Novembris cadere, cui adſcripta hebdomadalis B, & ab Andreæ Feſto triduum in antecedentia diſtare; ſed omnium ultimò in tertium Decembris, & ſic rurſus triduum a Feſto Andreæ abeſſe, in priori Caſu a dominica ſeqvente qvadriduum, in poſteriore ab antecedente etiam qvadriduum diſtat, & conſeqventer regulæ computiſticæ ſua veritas conſtat.

30. §.

(46) *Adventum Domini non eſt celebrare Decembris*
Poſt nonas ternas nec qvintas ante calendas.

Þeſsi vers kenna ad miſkunarfulla tilkomu Drottins vors ſkal ei halda fyrer qvinto calendas Decembris og ei eptir tertio Nonas.

31. §.

(47) *Dant crux Lucia Cinres Karismata dia*
Ut ſit in angaria, qvarta ſeqvens feria.

Þeſsi vers kenna ad fyrſtu ymbrudaga ſkal halda midvikudag næſta eptir Kroſsmeſſu á hauſtid; adra ymbrudaga ſkal halda enn næſta midvikudag eptir öſkudag hinn forna; fiordu ymbrudaga ſkal halda midvikudag í helgri viku.

32. §.

(48) *Aſpiciens veterem circum qvaſi q's benedicta.*
Conjugia fieri tempora dicta vetant.

Þeſsi

---

(46) Hi duo verſus eandem regulam aliter exprimunt, cum negent ante qvintum calendas Decembris & poſt tertias Nonas, adventum celebrandum eſſe, qvo indicatur Dominicam adventus primam, primò omnium in vigeſimum ſeptimum Novembris, & ultimò in tertium Decembris cadere, unde ſtatim Regula prior conſectatur.

(47) Angarias Rymbegla appellat Qvatembres, qvæ qvando celebrentur hi verſus determinant. Angariarum duæ certo reſpectu fixæ dici poſſunt, qvatenus per Feſta fixa, Crucis & Luciæ certa ratione determinantur, qvorum illud decimo qvarto Septembris, hoc decimo tertio Decembris adhæret, cæteræ duæ ſunt omninò mobiles, cum per Feſta mobilia, Cinerum & Pentecoſten definiantur, ſed in explicatione verſuum ſecundos Qvatembres omittit Rymbegla, & tertios pro ſecundis habet. De qvatuor angariis hos verſus habet in Ephemeride Beda:

Feriam temporum affectant jejunia qvartam
Cinerem, & qvæ Luciam, Spiritum ſeqvitur Crucem.

§. 30.

Hi verſus docent Adventum Domini noſtri miſericordiæ plenum, non ante qvintum Calendas Decembris, nec poſt tertium Nonas celebrandum eſſe.

§. 31.

Dant Crux Lucia Cineres Charismata Dia
Ut ſit in angaria qvarta ſeqvens feria.

Docent hi verſus primos Qvatembres, die Mercurii inſeqvente Feſtum Crucis autumnale celebrandos eſſe; ſecundos Qvatembres poſt Feſtum Cinerum ſtylo veteri putatum; qvartos die Mercurii in ſancta hebdomade.

§. 32.

Aſpiciens veterem Circum qvaſi qveîs benedicta
Conjugia fieri tempora dicta vetant.

Hi

(48) In his verſibus pro ſcriptione *q's*, legendum videtur *qveîs*. Verum qvomodo hi verſus tria iſta temporum intervalla qvibus Sponſalia vel Nuptialia celebrare non licebat, diſtinctè indigitent, id certè intellectu difficile; ſed fortè contentus fuit verſuum Author, hæc temporum intervalla aliunde cognita per verſum computiſticum ſibi in memoriam revocari, ita ut verſibus recitatis, lectis, auditis, viſis, vel cogitatis, ipſorum iſtorum temporis ſpatiorum jam aliunde notorum recordaretur. Igitur tria prima vocabula: *Aſpiciens veterem circum*, innuit Dominicam Adventus, qva Chriſtus adventans de veteri civitate Hieroſolymâ fleyit, ut ſubintelligendum ſit urbem vel civitatem; Aſpiciens circum veterem urbem vel civitatem; niſi forte alludendo ad circum Romanum, viam populo refertam circum appellaverit, qvi ipſum dum eqvo vectus Hieroſolyma intraret, gaudio & laudibus excipiebant. Vocabulum, *qvaſi*, innuit Dominicam qvaſimodo geniti, qva alterum intervallum prohibitum terminatur. Tertium intervallum, qvomodo infimetur, intelligi neqvit, niſi Author verſuum contentus fuerit, id per cætera beneficio legis Phantasmatum in memoriam revocari: vel etiam per vocabulum, *benedicta*, per indirectum indigitari velit Dominicam Rogationum, qva agrorum luſtrationes & benedictiones fiebant.

Þesi vers kenna ad ei skal brúdkaup halda nie hióna samgáng frá drottinsdegi fyrsta í Jólaföstu og fram til geisladags; og frá níuviknaföstu og fram til drottinsdags í Páskaviku; og frá drottinsdeigi í gagndögum og fram til Trinitatis sunnudags.

33. §.

(49) *In pri. dat petrus egidi si bona, crux pe.*
Remigii dat ope. Cunctij sanctij qvoqve vidi.

Þesi vers kenna ad hver Historia fra octava novi Festi skal jafnan byria þann drottinsdag, sem næstur er þeim messudegi sem nefndur er í versunum fram til Adventudags.

34. §.

Lux naturalis viginti qvatuor horis,
Constat (x) *& aurijs diversa exordia sumit*
Mane diem Græcus gens incipit astra seqventes
In medio lucis Judæi vespere sancto
Inchoat Ecclesia medio sub tempore noctis.

Þesi vers kenna ad nátturlegur dagur med nótt samanstendur af IV og XX stundum. Gricker byria dag ad morgni; enn sú þiód er fremsta magt heldur á himintungla gáng, byriar hann á midium degi. Judæi ad apni, heilög Christni ad midri nótt.

IV.

(x) *Codex de Computo ex No. 624.* Constad & a varies, *sed etiam malè; nam legendum est* a variis ɔ: *apud varios, ut versus correctus sit*: Constat, & a variis diversa exordia sumit.

(49) *In pri dat Petrus* &c., h. e. in prima Dominica dat Festum Petri, legendam historiam Petri Apostoli, qvod si ergo innuatur Festum Petri Cathedrale, fixum in vigesimo secundo Februarii; lectio historiæ Petri Dominica proxima antecedente

Hi verſus inſinuant, non eſſe ſponſalia neqve nuptialia celebranda, a Dominica Adventus prima usqve ad Feſtum Hilarii; nec a Dominica ſeptuageſimæ ad Dominicam in hebdomada Paſchali; nec a Dominica luſtrationum ad Dominicam Trinitatis.

§. 33.

In pri. dat Petrus, Ægidi Sabina, Crux. Pe.
Remigii dat Apo. Cunĉti ſanĉti qvoqve vidi.

Hi verſus docent qvamlibet (ſanĉti viri) hiſtoriam poſt octavam novi Feſti Nativitatis, eâ Dominicâ ſemper inchoandam eſſe, qvæ proxima Feſto illi, qvod his verſibus nominatur, & ad Dominicam Adventus ita continuandam.

§. 34.

Hi verſus docent diem naturalem cum nocte viginti qvatuor horis conſtare. Græcos mane diem inchoare; at gentem illam, qvæ motibus ſiderum cognoſcendis inprimis incumbit (Aſtronomos) a meridie diem ordiri. Judæos a veſpere, ſanctam Eccleſiam a media nocte.

CAP.

---

dente vel conſeqvente erit inchoanda. Feſtum Ægidii incidit in calendas Septembris, ergo proximâ Dominicâ hujus ſanĉti viri incipienda hiſtoria, & ſic de cæteris. Nomen proprium *Sibona*, corruptum exiſtimo & ſcribendum Sabina, cujus virginis ſanctæ Feſtum qvinto Decembris adhæret. *Crux* manifeſto indicat Feſtum Crucis utrumqve vel alterutrum & conſeqventer Hiſtoriam Crucis inventæ vel exaltatæ dominicâ proximâ incipiendam eſſe. *Pe.* vel denotat Feſtum Petri & Pauli, ut martyrum, fixum in vigeſimo nono Junii; vel etiam vinculorum Petri, fixum in primo Auguſti. Pro *Ape.* ſcribendum videtur *Apo.*, ut innuatur Apolloniæ.

IV. Cap.

NOCKUD UM TALBYRDING.

35. §.

Regulares Lunæ og Epactæ byriaſt jafnan á September; ſvo marger Regulares Lunæ filgia hverium mánudi: V, V, VII, VII, (50) X, XI, XII, XIII, XIV; Regulares Septembris eru V, og ſidan hver eptir ſkipan.

36. §.

(51) Talbyrdingur ſynir hverſu mörg ár eru í ölld þeirri ſem köllud er Páſka ölld eda hin gamla ölld. Þad er eitt ár er vier nefnum XII mánudi edur tvö miſſiri. Stafir eru jafnmargir í Talbyrdingi ſem ár í gömlu ölld, og ſyner ſierhvör ſtafur í Talbyrdingi hvert ár í gömlu ölld, enn þau eru V. C. XXX og II ár. Talbyrdingur byriaſt á ofanverdu bladi, og á öndverdri rönd, og greidir ſína rás ofaneptir bladinu.

37. §.

Sólar alldir eru XIX, og byriaſt á ofanverdu bladi, og gánga ſidan ofan eptir endilángri linu ad ſkilia einni hver fyrer ſig, þar til ſem þær lycktaſt á nedanverdu bladi. I hverri ſólar ölld eru XXVIII ár; Tungl alldir eru XXVIII í gömlu ölld, og XIX vetur í hverri. Þær byriaſt ad höfudſtödum í Talbyrdingi eptir því ſem þeſsi vers kenna (52):

Sicta,

---

(50) Trium menſium Regulares hic omittit Rymbegla, ſcil. Januarii IX, Martii IX & Aprilis X, ſinguli ad ſingulos menſes pertinent reſpectivè & ſecundum ordinem menſium, ſcil. primi V. ad menſem primum Septembrem, ſecundi V. ad ſecundum Octobrem &c. Vide ſupr. Cap. 6. §. 21. p. 1.

CAP. IV.

DE TALBYRDINGO QVÆDAM.

§. 35.

Regulares Lunæ & Epactæ ſemper a Septembri procedunt. Tot Regulares Lunæ (qvot hic aſſignantur) ſingulos menſes comitantur: V, V, VII, VII, X, XI, XII, XIII, XIV; Regulares Septembris ſunt V, deinde menſis cujusqve ſecundum hunc ordinem.

§. 36.

Qvot anni in Cyclo illo, qvi Paſchalis ſive vetus audit, contineantur, Talbyrdingus oſtendit. Duodecim menſium ſive duorum ſemeſtrium ſpatium, annum unum vocamus. Qvot annos Cyclus vetus continet, tot literas Talbyrdingus, qvarum ſingulæ ſingulos annos monſtrant, qvi ſunt qvingenti triginta duo. Talbyrdingus a margine paginæ ſuprema & latere ſiniſtro incipiens in pagina deſcendit.

§. 37.

In Talbyrdingo ſunt Cycli Solares novemdecim, qvi ſinguli a margine paginæ ſuprema procedentes per ſingulas columnas verticales deſcendunt, donec in infima margine terminentur. In Cyclo ſolari qvovis continentur anni viginti & octo; Cyclus vetus, Cyclos lunares viginti & octo, & horum qvilibet annos novemdecim continet. Illi in Talbyrdingo a locis principalibus proficiſcuntur, uti docent hi verſus:

(51) De Talbyrdingo hic afferuntur nonnulla qvæ explicatione indigent, ſed qvorum expoſitio in locum alium commodiorem reſervabitur.

(52) Hos verſus paulo aliter ſcriptos reperi in Miſſalibus qvibusdam, qvemadmodum in

Sicta, veris, apta, corvus, Rex, buſta, cavad ſic
Bryta, creat, ſtilbon, turnens aut ſaba veres ars.

Sá ſkal upphafsſtafur hverrar tungl alldar, ſem fyrſtur er í ſamſtöfu hvers ords í verſunum.

38. §.

Fleiri eru alldarheiti í gömlu ölld, ſvo ſem hlaupárs ölld, Indictionis ölld, (53) XIX ára ölld. Hlaupárs ölld hefur IV ár, hun ſynir hverſu opt hallda ſkal hlaupárs dag; enn Bisſextus nær hallda ſkal. Indictionis ölld hefur XV ár, hennar ár yferſtandandi er ſkylt ad ſetia í Páſkablad, Kyrkiuvígſlu og öll Privilegia, ſvo bydur Computus. (54) XIX ára ölld hefur VI vetur ens átta tugar, hun ſynir hvert hlaupár er edur ei, pær eru VII í gömlu ölld. Hlaupárs alldir eru CXXX og III í gömlu ölld.

39. §.

---

in oppoſita pagina dextra verſionis latinæ eos ſcripſi, qvam ſcripſionem etiam judico accuratiorem, continent autem hi verſus ſyllabas viginti & octo, qvarum ſingularum literæ initiales in Talbyrdingo contracto ibi locantur, ubi Cyclorum lunariuin qvæ in Talbyrdingo viginti & octo continentur, antecedens definit, ſed immediatè ſeqvens incipit; qvod fortè alibi *fuſius* explicabitur.

(53) Cyclum illum qvem ipſe Author rectè ſtatuit eſſe annorum ſeptuaginta ſex ſyſtema, ineptè & per ignorantiam appellat Cyclum annorum novemdecim, qvem Calippicum dici oportebat, cum ſit ſeries annorum ſeptuaginta ſex perpetuò in orbem rediens, qvibus elapſis novilunia & plenilunia media, ad eosdem anni ſolaris dies reſtitui putavit Calippus. Centum annis ante, Methon periodum annorum novemdecim, ſive Cyclum decemnovennalem condiderat, qvem etiam Methonicum appellant, aſſumens qvantitatem anni ſolaris 365d, 6′, 18″, & menſem lunarem 29d, 12h, 45′. Sed cum qvantitatem anni ſolaris Methonicam non ſatis exactam animadvertiſſet Calippus, illam per qvaternarium multiplicavit, unde periodus annorum ſeptuaginta ſex eſt exorta, qvæ Calippica ab inventore Calippo ſalutatur.

(54) Qvia Cyclus Calippicus Cyclum Paſchalem ſive veterem Talbyrdingum metitur; certè qvidem in hoc ille continetur, nam ſi 76 per 7 multiplices fit productum

Sicca, veris, apta, Corvus, Rex, Busta, Cavat sic
Bryta, Creat, Stilbon, Turris, aut Saba veris, ars.

In Cyclo qvovis lunari, ea litera initialis esto, qvæ prima in syllabis vocum singularum horum versuum.

§. 38.

In Cyclo veteri plurium Cyclorum occurrunt nomina, ut Cycli Bissexti, Cycli Indictionis, Cycli annorum novemdecim (Calippici). Cyclus bissextilis qvatuor annos continet, & qvoties die intercalari utendum sit, ostendit; sed annus bissextus, qvando utendum. Cyclus indictionis continet annos qvindecim, cujus annum currentem folio Paschali inseri oportet, item annum qvo templa consecrantur & qvævis privilegia conferuntur; Computo sic jubente. Cyclus annorum novemdecim (Calippicus) annos septuaginta sex continet, & annus currens sit ne bissextus an communis ostendit, horum septem in Cyclo veteri continentur. Cyclus vetus, Cyclos bissextiles centum triginta tres continet.

tum 532. Ipse Cyclus magnus Paschalis, sed nescio sanè qvid nisi mera ignorantia moverit Authorem ad statuendum Cyclum Calippicum monstrare, sit ne annus currens communis an bisextus, qvam proprietatem rectius Cyclo solari tribuisset: fortassis ignoranti impositi, qvod Cyclo decemnovennali per qvaternarium multiplicato, productam esse Cyclum Calippicum cerneret, ut qvaternarium hunc multiplicantem Cyclum bisextilem esse, somniaret. Hinc ita imaginatus & argumentatus videtur: si Æra christiana per Cyclum Calippicum dividatur sine residuo, erit annus currens bisextus, rectè qvidem ita, sed est inerus Casus inde exortus, qvod Æram christianam & Cyclum Calippicum qvaternarius metiatur. Porro ita ratiocinatus videtur: si residuum ex divisione qvaternarius metiatur, annus bisextus indicatur; si non metiatur residuum, qvotus annus communis a bisextili currat, ostenditur, rectè qvidem ita, hoc autem ex natura & essentia Cycli Calippici minimè fluit, sed ex ea tantum proprietate, qvæ ipsi cum numeris aliis innumeris communis, qvod sit per qvaternarium divisibilis, nam si per qvodcunqve qvaternarii multiplum Æram christianam tribuas; ac eodem modo opereris, negotium uti prius succedet.

39. §.

(55) Tungl ölld ſyner merkidaga til Septuageſimam, Qvadrageſimam, Paſcha, Rogationis & Pentecoſtem, med þeſsum verſum ſem ſídar mun greint verda (56). Sólar ölld ſynir Páſkahalld á hverium ſtaf Páſkadagur verdur hvern vetur í gömlu ölld. Peſsar allar fyrgreindar alldir koma allar ſenn og liktaſt allar ſenn fyrir þann matt er öllu rædur.

V. Cap.

UM NIDURSETNING SÓLAR ALLDAR OG SUNNUDAGS BÓKSTAFANNA Á FINGRUNUM.

40. §.

(57) A nedſtu Juncturu Indicis hefſt jafnan obrigdanlega Sólar ölld, og greidir þadan ſína rás um þvert yfer allar Junctu-

ras

(55) Qvomodo Cyclus lunaris per numeros aureos & ſine verſibus Computiſticis, dies characteriſticos Feſtorum principalium oſtendat, ſupra Cap. 7. Part. I. declaratum, ſed qvomodo verſuum beneficio idem præſtet, id infra, cum ad hos verſus fuerit perventum, qvos hic omittit Rymbegla, & in ſeqventibus indefinitè citat, explicabitur.

(56) Hoc de Cyclo ſolis Rymbegla prædicat qvatenus cum Cyclo Paſchali magno eſt connexus, ſive qvatenus eundem ut factor ingreditur, altero factore exiſtente Cyclo lunari; qvare dato jam anno Cycli Paſchalis, qværantur Cycli ſolis & lunæ reſpondentes, & ex dato Cyclo lunari qværatur terminus Paſchalis, & ex ſolari litera Dominicalis, per hæc data determinetur Paſcha, qvo invento, adſcribatur in verſu dextimo litera Paſchalis. Cyclus ergo ſolaris ſolus ſine ſubſidio lunaris per Talbyrdingum id præſtare neqvit, ut Paſcha rite & præciſè determinetur, & litera Paſchalis definiatur, hæc autem alibi, cum de Cyclo Paſchali ex inſtituto agetur fuſius exponentur.

(57) Diſpoſitio Cycli ſolaris in manu ſiniſtra fit hoc modo: in ima junctura ſive radice interiore indicis locatur unitas, ſeu primus annus Cycli ſolaris; in ima junctura digiti medii reponatur binarius ſive annus Cycli ſecundus, in radice digiti

§. 39.

Cyclus lunaris monſtrat dies characteriſticos Septuageſimæ, Qvadrageſimæ, Paſchatis, Rogationum & Pentecoſtes, per hos verſus uti poſtea dicetur. Cyclus ſolis indicat tempus celebrandi Paſchatis, ſcil. in qvam literam qvovis anno Cycli veteris dies Paſchatis incidat. Omnes hi Cycli ſupra memorati, per potentiam rerum omnium moderatricem ſimul incipiunt & deſinunt.

CAP. V.

DE DISPOSITIONE CYCLI SOLARIS ET LITERARUM DOMINICALIUM IN DIGITIS.

§. 40.

In ima Junctura Indicis infallibiliter ſemper incipit Cyclus ſolaris, ac inde per omnes juncturas apices & articulos digi-

---

giti medii ternarius ſive annus Cycli tertius, qvartus locatur in radice digiti auricularis; hinc ad Indicem fit regreſſus & qvintus annus in ſecunda junctura reponitur & ut prius per volam transverſam diſpoſitio continuatur & ad juncturam Indicis tertiam revertitur, unde per manum transverſam pergitur, donec ad apicem Indicis reducatur, atqve ita per omnes apices & condylos diſpoſitio continuatur, donec annus vigeſimus octavus in condylum infimum auricularis cadat. Diſpoſitionem hanc Cycli ſolaris in Computo digitali Clavii inveni, his verbis conceptam: Primus annus Cycli tribuatur inferiori radici indicis; ſecundus, radici digiti medii; tertius, radici annularis; qvartus, radici auricularis; qvintus, ſecundo articulo indicis inferiori, & ſic deinceps in transverſum ita tamen ut qvatuor extremitatibus, qvatuor etiam annos Cycli tribuas; qva ratione annus vigeſimus octavus cadet in radicem exteriorem digiti auricularis; hac Clavius. Cyclus ſolis in an. Jul.

1 GF	5 BA	9 DC	13 FE	17 AG	21 CB	25 ED
2 E	6 G	10 B	14 D	18 F	22 A	26 C
3 D	7 F	11 A	15 C	19 E	23 G	27 B
4 C	8 E	12 G	16 B	20 D	24 F	28 A

Cæterum

ras Goma og lidi vinſtre handar fiögra fingra, þar til er hun lyktaſt á nedſta hnúa auricularis.

41. §.

A fyrgreindri Junćturu Indicis ſkal og nidurſetia þeſsi vers med ſólar ölld þau er byrta Dominicalem ár frá ári í ſolar ölld, og ſvo byria:

(58) *Frangit, Eglo, Dictus, Comitis, Angit, Gveno, Fictus, Ente, Cibat, Bachus, Aliqvo, Gentis, Emo, Dacus, Clere, Braro, Garrit, Felix, Ere, Druſo, Barrit, Arte, Gregis, Factæ, Durant, Cartæ, Boves, Actæ.*

Sá ſkal Dominicalis hvert ár eptir annad, ſem fyrſtur er ſtafurin í hveriu ordi verſanna.

42. §.

Cæterum ex appoſito Schemate Cycli ſolaris vides diſpoſitionem in digitis hoc ipſum Schema exactè imitari, ita ut qvatuor verſus horizontales, qvatuor digitos manus ſiniſtræ ſecundum longitudinem repræſentent, at ſeptem verticales ſeptem ordines junćturarum apicium & condylorum transverſos, ordo igitur ſiniſtimus exhibet ordinem radicum ſive junćturarum primarum interiorum; ordo ſecundus, ordinem junćturarum mediarum; tertius, tertiarum; qvartus, ordinem apicium; qvintus, primorum condylorum ſub ungve; ſextus, mediorum, & deniqve ſeptimus tertiorum ſeu infimorum. Igitur omnes anni bisſexti in Indicem cadunt, tres anni communes in Cæteros tres. Proinde diſpoſitionem Cycli ſolaris in effigie manus præſentis, cum diſpoſitione numerorum & literarum in Cyclo ſolis ita ad amuſſim concordare vides, ut ad hujus imitationem e libro in manum Cyclus ſolaris transſcriptus fuerit.

(58) Horum qvatuor verſuum ſinguli continent ſeptem vocabula, qvorum literæ initiales ſunt ſeptem Dominicales, qvæqve eo ordine procedunt, qvo in appoſita tabella veteris Cycli ſolaris literæ Dominicales ſunt diſpoſitæ. Singula materialiter, formaliter minimè ſpećtanda, alia dantur in lingva latina, alia ſic ficta videntur, ut a debita litera dominicali cæpta Proſodicè qvadrarent, num corruptelam qvandam hi verſus ſubierint, an incorrupti manſerint, id ſanè res eſt, de qva non magnoperè laborandum, cum vocabula corrupta parem uſum præſtent

ac

qvatuor digitorum finiſtræ transverſè graditur, donec in Imo Condylo auricularis terminetur.

§. 41.

In ima junctura Indicis ſupra memorata, una cum Cyclo Solis, hi etiam verſus diſponendi, qvi literam Dominicalem qvot annis in Cyclo Solari indicant &c.

Ea litera qvotannis Dominicalis eſto qvæ initialis vocum in his verſibus ſingularum.

§. 42.

---

ac incorrupta; dum modo litera initialis ſit debita Dominicalis, & turpitudinem inſignem proſodicam in verſu non producant. Cæterum, ut appareat qvomodo in manu diſpoſitio facienda ſit, tabellam Cycli ſolaris, Dominicalibus, integris vocibus ſurrogatis, hic præſentem iſto.

1. Frangit.	5. Angit.	9. Cibat.	13. Emo.
2. Eglo.	6. Gveno.	10. Bachus.	14. Dacus.
3. Dictus.	7. Fictus.	11. Aliqvo.	15. Clere.
4. Comitis.	8. Ente.	12. Gentis.	16. Eraro.

17. Garrit.	21. Barrit.	25. Durant.	
18. Felix.	22. Arte.	26. Cartæ.	
19. Ere.	23. Gregis.	27. Boves.	
20. Druſo.	24. Factæ.	28. Actæ.	

Ex hac tabella Cycli ſolaris, loco literarum Dominicalium vocabulis fictis introductis, intuitivâ qvadam ratione perſpicitur, qvomodo in manu vocabula ſint ordinanda, nam ordo ſiniſtimus verticalis radices ſev juncturas primas, ſecundus verticalis juncturas medias, tertius tertias, qvartus apices, qvintus Condylos ſub ungve, Sextus, medios, Septimus Imos occupare debet. Primi verſus prima vox ponitur in radice Indicis, ſecunda in radice medii, tertia in radice digiti medici, qvarta in radice auricularis, unde ad junctūram ſecundam Indicis ſit regreſſus & diſpoſitio per omnes juncturas apices & Condylos continuatur, donec ultima vox ultimi verſus, Condylo infimo, auricularis apud numerum 28 Inſcripta ſit, qvemadmodum, hoc in Schemate præſenti manus delineatæ clariſſimè vides.

42. §.

II skulu Dominicales iafnan, þá er hlaupár kemur, þad skal obrigdanlega vera æ enn IV hvern vetur, svo ad communis arin sieu ávallt III í mille.

(59) *Gratantur, bona, Do, flens ardua, currit, erecto,* Þetta vers byrter hlaupárs Dominicalem, og skal merkia fyrsta Staf hvers ords í versenu.

43. §.

(59) 1. Qvippe vero annis Bissextis litera Dominicalis existit gemina, qvarum posteriores tantum vocibus per Indicem dispositis indicantur; hic defectus hoc versu Computistico suppletur, qvi septem vocabulis componitur, existente Capite Singulorum Dominicali, qvæ in versibus manui Inscriptis deficit, ut versuum illorum qvatuor, hicce qvintus Supplementum sit censendum. Cæterum hujus versus Singula vox ita Indici inscribitur ut singulam alteram eidem inscriptam præcedat, ita vox prima, gratanter, in radice interiore indicis, præponitur vocabulo Frangit. & sic cæteræ, ut in præsenti Schemate manus delineatæ vides. Igitur qvoties annis Bissextis litera Dominicalis qværenda, a radice facto initio, versus ita legendus, ut, vox prima, Gratanter, in radicem interiorem, secunda, bona, in junctúram mediam, tertia, Do, in tertiam, qvarta, Flens, in apicem cadat, donec ultima vox, Erecto, in Condylum imum incidat, hac ratione Singulæ literæ initiales Dominicalem priorem indicant, & defectum supplent. ut litera G, cum F. conjungatur anno Cycli primo in radice indicis, B, cum A, anno Cycli qvinto in junctura media, D, cum C, anno nono in tertia, F, cum E, anno decimo tertio in apice &c. Proinde, singula bina vocabula, ut in seqventi paragrapho inculcat Rymbegla, ad Singulas duplices Dominicales indicandas concurrunt. ita voces Gratanter, Frangit. ostendunt Dominicalem G. F. anno Cycli primo & sic cæteræ. Hæc autem omnia Schemate præsenti manus delineatæ intuitivè cognoscenda præbentur.

2) Cæterum manus delineata, literæ Dominicali inveniendæ hac seqventi methodo inservit: Anno æræ Christianæ propósito, qværatur Cyclus solis & attendatur, vel intuendo delineatam in libro manum, vel etiam accedente exercitio porrectam inspiciendo, in cujusnam digiti qvonam articulo, Cyclus Solis datus sit ipcatus. Hoc loco observato & Imaginationi impresso: legantur versus Computistici manui delineatæ inscripti, eo ordine qvo in manu sunt designati, ut singula vocabula in singulos articulos cadant, dicendo, Frangit, in radice interiore

25. Durant Erecto
26. Carte
27. Boves
28. Adæ
24. Facta
21. Barrit Currit
22. Arte
23. Gregis
20. Druso
17. Garrit Ardua
18. Felix
19. Ere
13. Emo Flens
14. Dacus
15. Clere
16. Braro
9. Cibat Do
10. Bachus
11. Aligvis
12. Gentis
5. Angit Bona
6. Aveno
7. Fidus
8. Ente
1. Frangit Gratanter.
2. Ego
3. Didus
4. Comitis

§. 42.

Anno Biſſextili veniente, literæ Dominicales ſemper duæ ſunto, id qvod qvarto qvovis anno infallibiliter ſemper eveniat, ita ut tres anni communes ſemper intercedant.

Hic verſus Dominicalem anni Biſſexti indicat, literâ initiali vocum ſingularum notatâ.

riore Indicis, Eglo, in radice digiti medii, dictus in radice digiti medici, Comitis in radice auricularis, hinc ad juncturam ſecundam Indicis regredlendo, ac ibidem, Angit, ponendo, verſuum lectio & vocum recenſio continuanda, donec ad eum articulum, in qvo datus Cyclus Solis, locatus, pertigeris, Nam litera initialis vocis in hunc locum incidentis, eſt litera dominicalis Cyclo Solis dato congruens. Qvod ſi ergo annus propoſitus Communis ſit, problema perfectè ſolutum erit; Sin vero Biſſextus, poſterior Dominicalis innotuit, prior etiam num ignoratur, Sed uti poſterior, ita prior in Indicem Cadit, ad qvam inveniendam lege verſum, gratanter bona Do &c. initio facto a radice &, gratanter, ibidem locato, per Indicem perge, donec ad articulum apicem vel Condylum, in qvo eſt Cyclus Solis datus, pervenias, cum litera vocis initialis in hunc locum cadentis, ſit prior anni dati Biſſexti Dominicalis, hac itaqve methodo anno communi per qvatuor illos verſus, at anno Biſſexto, qvintum in Subſidium vocando, completè ſolutum erit problema.

3) Supereſt ut Solutionem hanc uno alterove exemplo illuſtremus: Sit ex. gr. invenienda Stylo veteri Dominicalis Anno 1522. qvo anno Cyclus Solis invenitur fuiſſe 19, qvi in Condylum ungvi proximum digiti annularis cadit, igitur a radice Indicis interiore putationem ineundo, lego verſus Dominicales, Frangit &c. & juxta diſpoſitionem Cycli Solaris, Singula vocabula ſingulis juncturis, apicibus & Condylis tribuendo. lectionem continuo, donec vocabulum, Ere in Cyclum Solis 19, Cadere comperiam; de qvo eſt qvæſtio, unde ſcio Dominicalem Anni 1522 Stylo veteri fuiſſe E. Sed annum hunc fuiſſe communem, inde ſcio, qvod Cyclus 19 in Indicem non cadat. qvam obrem, qvin problema completè ſolutum ſit, nihil amplius dubito.

4) Sit qværenda litera Dominicalis anno 1520, cujus anni Cyclus ſolis fuit 17, qvi cum in Condylum primum Indicis ſub ungve cadat, ſcio annum illum fuiſſe Biſſextum & literam Dominicalem qværendam eſſe geminam, ſed nihil jam refert, priorem ne, an poſteriorem Dominicalem prius qværam. Igitur a radice

Indicis

34. §.

(60) Hlaupár skál iafnan standa yfer Indicem, med þeim tveimur ordum sem byrta Dominicalem, frá circumcisions dag og til Festum Sancti Matthiæ, og þann Dominical, er upp þadan skal yfer standa um allt árid fram til annars VIII dags Jola, til svofeldrar Reglu er þetta vers giört.

Filius esto D^e Cælum, bonus, accipe gratis.

Þetta

Indicis Inchoando lego versus: Frangit &c. & lectionem continuo, donec ad Condylum Indicis sub ungve perveniam, & vocabulum, garrit, in eundem incidérit, qvod igitur memoriæ inprimo, & a radice Indicis denuo facto initio, lego per totum ac Solum Indicem versum: gratantur, donec vox, ardua, cadat in Condylum sub ungve, itaqve duo vocabula, ardua garrit, ostendunt fuisse Dominicalem A. G.

(60) 1). Qvod dicit Domina Rymbegla, annum Bissextum una cum gemino vocabulo Dominicali semper in Indicem cadere, id non modo respectu versuum Dominicalium antecedentium, Gratanter &c. Frangit &c. verum etiam respectu versus Dominicalis insequentis est accipiendum; hic versus: Filius, Esto, Dei, Cælum bonus accipe gratis, constat septem vocabulis secundum ordinem Dominicalium per Cyclum Solis dispositis, Manui inscriptis, ut in Schemate præsenti conspicitur, ut singula a singulis Dominicalibus incipiant; & qvomodo inscribenda & legenda sint, Rymbegla sufficienter explicat, cum enim septem vocibus componatur, & anni Cycli Solaris sint viginti octo; sequitur qvater repetitum totum Cyclum Solarem emetiri, sed animadvertendum, qvod omisit Rymbeyla, lectionem & inscriptionem a Dominicali posteriore F in radice Indicis locata ineundam esse & sic toto Cyclo emenso, vocem novissimam, gratis rursus cadere in radicem Indicis, ut Dominicalem priorem initio omissam ostendat.

2) Sit ad hanc Methodum illustrandam qvæ priori in simplicitate præstat, qværenda litera Dominicalis anni 1520. ut supra obtinente Cyclo Solis 17, in primo Condylo Indicis sub ungve locato, lectionem itaqve versus incipio a radice Indicis interiore, & vocem Filius pono in radice, esto, in radice digiti medii, Dei, in radice annularis, Cælum, in radice auricularis, inde ad junctúram secundam indicis reversus, ibidem enuncio duas voces, Bonus accipe, gratis, in junctura media digiti medii, & versum jam semel finitum, in junctura media digiti medici exordior, vocem Filius, ibidem reponendo, Esto, in junctura media digiti auricu-


25. Dei Esto
26. Cœlum
27. Bonus
28. Accipe
24. Filius
21. Bonus Cœlum
22. Accipe
23. Gratis.
20. Dei
17. Gratis. Accipe
18. Filius
19. Esto
14. Dei
15. Cœlum
13. Esto Filius
16. Bonus
9. Cœlum Dei
10. Bonus
11. Accipe
12. Gratis.
5. Accipe Bonus
6. Gratis.
7. Filius
8. Esto
1. Filius Gratis.
2. Esto
3. Dei
4. Cœlum

§. 43.

Annus Biſſextilis ſuper indice ſemper conſiſtat, una cum duabus illis vocibus, qvæ literam Dominicalem indicant, tum eam, qvæ a die circumciſionis ad Matthiæ Feſtum obtinet, tum etiam alteram, qvæ abindè per totum annum ad proximè ſequentem octavam diem Feſti Nativitatis durabit, huic Regulæ exprimendæ hic verſus deſtinatus eſt.

Filius eſto Dei, Cælum Bonus, Accipe, Gratis.

auricularis, unde ad juncturam tertiam Indicis redeo, & duo vocabulo, Dei Cælum, ibidem enuncio & ita pergo, donec ad Cyclum ſolis, de qvo eſt qvæſtio, ſub ungve Indicis repoſitum pervenero, in qvem locum incidunt duo ultima vocabula, Accipe Gratis, qvæ igitur oſtendunt fuiſſe Dominicalem A. G.

3) His methodis curioſitati lectoris ſatisfit, ſiqvidem annus æræ Chriſtianæ de qvo qværitur, fuerit ante correctionem Calendarii Gregorianam, ſi vero correctionem ſeqvatur; qværatur, ut ante Dominicalis, qvæ fuerat, ſi nulla unqvam correctio exſtitiſſet, qvâ inventâ, cum ab anno correctionis 1582 ad annum 1700 excluſivè exemti ſint dies 10, ab hoc anno incluſivè ad annum 1800 dies 11 excluſivè hinc ad 1900 excluſive dies 12: in caſu primo ſubduc 7 a 10, in ſecundo ab 11, in tertio a 12, & qvot ſunt dies reſidui, totidem literas ab ea qvam inveniſti, excluſivè numera ſecundum ordinem Alphabeti, qvarum ultima ſola anno communi, ultimæ duæ anno Biſſextili, erunt literæ Dominicales qvæſitæ, poſt correctionem Calendarii.

4) Qværatur anno 1604 litera Dominicalis exiſtente Cyclo ſolis 17 in Condylo indicis ungvi proximo, adhibendo itaqve methodum priorem, lego verſus Dominicales, frangit &c. donec vox, garrit, Cadat in Cyclum Solis 17, unde Stylo veteri G eſt dominicalis poſterior, cum Cyclus ſit in Indice poſitus, fuit annus ille Biſſextus, qvamobrem etiam lego verſum Dominicalem ſubſidiarium, gratanter, & obſervo vocabulum, ardua, cadere in Cyclum 17. hinc litera Dominicalis gemina fuiſſet A G, ſiqvidem Calendario reformatio nulla accidiſſet, ſeptem a decem ſubtractis, reſiduus eſt ternarius, qvare ab A excluſivè tres literas recito & cum annus propoſitus ſit Biſſextilis, Dominicalem geminam eſſe D C comperio.

5) Deniqve his methodis qværo literam Dominicalem anni currentis, cujus ſtylo veteri Cyclus ſolis eſt 23, poſitus in condylo intermedio digiti annularis, igitur legendis verſibus, Frangit &c. deprehendo vocabulum, gregis, cadere in con-

Þetta vers ſyner Dominicalem hvert ár eftir annad, og geingur med Solarölld allt eins og Frangit, nama þad ber í milli, ad þetta vers fer æ hid ſama um alla Solarölld, ſvo ad þad ſkal endurtaka æ iafnframt ſem þad lycktaſt, og byria upphafid versins

---

condylum in qvo Cyclus ſolis repoſitus, unde ſcio ſtylo veteri futuram fuiſſe Dominicalem G. igitur ſeptem ab undecim ſubtractis, reſiduus qvaternarius ſecundum ordinem alphabeti putatus, oſtendit Dominicalem qvæſitam eſſe D.

6) Hæc methodus qværendi literam Dominicalem ex natura verſuum Dominicalium fluxit directè & naturaliter. Altera methodus, qvam in computo ſuo Eccleſiaſtico habet Clavius, addi poteſt, qvæ indirecta magis, tamen ex natura diſpoſitionis verſuum Dominicalium in digitis, eatenus fluere cenſenda, qvatenus hæc ordinatio ordinem Cycli ſolaris imitatur. Invento igitur ſtylo veteri Cyclo ſolis, & articulo apice vel condylo, in qvo locatus obſervato, obſerva qvodnam vocabulum Dominicale, radici hujus digiti ſit inſcriptum, cujus nota literam initialem, a qva facto initio, numera ſecundum ſeriem naturalem literarum A, B, C, D, E, F, G, Dominicalium, percurrendo articulos & internodia, tribuendoqve ſingulis, tam nodis qvam internodiis ſingulas literas, & redeundo poſt G ad A, donec ad ſedem Cycli ſolaris propoſiti perveneris. Litera namqve in eum articulum incidens erit Dominicalis anni propoſiti, ſtylo veteri. In indice tamen prætereunda ſunt internodia, & ſingulis articulis binæ tribuendæ literæ, qvod ibidem anni Biſſextiles collocantur, qvibus ſingulis binæ literæ reſpondent. Atqve hoc qvidem modo litera Dominicalis cujusvis anni ante reſtitutionem Calendarii invenitur. Qvod ſi vero annus de qvo qværitur, reformationem Calendarii ſequatur, procedendum ut ſupra. n. 3.

7) Sit ex. gr. hac methodo invenienda Dominicalis anni ſeqventis 1779. exiſtente ſtylo veteri Cyclo ſolis 24. qvem in condylo auricularis intermedio locatum obſervo, at in radice interiore vocabulum Dominicale, Comitis, igitur initio facto a litera C, & radici nodis ac internodiis ſingulas literas tribuendo, ſecundum ordinem literarum numero, & in condylum intermedium, cui Cyclus datus inſcriptus, incidens litera F, oſtendit ſtylo veteri eſſe Dominicalem F, ſed qvia pro Seculo currenti dies 11 ſunt exemti, 7 ab 11 ſubtracti relinqvunt 4, qvare a G incipiendo & ad A transeundo, qvatuor numeratis in C incido, qvæ igitur anno ſeqventi erit Dominicalis.

8) Sit qværenda hac methodo Dominicalis anni 1771. cujus Cyclus ſtylo veteri invenitur eſſe 16, qvem in apice digiti auricularis poſitum animadverto. Sed

in

Hic verſus literam Dominicalem qvotannis oſtendit, & perinde ac verſus: frangit &c. Cyclum Solarem percurrit; eo Solo diſcrimine, qvod hic verſus ſemper unus idemqve totum Cyclum ſolis emetiatur, ut, qvoties finierat, toties repetiti exordium capia-

in radice interiori vocabulum Dominicale, comitis, incipiendo igitur a litera C, qvam in radice pono, D in proximo internodio, pergo donec C cadat in junctu-
ram tertiam, qvare rurſus ab internodio tertio facto initio, ibi A, repono, & in apice B, qvæ itaqve ſtylo veteri Dominicalis eſſet, ſed a B excluſivè ſecundum naturalem ordinem literarum putando qvatuor, incido in F, qvæ igitur anno 1771. ſtylo novo fuit Dominicalis.

9) Sit anno 1780 qværenda Dominicalis, qvi annus Biſſextilis habet ſtylo veteri Cyclum ſolis 25. in radice exteriore indicis repoſitum, ſed in radice interiore locata animadverto vocabula Dominicalia, Gratanter frangit, proinde in ſecunda junctura pono Dominicales A B., in tertia C D, in apice, E F, in condylo primo ſub ungve G A, in ſecundo B C, & deniqve in radice exteriore D E, qvæ igitur gemina Dominicalis ſtylo veteri obtineret, a qvarum poſteriore, E, excluſivè numerando qvatuor, video anno propoſito Biſſextili competere Dominicalem geminam B A, & ſic de cæteris.

10) Hactenus fuit methodus directa, ex propoſito, ſtylo veteri, Cyclo ſolis, literam Dominicalem inveniendi, ſed methodi inverſæ, qvæ expriori facilè deducitur, Domina Rymbegla, ne uno qvidem verbo fecit mentionem, qvæ in eo conſiſtit, ut ex data litera Dominicali gemina, anno propoſito reſpondens inveniatur Cyclus ſolis, vel ſi communis ſit, datis dominicali & anni propoſiti a proximò antecedente Biſſexto diſtantia, invenire Cyclum ſolis, ſumo prius caſum ſimpliciorem qvo datur gemina Dominicalis & annus Biſſextus currit, & â radice indicis facto initio, juxta diſpoſitionem Cycli ſolis in manu factam puto & putando pergo, donec ad eum locum pervenero, in qvo duæ iſtæ literæ extra indicem ſibi immediatè ſuccedunt, ut prior ſit in auriculari, ſecunda in loco reſpondente annularis; nam Cyclus in loco indicis reſpondente erit qvæſitus. Sed in altero caſu qvo litera Dominicalis eſt una & annus propoſitus communis, obſerva qvanta ſit ejus a biſſextili antecedente diſtantia, & ſi uno anno diſtet, ſume Dominicalem datam in digito annulari; Si duobus, in auriculari, deniqve ſi tribus; in indice, &, qvia eadem litera in indice bis occurrit, eo loco ſumenda, qvo Dominicalem anni proximè præcedentis ſolitariam, in auriculari poſitam, proximè ſecundum ordinem alphabeti ſeqvitur. Invento loco Dominicalis & Cyclo ſolis eo usqve putato,

ins á næſtu juncturu gom eda lid, þeirri juncturu gom eda lid, ſem þad endaſt á, og geimá þeſs ſierlega í hvern tima ſem kemur til Indicem og hafa tvö ord yfer hans juncturam gom eda lid ſaker hlauparsins. Þetta vers kennir og er þar til ſierlega ſett og ſkipad i hverri Solarölld lat ganga &c.

44. §.

(61) A oftnefndri Juncturu indicis ſkal nidurſetia fyrſtu tunglölld og ſvo þar næſt hveria eftir adra, med þeim hætti og ſkipan

---

tato, in conſeqventia putando tres adduntur, & Cyclum ſolis ſtylo veteri anno propoſito reſpondentem obtinebis.

11) Sit ad hanc methodum inverſam illuſtrandam, Dominicalis gemina, BA, qvæ anno 1780 obtinebit, qværitur qvinam ſtylo veteri futurus ſit Cyclus ſolis, igitur a radice indicis inita putatione, pergo, donec ad radices digitorum annularis & auricularis perveniam, in qvarum poſteriorem externam obſervo cadere numerum 28, & poſitam ibidem literam A, ſed in priore literam B, & in radice externa indicis reſpondente, animadverto numerum 25, qvi itaqve ſtylo veteri eſt Cyclus ſolis qvæſitus. Porro qværitur anno 1772 qvinam ſtylo veteri fuerit Cyclus ſolis, cujus anni Biſexti Dominicalis fuit ED. harum unam ut prius in annularis, alteram in auricularis condylo ſub ungve poſitam obſervo. At in condylum indicis ſub ungve reſpondentem, numerum 17 incidere numerando comperio, qvare ſtylo veteri ſcio fuiſſe Cyclum ſolis 17.

12) Ad caſum alterum illuſtrandum, ſit anno ſeqventi 1779 qvi tertius a Biſextili qværendus Cyclus ſolis, at litera Dominicalis C, qvæ in indice ſumenda, ubi ipſum B, inſeqvitur, qvam in indicis condylo intermedio repoſitam obſervo, putando igitur Cyclum ſolis, numerum 21 in condylum intermedium cadentem obſervo, & ab hoc articulo tres in conſeqventia puto, & Cyclum ſolis ſtylo veteri 24 eſſe comperio. Sit anno 1782 qvi ſecundus a Biſexto, qværendus Cyclus ſolis, exiſtente Dominicali F. cum jam inter indicem & eum digitum in qvo aſſumenda Dominicalis F. duo ſint digiti interjecti; ſeqvitur F. in auriculari ſumendam eſſe, qvam in ejus condylo intermedio repoſitam obſervo, Cyclus autem ſolis ab initio hucusqve putatus ſit 24, & tres in conſeqventia putando, evadit 27, pro inde anno 1782 ſtylo veteri fiet Cyclus ſolis 27. Porro ſit anno 1785 communi a Biſextili primo, qværendus ſtylo veteri Cyclus ſolis, cujus futura Dominicalis B.

Cum

capiatur, in articulo apice vel Condylo proximo ei in qvo fuerat terminatus, & qvalibet vice inprimis obſervanda vox illa, qvæ in Indicem cadit, & ob annum Biſſextum ſuper ejus junctura apice vel Condylo duo vocabula reponenda. Ita docet hic verſus, ad hoc ipſum in qvovis Cyclo Solari peculiariter deſtinatus ac ordinatus. Fac procedere &c.

§. 44.

In ſæpius memorata junctura Indicis collocetur Cyclus lunaris primus, ac dein Singuli ſucceſſivè, eo modo ac ordine, uti

Cum annus propoſitus ſit a Biſexto primus, in tertio ab indice digito hæc Dominicalis ſumenda, qvam igitur in radice externa annularis locatam animadverto, Cyclus autem ſolis huc usqve numeratus ſit 27, unde in conſeqventia tres putando fiunt 30, & 28. abjectis ſit ſtylo veteri Cyclus ſolis 2.

(61) Satis apertè Rymbegla indicare videtur, diſpoſitionem viginti & octo Cyclorum lunarium eo modo ac ordine faciendam eſſe, qvo Cyclus ſolaris diſpoſitus erat, ut nimirum in radice indicis ponatur Cyclus primus lunaris, in radice medii ſecundus, radice medici tertius, auricularis qvartus, hinc ad indicem revertendo, in ejus junctura media collocetur qvintus, & ſic conſeqventer juxta diſpoſitionem Cycli ſolaris, donec Cyclus vigeſimus octavus occupet condylum imum digiti auricularis, hæc autem diſpoſitio his qvatuor ordinibus vel ſeriebus horizontalibus abſolvitur, qvæſunt totidem progreſſiones arithmeticæ ſeptem terminorum, in qvarum ſingulis differentia terminorum eſt qvaternarius, cujus ratio ex natura diſpoſitionis ſtatim in oculos incurrit. Atqve hac ratione tota Cyclorum lunarium, qvi in Cyclo magno Paſchali, ſeu Talbyrdingo continentur, multitudo, in qvatuor Cyclorum lunarium progreſſiones Arithmeticas eſt diſpertia, qvarum prima horizontalis continet Cyclum, primum, qvintum, nonum &c.; Sed progreſſiones ſeptem verticales ſunt qvatuor terminorum merè naturales, progreſſio prima horizontalis indicem occupat, ſecunda digitum medium, tertia annularem, qvarta auricularem, primus verticalis juncturas interiores, ſecundus, juncturas medias &c.

Primus	1	5	9	13	17	21	25
Secundus	2	6	10	14	18	22	26
Tertius	3	7	11	15	19	23	27
Qvartus	4	8	12	16	20	24	28

ſkipan ſem fyr greinir um Solar ölld, hverſu hennar ár ſkulu gánga yfer þveran lófa og handar bak um XXVIII junctúras med gomum og lidum vinſtri handar. (62) Svofellt ſkal tungl alldir nidurſetia, fyrſta, fiorda, ſiöunda, tyunda, þrettanda, ſextanda nitianda, aunnur og XX, V og XX, VIII og XX, III, VI, IX, XII, XV, XVIII, I og XX, IV og XX, VII og XX, II, V, VIII, XI, XIV, XVII, XX, III og XX, VI og XX

45. §.

Um nidurſetning alldanna; (63) þeſſi nidurſetning alldanna er fyrer því ſkipud, ad ei mætti ellegar rum faſt hverium og einum vetri XXVIII tungl allda, og er þo mikell meiſtaradomur uti þviliku efni ad í ſvo litlu ſpatio, ſem adur er greint, þá miſſer aungvan

(62) Cæterum aliam diſpoſitionem ab iſta jam expoſita prorſus diverſam, innuere videtur his verbis Rymbegla: Cycli lunares diſponantur hoc modo: I, IV, VII &c. qvæ verba ſi accipiantur ut explicativa & paraphraſtica præcedentium, vult Author ad ſimilitudinem Cycli ſolaris, Cyclos viginti & octo lunares, qvi in Talbyrdingo continentur ita diſponi, ut horum Schematum alteutrum ipſius

Primus	1	13	25	8	20	6	18	Primus	1	4	7	10	13	16	19
Secundus	4	16	28	11	23	9	21	Secundus	22	25	28	2	5	8	11
Tertius	7	19	2	14	26	12	24	Tertius	14	17	20	23	26	3	6
Qvartus	10	22	5	17	3	15	27	Qvartus	9	12	15	18	21	24	27

inhæſerit animo, & utrum potius diſpoſitionem intelligi velit, id qvidem ex verbis ejus certò decidi neqvit, cum ad modum indeterminatè mentem ſuam exprimat; probabilius tamen diſpoſitionem priorem ipſius animo, dum hæc ſcriberet, obverſatam fuiſſe, cui major cum diſpoſitione Cycli ſolaris ſimilitudo intercedit, Non eſt enim qvod opponatur & regeratur Authorem velle plane ſic diſponi, uti recenſuit hoc modo.

Primus	1	4	7	10	13	16	19	22	25	28
Secundus	3	6	9	12	15	18	21	24	27	
Tertius	2	5	8	11	14	17	20	23	26	

Huic

uti ſupra declaratum de Cyclo ſolis, qvomodo annos ſuos volam manus transverſam ac dorſum ejus per viginti & octo articulos apices & Condylos oporteat tranſire. Cycli lunares diſponantur hoc modo: I, IV, VII, X, XIII, XVI, XIX, XXII, XXV, XXVIII, III, VI, IX, XII, XV, XVIII, XXI, XXIV, XXVII, II, V, VIII, XI, XIV, XVII, XX, XXIII, XXVI.

§. 45.

De diſpoſitione Cyclorum: hæc diſpoſitio Cyclorum ideo præcipitur, qvod alioqvin omni anno omnium viginti & octo Cyclorum lunæ, ſpatium haud ſufficeret. In hoc tamen magnum ſitum eſt Magiſterium, qvod in tam exiguo, ut ſupra dictum ſpatio, omnium iſtorum Cyclorum ab initio ad finem hyems amittatur

Huic enim diſpoſitioni cum Cyclo ſolis longè minor qvam cæteris duabus intercedit ſimilitudo, qvam igitur rejicio & alterutram certè præcedentium præfero, qvarum utraqve, qvemadmodum etiam tertia, Cyclos lunares viginti & octo, qvos Talbyrdingus continet, in tres progreſſiones Arithmeticas diſpeſcit, qvarum prima eſt decem, ſecunda & tertia novem terminorum, exiſtente terminorum differentia ternario.

(63) Si primus ordo horizontalis Indici, ſecundus digito medio, tertius medico, qvartus auriculari; primus autem verticalis radicibus interioribus, ſecundus juncturis mediis, tertius tertiis, qvartus apicibus, qvintus condylis primis ſub ungve, ſextus mediis, ſeptimus deniqve radicibus exterioribus ſiniſtræ inſcriptus concipiatur juxta ſchema; in arcto manus ſiniſtræ ſpatio, totus diſpoſitus erit Talbyrdingus, & qvidem ut Author Rymbeglæ jactabundus gloriatur, tanto artificio & Magiſterio, ut annorum Talbyrdingi qvingentorum triginta duorum, nullus ſit prætermiſſus, qvam Authoris jactantiam ego qvidem ſtatim approbâſſem, ſi qvidem uſum qvendam computiſticum hujus diſpoſitionis vel uno ſaltim verbo obiter indicâſſet, qvem qvia reticuit vel etiam penitus ignoravit, de actuali harum diſpoſitionum in manum inſcriptione non eſt laborandum, nam ad uſum qvendam ex his eliciendum, Æræ Chriſtianæ ſimul indigitis reqviritur artifinoſa diſpoſitio, qvâ inventâ, uſus computiſticus cum eo qvem habet Talbyrdingus coin-

aungvan vetur í öllum þesſum öllðum frá upphafe til enda. (64) Enn til þeſs ad þu truir þad ſatt vera ſem eg ſegi, þá ſkal þar til og tak fyrſtu ölld og tel hennar vetur ſier hvern eftir þvi ſem ſolar ölld geingur og fyrr greinir, allt þar til ſem uti eru XIX; Profa þar næſt eftir ádurſkrifada nidurſetning alldanna, hvert ecki byriaſt á næſta lid önnur ölld eftir XIX vetur fyrſtu alldar, og ef ſvo reiniſt ſem eg vil trua, þa marka þar eftir allar adrar alldir med XIX. vetrum ſier hverar frá þeim Stad ſem þær voru í upphafi nidurſettar med þesſum ordum, fyrſta, fiorda &c.

VI. Cap.

UM CONCURRENTES EDUR SOLAR PACTA OG UM REGULARES SOLAR OG ÞEIRRA NITSEMD, OG NOKUR DIÆT VERS.

46. §.

Concurrens heitir ſa dagur er á hverium XII. mánudum geingur af heilum vikum, enn þá eru tveir ef hlaupár er (65) og ſilgir

coincidere deberet, ipſa nimirum ſtylo veteri Paſchatis ac Feſtorum mobilium determinatio; qvam indagationem cum huc minus pertineat, & ad ipſam ſatis prolixa reqviratur diſſertatio, hic miſſam facio.

(64) Si a radice indicis inchoando accuratè juxta diſpoſitionem Cycli ſolaris 19 putes, hunc numerum in condylum annularis ſub ungve cadere videbis, & ſecunda vice, a proximè ſeqventi condylo auricularis ſub ungve facto initio, omnes condylos & radices exteriores emetiendo, ac inde ad radicem internam indicis redeundo, & pergendo incidet annus ultimus Cycli ſecundi lunaris 19 in junĉturam tertiam digiti medii, proinde a ſeqventi junĉtura tertia digiti medici incipiendo & pergendo, incidet annus ultimus Cycli tertii 19, in radicem Indicis interiorem, & conſeqventer initium Cycli qvarti ſit in loco radici proximo & hinc juxta tabellam priorem ponitur in radice interna digiti medii, juxta vero ſecundam injunĉtura media Indicis, a qva junĉtura incipiendo & denuo tres Cyclos emetiendo in junĉturam medici vel etiam tertiam Indicis cadere Cycli ſeptimi initium obſervabis,

tatur nulla. Sed ut, qvod ego asſevero, tu verum eſſe credas: Agedum ſume Cyclum primum, & juxta progreſſum Cycli ſolaris, ut ſupra declaratum, ſingulos ejus annos dinumera, donec novemdecim abſolveris; Deim ſupra memoratam diſpoſitionem Cyclorum examina, anne poſt annos novemdecim Cycli primi, in articulo proximo Cyclus lunaris ſecundus initium capiat: qvodſi, uti credo, rem ita ſe habere experieris, juxta id ipſum cæteros omnes Cyclos, cum annis ſingulorum novemdecim procedendo ab eo loco in qvo primum his verbis, primus, qvartus &c. diſpoſiti fuerant, notabis.

CAP. IV.

DE CONCURRENTIBUS SIVE EPACTIS SOLIS ET REGULARIBUS SOLIS ET AMBORUM USU ET VERSIBUS NONNULLIS DIÆTETICIS.

§. 46.

Concurrens appellatur ea dies qva ſingula duodecim menſium ſyſtemata ſolidas hebdomadas excedunt, At anno Biſextili

ſervabis, & hac ratione putationem continuando, donec omnes viginti & octo Cyclos lunares abſolveris, omnes eo ordine qvo oſtendunt tabellæ, ſe invicem ſeqvi experiere: Cujus ratio continetur in eo, qvod Cyclus lunaris 19, ter ſumtus h. e. 57, excedit unitate Cyclum ſolis 28, duplicatum, h. e. 56, unde ſeqvitur, facto a radice Indicis putandi initio & per viginti octo loca tota manu iis emenſa, numerum 57mum cadere in radicem indicis, & conſeqventer initium qvarti injunctura media vel radice medii locandum eſſe, & ſic cætera conſeqventer: hæc itaqve relatio dupli Cycli ſolaris ad triplum Cycli lunaris ſive numeri 56 ad 57, huic diſpoſitioni anſam & cauſam ſuppeditavit, qvæ profectò attentione digna fuiſſet, ſiqvidem uſus aliqvis computiſticus inde elici poſſet, ſed ut ſupra dixi, ſine variis ſubſidiis & artificiis aliis & diſputatione ſatis prolixa, uſus ejus nullius oſtendi poteſt.

(65) Cum hæc locutio parum concinna videatur; locum hunc eſſe corruptum ſuſpi-

cor

filgir ſá leiniſtafur, tel ſo þar til ſem VII; Enn ef meir er, þa kaſta í burtu VII, enn haf þád ſem umfram er og ſkaltu telia frá upphafi Solar alldar og til enda, þá hverfa þeir enn aftur med Solar ölld til upphafs, þviad þa hefur hlaupár komid á alla VII viku daga

littera mutatur, (66) *in anno ſubeunte manetqve concurrentis donec venias ad Feſta Mathiæ.*

47. §.

Iáta iafnan hlaupá I. med hlaupári efter figurunni (67) næſta fyrer annunciationem Beatæ Mariæ ſkyra concurrentes, her er figura concurrentium (68) I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII; IV, V, VI, VII; II, III, IV, V, VII; I, II, III, V, VI, VII; I,

cor & ſcribendum eſſe, *og filgir þa leiniſtafur*, h. e. & hunc ſcil. concurrentem occultans litera Dominicalis tum comitatur, vel etiam ſcribendum eſt: *og filgir ſá leyniſtafi*, h. e. qvi ſcil. concurrens literam Dominicalem occultantem comitatur, ſed utram vis correctionem adhibeas, idem ſenſus emergit, ſive enim dicas literam occultantem comitari eum qvi anno Biſexto accedit concurrentem, ſive concurrentem ſuper addinam, literam occultantem comitari res eodem recidit. Per literam autem occultantem geminæ Dominicalis unam hic intelligi, tum ex hoc loco conjici poteſt, tum etiam per collationem cùm loco, qvi infra Capite nono occurret, priori Dominicali, id nominis Islandos impoſuiſſe certò conſtabit, cur autem veteres Islandi priori Dominicali id nominis indiderint, cum ad id loci infra pervenero, ratio probabilis reddetur.

(66) In verſu priore omittendum exiſtimo præpoſitionem, in, qvæ per loci corruptionem irrepſit, & ſcribendum eſſe: littera mutatur anno ſubeunte manetqve, & in verſu poſteriore pro, concurrentis, ſcribendum, concurrens, ut legendum ſit. Concurrens donec venias, ad Feſta Mathiæ, ſenſus vero horum verſuum ſatis manifeſtus: Nam voluit his verſibus author innuere, Cyclum utrumqve ſolis & Epactarum ſolis ſive concurrentium a Januario inire ibiqve novam Dominicalem, novumqve concurrentium numerum priorem exſpirantem excipere, & hac ratione qvovis anno communi rem procedere, ſed anno biſextili, ut literam Dominicalem priorem; Sic etiam concurrentium multitudinem priorem ad Mathiæ Feſtum perſeverare;

duo ſuperſunt, qvem litera Dominicalis occultans comitatur. Dein ad ſeptem usqve numera, ſi ſeptenarium excedat, ſeptem abjectis, adhibe reſiduum, & ab initio Cycli ſolis ad finem puta, tunc autem illi ad Cycli ſolaris principium revertuntur, tunc enim annus Biſextus omnes ſeptem ferias occupavit.

littera mutatur anno ſubeunte manetqve
concurrens donec venias ad Feſta Mathiæ.

§. 47.

Anno Biſexto fac ſemper concurrentes uno plures juxta Schema, die proximo ante Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ concurrentes declarant: hic eſt Schema concurrentium: I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII; IV, V, VI, VII; II, III, IV, V, VII; I,

verare; at per anni partem reliqvam, ut Dominicalem poſteriorem; ita concurrentes poſteriores, ad finem anni pergere, & hæc qvidem ita ſe revera habent, ſiqvidem ambo Cycli a Januario procedant; Sed computiſtæ, methodo magis computiſticá & accuratiore Cyclum utrumqve a ſexto Calendas Martias inierunt ac ibidem finierunt, qva methodo id obtinuerunt, ut ne annis Biſextis geminâ concurrentium multitudine indigerent. Sed concurrens ille, qvi anno biſexto ad diem intercalarem additur, præter ordinem in concurrentium conſortium recipitur, & hinc eſt qvod dicat: Fac ſemper anno Biſextili juxta Schema concurrentium I. currere, h. e. præter unum concurrentem ordinarium, etiam alterum qvi per diem Biſextilem adjicitur, adhibe.

(67) Hic locus depravatus ſic reſtituendus; næſta annunciatio Beatæ Mariæ vorid fyrir ſkyrir concurrentes, h. e. Feſtum annunciationis beatæ Mariæ vere proximè præcedenti concurrentes declarat, i. e. multitudinem concurrentium indicat: Nam ſi ex, gr. in diem lunæ incidat Mariæ Feſtum, in Martii vigeſimo qvinto fixum, cui adſcripta litera G; antecedenti diei vigeſimæ qvartæ adſcripta litera F. erit Dominicalis, cui reſpondet concurrens I. hæc autem ſupra (pag. 1. cap. 19. §. 98. no. 72.) fuſius illuſtrata vide.

(68) Schema hoc ſive tabellam hanc concurrentium multum deprayavit imperitia exſcribentium Islandorum, nam concurrentium qvaternio ſecunda ſic ſcribenda, VI, VII, I, II, & ultima qvaternio ita III, IV, V, VI. Eſt autem hoc concurrentium Schema idem cum eo, qvod habet tabella ſupra data (T. 1. cap. 11. §. 40. n. 33.)

I, II, III, V, VI, VII; I, III, IV, V, VI; Concurrentis ölld er ſamlik Solarölld, þvi þær endaſt og byriaſt iafn fram ávallt. (69) Concurrentis þideſt ſo ſem ſamrennandi fyrer þa grein ad hun rennur ſamt med Regularibus ſolar ad byrta og boda upphaf hvers manádar ad ſkilia á hverium viku degi hver mánudur inngángi.

48. §.

(70) Concurrentes og Regulares ſolar muteraſt iafnan í upphafi Martii, enn endaſt í Februario. Serlega Regulares ſolar hefur hver mánudur, og hafa þád Embætti ſemfyr greinir ad byrta upphafsdag hvers mánadar.

49. §.

---

(69) Concurrentes primariò ſic dicuntur, qvod ad ſeptimanam ſolidam conflandam adſeſe mutuo currant, nam anno Cycli ſecundo ad primum præcurrentem currit ſecundus, anno tertio ad hos duos currit tertius & ſic conſeqventer donec ad primum ſex concurrerunt & ſeptimanam unam cum ipſo conflaverunt. Secundario ſic vocantur, qvod omnes ſimul ad Regulares currant, ad feriarum numeros ordinales conflandos, in qvos menſes & Feſta fixa incidunt.

(70) Beda in libro de argumento lunæ duo concurrentium genera diſtingvens, primum qvod Romanos appellat â Januario incipit, cui dat Regulares II; alterum a Martio, ita ut undecimus in ſerie Januarius Regulares obtineat III. Hi poſteriores concurrentes a Martio ineuntes ſunt illi, qvorum Cyclum Cyclo ſolis ſimilem Author ſtatuit, cum, ut ſupra dictum uterqve Cyclus a ſexto Calendas Martias ineat ibidemqve deſinat, ac easdem & ſimiliter ordinatas habeat literas hebdomadales vel dominicales. Si concurrentes a Januario ineant, Anni Biſſextiles concurrentes duos habebunt numeros literasve, ſi a Martio, unum tantum numerum aut literam, qvæ methodus magis naturalis, melior, ſimplicior concinnior; & magis ſemper in uſu fuit. Sed concurrentes â Januario ineuntes, ut eundem ac illi alteri uſum præſtent, alios ſibi proprios Regulares reqvirunt, qvos hac expedita methodo conſeqvere: inſpice Calendarium & qvota in Alphabeto litera hebdomadalis ſingulorum Calendis adſcripta ſit obſerva. Cui numero ordinali additâ unitatê, ſingulorum menſium Regulares obtinebis. Inſpectâ hic appoſitâ Regularium hujus modi tabella, ipſam aſſerti veritatem manu qvaſi palpabis.

Nam

I, II, III, V, VI, VII; I, III, IV, V, VI; Cyclus concurrentium eſt ſimilis Cyclo ſolis, qvia ſemper ſimul incipiunt ac deſinunt, concurrens denotat ſimul una cum alio currentem, eo qvod ſimul cum Regularibus ſolis ad ſingulorum menſium initia aperienda ac annuncianda currat ſcil, qvota feria ſinguli menſes ſuum capiant exordium.

§. 48.

Concurrentes & Regulares ſolis in Martii exordio ſemper mutantur at in Februario finiuntur. Qvilibet menſis ſibi proprios habet Regulares ſolis, qvorum, ut ſupra declaratum, functio in eo verſatur, ut cujusqve menſis feriam initialem indicent.

§. 49.

Regulares ſolis	
Januarius	II.
Februarius	V.
Martius	V.
Aprilis	I.
Maius	III.
Junius	VI.
Julius	I.
Auguſtus	IV.
September	VII.
October	II.
November	V.
December	VII.

Nam Calendis Januariis adſcripta eſt litera A, in Alphabeto Ima, cui numero ordinali addita unitas producit II. Regulares pro Januario, Calendis Februariis & Martiis adſcripta eſt litera D, in Alphabeto ordine IVta, qvare addita unitate fiunt Regulares utriusqve menſis V. Calendis Aprilis adpoſita eſt litera G. ordine alphabetico VIIa, proinde adjecta unitate confiunt VIII. & VII, rurſus abjectis fit Regularis Aprilis I. & ſic cæteri. Ad horum concurrentium & Regularium uſum illuſtrandum, aveo ſcire qvâ feriâ anno currente Januarius inierit, igitur literam Dominicalem eſſe D. animadverto, cui ex (T. I. cap. 19. §. 98. n. 71.) tabella III. concurrentes reſpondere video, qvibus additi Regulares II. Januarii ex tabella præſenti, producunt Vtam feriam, unde liqvet Januarium die Jovis iniiſſe. Similiter V. Regulares ad tres concurrentes adjecti conficiunt VIII, qvare VII, abjectis, uno reſiduo, apparet tam Februarium qvam Martium die ſolis iniiſſe. Annus præteritus 1776. fuit Biſſextus cujus gemina Dominicalis G. F. qvarum prior usqve ad diem intercalarem adhibenda, poſterior per totum ſpatium anni reliqvum, geſtio ſcire qvibus feriis Januarius, Februarius & Martius inierint, ex tabella citatâ literæ G. VII, F. I, concurrentes conveniunt, ad qvas additi Regulares Januarii II, & Februarii V,

49. §.

(71) Enn ef þú villt vita hverſu marga Regulares Martius hefur, þá tak alla daga i árinu frá upphafi til enda og ſkift þeim ſundur til tolffalldrár tölu, og þeir V. ſem affram gánga ſid uſtum XII; gief þá Martio fyrer Regulares, þviad ſo marga hefur hann. Enn ef þú girniſt ad vita Regulares annara mánada; þá neit ſvofeldri reglu, ad þú tak alla daga fyrerfarandi mánadar, og hans Regulares og partera þá ſundur fyrer ſiofallda tolu ſvo oft ſem þú matt og dagarnir med Regularibus vinnaſt til, og hvert hin ſidaſta VII. tala ſtendur á felldu, eda er hun minni, þá gef ſo marga Regulares eftirkomandi mánudi.

50. §.

Enn pröfa þá til og tak daga Martii med ſinum Regularibus og ſkift þeim í ſundur med fyrgreindri tölu, og þád er afhleipur VII. enum ſiduſtum, gef þád Aprili fyrer Regularem, haf ſidan vidlikar Regulas til Regulares ſier hvers mánadar.

51. §.

---

producunt IX. & XII. Sed abjectus ſeptenarius facit reſiduum II. & V, ergo Januarius iniit feria ſecunda ſive die lunæ, Februarius die Jovis. Sed V. Regulares Martii additi ad concurrentem I, conficiunt VI, unde liqvet die veneris Martium introiiſſe, ſed Aprilis Regularis I. ad concurrentem I. adjectus conficit II. qvo oſtenditur Aprilem die lunæ cæpiſſe & ſic cæteri.

(71) Haud ſatis accuratè ſe determinat Author, dum ad inveniendos Regulares menſis Martii ſumi jubet omnes anni dies, & per duodecim partiri, cum annus communis hic ſemper intelligendus veniat Biſſextili excluſo, & harum rerum parum perito ſcrupulus remanere poſſit, anne Biſſextilibus annis ad diviſionem utendum ſit diebus 366, ut per conſeqvens anno Biſſexto currente Regulares Martios ſex eſſe concludat. Verum Beda libro de argumento lunæ hanc methodum Regulares qværendi tradit his verbis: „ Si vis ſcire unde procedant Regulares qvi ſecundum „ ſolem numerantur, id eſt Martii 5. Qvot menſes ſunt in anno ut de Regula-

„ res

§. 49.

Qvod si vero qvot Regulares habeat Martius scire velis, omnes anni dies ab initio ad finem sume, qvorum summam per duodecim partire & qvinqve ex divisione residuos Martio ut Regulares dabis, qvia totidem habet. Sin autem Regulares mensium cæterorum scire desideres; hanc Regulam usurpa: Mensis præcedentis dies omnes & suos Regulares sume, qvorum summam, qvoties fieri potest, per septenarium divide. Atqve, sive ultimus septenarius dividendum metiatur, sive aliqvid residuum sit, totidem Regulares mensi insequenti tribue.

§. 50.

Verum fac periculum, & omnes dies Martii cum suis Regularibus sume, qvorum aggregatum per supra memoratum numerum divide, & residuum ex divisione Aprili ut Regulares dabis, Dein consimiles regulas mensium qvorumvis regularibus inveniendis applicabis.

„ res reqviris, tot numerum in calculo numerabis id est 365, hos partire per 12, „ 30 duodecies fiunt 360, remanent 5, h. e. Martii 5, Martius habet dies 31, „ adde suos regulares 5, qvos invenisti, fiunt 36, hos partire per 7, qvinqvies „ 7, 35 & remanet 1, Aprilis 1, Aprilis habet dies 30, adde Regularem unum „ qvem invenisti, fiunt 31, partire per septem, qvater 7, 28, remanent 3, „ Maius 3. Sic fac de cæteris usqve in finem, attende diligenter & tibi non fallit, „ hæc Beda. „

Est autem hæc methodus revera prorsus eadem illi, qvam supra Tom. I. cap. 10. attulit Rymbegla, sic ut enim hic ad omnes dies mensis, cujus Regulares qværuntur, adduntur Regulares mensis præcedentis, & per septenarium dividitur, hoc est solidæ hebdomadæ qvoties fieri potest abjiciuntur; Sic etiam ibi solidis mensis hebdomadis abjectis, antecedentis mensis Regulares & duo residui, ad hujus mensis Regulares conflandos colliguntur, & sic cæteri.

51. §.

(72) Nu ef þu fyseſt ad vita á herium vikudeigi ingeingur hver mánudur, þá neit þvilikre liſt þár til, ad þú tak alla daga fyrerfarande mánadar med þeim Regularibus ſolis ſvo mörgum ſem hönum tilheira, og ſkift fyrer ſamlyka tölu og fyr greinir, öllum ſamt á þannmata at þú ſamteing þeſſari tölu þá concurrentes ſem þvi ári tilheira, og hvört hín ſydaſta tala ſtendur á ſiöund edur minna, þá ſkal á þeim vikudeigi eftirfarandi mánudur innganga, hvert hann verdur hinn I, II, III, IV, V, VI, VII, og þetta breſtur alldri.

52. §.

Af þeſſari Reglu allri ſamt eru ſofelld vers ſkrifud í Imſra computis, hverſu marga Regulares hver mánudur hefur, eda hverſu eirn Regularis formeraſt af ödrum, her er tala Regularium: V, I, III, VI, I, IV, VII, II, V, VII, III, VI.

(73) *Anni ſumme Dies & divide per duo denas.*
Qvinqve ſunus ſuper remanent qvi primum dant ferialem
Adde dies menſis alicujus cum feriali.
Si & eſt ſumma, qvantum potes eice ſeptem;
Dat reliqvus numerus ferialis menſis alius.

Simul

(72) Ut ad hæc illuſtranda unum alterumve exemplum addam iis, qvæ ſupra (Tom. I. cap. 11. §. 40. no. 33.) ſunt allata: Sit inqvirendum qvotâ feriâ anno proximè ſeqventi 1779, Januarius ſit initurus, cum horum Regularium & harum ſolis Epactarum Epocha procedat a Martio, ſeqvitur Januarium & Februarium anni inſeqventis ad Cyclum concurrentium anni jam currentis eſſe referendum, cujus litera Dominicalis D, habet ſibi reſpondentes concurrentes III, qvi ad III Januarii Regulares additi, indicant Januarium anni ſeqventis die Veneris initurum. At cum VI. Regularibus Februarii conjuncti, Februarium die lunæ introiturum oſtendunt & ſic de cæteris.

§. 51.

Qvod ſi vero cupido inceſſit animo ſciendi, qvotâ feriâ qvilibet menſis ineat, utere tali artificio. Sume dies omnes menſis præcedentis cum tot Regularibus ſolis qvot ad ipſum pertinent, & aggregatum totum per numerum ſupra memoratum divide, cui anni illius concurrentes addas, atqve, ſive ſeptenarius dividendum metiatur, ſive ſeptenario minor ſit reſiduus eâ feriâ (qvam indicat) menſis inſeqvens introibit, ſive reſiduus fiat I, II, III, IV, V, VI, VII, qvod nunqvam fallit.

§. 52.

De toto iſto canone in variorum computis ſcripti ſunt hi verſus: Qvot Regulares qvilibet menſis habeat, ſive qvomodo alii ex aliis formentur, hic ſunt Regularium numeri: V, I, III, VI, I, IV, VII, II, V, VII, III, VI.

Anni ſume dies & divide per duodenos
Qvinqve ſuper ſummam remanent qvi dant ferialem (primum)
Adde dies menſis alicujus cum feriali.
Sic etiam a ſumma, qvantum potes ejice ſeptem.
Dat reliqvus numerus feriales menſis alius

(73) Depravatus hic verſus: aut enim ſcribendum. Qvinqve ſuper ſummam, qvi primum dant ferialem; vel etiam ita: Qvinqve ſuper remanent qvi primum dant ferialem, qvam lectionem priori præfero: Nam ſenſus eſt: facta partitione dierum 365, per 12, qvinqve reſiduos dare Regulares Martii, ſive anno primo inſtituti Calendarii, Calendas Martias in feriam qvintam incidiſſe. Feriales autem appellat Regulares ſolis, qvod anno primo Calendarii ferias indicarint. Qvartus verſus etiam corruptus, qvem ita reſtituendum exiſtimo: Sic etiam a ſumma qvantum potes ejice ſeptem, hujus & antecedentis duorumqve ſeqventium verſuum ſenſus per notam præcedentem ſatis manifeſtus. Verſus ultimi duo Regulares ſolis recenſent exactè juxta tabellam Capite 10. Tom. 1. §. 37. n. 32. qvorum Epocha a Martio procedit, horum prior depravatus reſtituendus ut ſupra.

Simul reſtabit ſerialis ſeptima fied
Qvinqve Monas terni VI. unus & in qvaterni.
Septeni, bini, qvini, ſeptem, tria ſeni.

53. §.

(74) *Arm, Guphe, Di chalathos adamare dabatur,*
lixa mechor, conflans gelidos, limphancia qvosdam
Omne, lumen, Aron, baſis, concordia laudat
thielinchat, eſt, conflicta, gericta lifardus.

Þetta eru Diesmala vers og greina á hverium ſtundum edur dögum diesmalin eru í hverium mánudi og ſkaltu Marka II. fyrſtu

(74) 1. Diesmalin. hoc vocabulum qvid eſſet aut qvid ſibi vellet, aut qvorſum ſpectaret, me unqvam intellecturum deſperabam, Antiqvarios Islandos conſulebam, at illi reſpondere ſe neſcire qvid eſſet. Bedam vero mihi ſæpius evolventi & legenti, obtulerunt in imis paginis Ephemeridis ſingulis menſibus ſubſcripti verſus qvidam, qvos cum legerem vidi his verſibus pro ſingulo Menſe certam diætam præcipi, iſta ruminanti lex phantasmatum ſuggeſtit, pro Diesmalin legendum eſſe Diætmalin, & Diætmala vers, pro Diesmala vers, & verſus iſtos Rymbeglæ eſſe Diæteticos conſimiles vel certè analogos illis, qvos haberet Beda, nec hæc opinio me fefellit, verſibus enim ex præſcripto Rymbeglæ juxta Alphabetum examinatis & cum Bedæ verſibus diæteticis collatis, concordantiam inſignem deprehendi, qvæ caſui tribui neqvit.

2. Qvatuor igitur hi verſus duplicis generis vocabula continent, unum genus eſt vocum fictarum, qvæ materialiter tantum ſpectantur ſuntqve pro multitudine menſium numero duodecim, qvarum prima valet pro Januario, ſecunda pro Februario, tertia pro Martio, qvarta pro Aprili & ſic conſeqventer. Alterum genus eſt vocum latinarum, qvæ ad combinandum & complendum adhibentur. Primo verſui cum aliqvid deſit, & tertium vocabulum fictum Di, per ligaturam indicet vocem biſyllabam eſſe, priori ſyllabæ vocalem qvandam deeſſe, poſteriori initialem eſſe conſonantem, b; eum paululum immuto hoc modo. *Arma Guphe Dubi chalathos adamare dabatur.*

3. His præfatis, Menſes, voces materiales, dies & horæ, qvæ his verſibus indicantur hoc Diegrammate repræſentantur. Pro Januario hunc verſum diæteti cum

Si nil reſtabit, ferialis ſeptima fiet.
Qvinqve Monas terni ſex unus atqve qvaterni;
Septeni, bini, qvini, ſeptem, tria, ſeni.

§. 53.

Sunt hi verſus Diætetici & qvibus horis vel diebus, qvovis menſe certâ qvadam Diætâ utendum ſit, declarant. Proinde

Menſes.	Vocabula materialia.	Litt. Syll. 1.	Num. diei.	Litt. Syll. 2.	Num. hor.
Januar.	Arma	A	1	a	1
Februar.	Guphe	G	7	p	15
Mart.	Dubi	D	4	b	2
April	Chalathos	C	3	l	11
Maius	Lixa	L	11	x	28
Junius	Mechor	M	12	c	3
Julius	Limphancia	L	11	p	15
Auguſt	Aron	A	1	r	14
Septemb.	Thielinchat	T	19	l	11
October	Conflicta	C	3	f	6
Novemb.	Gericta	G	7	r	17
Decemb.	Lifardus	L	11	a	1

cum habet Beda in Ephemeride: Jani prima dies & ſeptima fine timetur, cui hanc explicationem addit, hora ſcil. prima primi diei, ut plurimum etiam qvarta illius ſeptimi. Igitur vox Arma, qvo ad diem, primam, cum Beda conſentit, &, ſi rectè conjiciam, pro Arm, ſcribendum Arma, & pro ſecunda ſyllaba ſumatur vocalis, a, qvoad horam etiam primam primi diei, cum Beda conſenſus obtinetur. Scopus autem verſuum Rymbeglæ fuit indicare tantum unum diem & unam horam ejusdem, qvam obrem de ſeptima die nihil addit.

4. Ex vocabulo Guphe dies & hora pro Februario elicitæ, cum verſu Bedæ diætetico, qvem habet in Ephemeride Februario ſubſcriptum, non conſentiunt, Aſt (in qvit Beda) Februi qvarta eſt, præcedit tertia finem. Cui hanc explicationem ſubjicit, hora ſcil. octava qvarti diei, ut plurimum & qvinta alterius cavenda. Sed cum Regula, qvam in libello de phlebotomia tradit qvoad diem convenit, ubi dicit: „ Menſe Februario intrante die octavo & exeunte ſeptimo, ſi homini „ vel pecudi vena incidatur, morietur.

5. Pro Menſe Martio dies & hora ex vocabulo dubi elicitæ conveniunt aliqvatenus cum hoc Bedæ verſu: Martii prima necat cujus ſic cuspide qvarta eſt. Cui

hanc

fyrſtu ſamſtöfur hvers ords ad ſkilia þeirra fyrſta ſtaf frá til dags; enn ſidara til ſtundar, eftir þeirri tölu ſem þeir ſtanda í ſtafrofe hver fyrer ſig.

54. §.

---

hanc addit explicationem; „hora ſcil. prima primi diei ut plurimum, & etiam „ſecunda diei qvarti cavenda. Vox enim *Dubi* diem qvartam & horam ſecun„dam innuit.

6. Pro Aprili hunc verſum Diæteticum habet Beda. Aprilis decimo eſt, undeno & fine temetur, cui hanc explicationem ſubjicit, hora ſcil. prima decimi diei, ut plurimum, & etiam nona hora alterius diei cavenda. Sed vox chalathos indicat horam undecimam tertiæ diei, ſi vero pro ch. ſcribatur k, decima Alphabeti litera verſus Bedæ qvoad diem cum Rymbegla conſentit.

7. Pro Maio hunc verſum Diæteticum habet Beda. Tertius eſt Maio lupus eſt & ſeptimus angvis. Cui hanc ſubjicit paraphraſin: „hora ſcil. ſeptima deci„mi diei, ut plurimum, & etiam decima hora alterius diei cavenda, qvare vox *lixa*, qvoad diem ad conſenſum cum Beda approximat.

8. Junio in Ephemeride hunc verſum Diæteticum ſubjicit: Junius in decimo, qvindenum a fine ſalutat. Cui ſubjecta hæc paraphraſis: hora ſcil. qvinta decimi diei, ut plurimum, & etiam qvarta hora alterius diei cavenda. Vox autem Mechor diem duodecimum per literam M. indigitat, & conſeqventer a Beda biduo discrepat.

9. Pro Julio hunc verſum Diæteticum habet Beda: Tredecimus Julii decimo minuit ante Calendas. Cui hoc Scholion ſubjectum: hora ſcil. undecima decimi tertii diei, ut plurimum, & etiam nona hora illius ſeptimi diei cavenda; Sed vocabuli *Limphancia*, litera initialis L, diem undecimam indicat, & conſeqventer Rymbegla qvoad diem ad conſenſum cum Beda approximat.

10. Menſi Auguſto in Ephemeride hunc verſum diæteticum ſubjectum habet Beda: Auguſti nepa prima fugat de fine ſecundum. Cui hæc ſubjecta paraphraſis: „hora ſcilicet prima primi diei, ut plurimum, & etiam ſeptima hora alterius diei cavenda. Sed vocis *Aron* prima litera, primum etiam diem indicat, & conſeqventer Rymbegla qvoad diem, cum Beda conſentit, qvoad horam ab ipſo diſſentit.

11. Septembri hunc verſum diæteticum ſubjicit Beda: Tertia Septembris vulpis ferit a pede denam. Cui hæc paraphraſis ſubjecta, hora ſcilicet undecima decimi tertii diei, ut plurimum, & etiam nona hora alterius diei cavenda. At

voca-

inde duas primas ſyllabas in voce qvavis, puta ſyllabæ prioris literam primam, ad diem; poſterioris ad horam diæteticam notabis, juxta numerum loca utriusqve in alphabeto indicantem.

§. 54.

vocabuli *thielinchat*, primæ ſyllabæ litera initialis t, indicat diem decimum nonum, ſecundæ ſyllabæ prima l, horam undecimam, qvare qvoad horam cum Beda conſenſus obtinetur, licet qvoad diem diſſentiat.

12. Octobri in Ephemeride, hunc verſum ſubjicit Beda. Tertius Octobris, gladius, decem in ordine nectit. Cui hæc paraphraſis ſubjicitur: hora ſcilicet qvinta tertii diei, ut plurimum, & etiam nona decimi diei cavenda. Sed vocabuli *conflicta*, primæ ſyllabæ litera initialis indicat diem tertium; Secundæ initialis F, horam ſextam, qvare qvoad diem Rymbegla cum Beda conſentit, at una hora ab ipſo discrepat.

13. Menſi Novembri in Ephemeride hunc verſum Beda ſubjicit: Qvinta Novembris acus vix tertia manſit in urna; cui hæc paraphraſis ſubtexitur; hora ſcil. octava qvinti diei, ut plurimum, & etiam hora qvarta alterius diei cavenda. At vocabuli *Gericta*, primæ ſyllabæ prima litera indicat diem ſeptimum, ſecundæ prima, r, horam decimam ſeptimam, qvare qvoad diem Rymbegla a Beda biduo discordat, qvo ad horam diſſentit.

14. Decembri hunc verſum diæteticum ſubjicit Beda: dat duodena cohors, ſeptem, inde decemqve Decembris, cui hæc explicatio ſubjicitur. Hora ſcilicet prima ſeptimi diei, ut plurimum, & etiam hora octava decimi diei cavenda. Sed vocis *Lifardus*, litera initialis L, diem undecimum indicat, & conſeqventer Rymbegla, cum Beda qvoad diem ad conſenſum approximat, qvodſi ſecundæ ſyllabæ prima litera ponatur f, ſexta in Alphabeto litera, qvoad horam etiam ad conſenſum appropinqvat.

15. Cæterum neminem offendere debet qvod inter Authorem Rymbeglæ & Bedam qvoad verſus diæteticos, conſenſus plenarius non deprehendatur; Nam inde nihil aliud concludere licet, qvam verſus iſtos diæteticos Rymbeglæ, non ad Bedæ; ſed alius cujusdam Authoris normam & præſcriptum eſſe compoſitos. Qvod ſi plurium computiſtarum Calendaria evolvantur, & cum verſibus Rymbeglæ, eorundem Canones diætetici conferantur; Sine dubio conſenſus plenarius obtinebitur. Sed hæc materia tanti momenti non eſt ut operæ pretium ſit ei diutius inhærere, qvam obrem etiam hanc collationem, cum ſcriptoribus aliis lectori curioſo & medicinæ ſtudioſo relinqvo.

54. §.

Vers til Auka tungla,

(75) *Chriſtus factus homo omnia levat reddita trono.*
Mobil ibo Ciphos ache, liber habeto coevos

marka fyrra vers til ära ad fyrſta ſtaf hvers ords; Enn ſidara til mánada ad fyrſta ſtaf tveggia ſamſtafna hvers ords.

VII. Cap.

UM NIDURSETNING OG BRUKUN PRIKSTAFANNA OG SUNNUDAGS BOKSTAFANNA Á FINGRUNUM OG UM FUNGONIS NAFN.

55. §.

V. eru föſtu inngángar ad Viknatali; enn hálfur fiordi tugur ad dagatali. Fyrſte föſtu inngángur er þá vika lifir Þorra, þánn merkir index hönum fylgia þeſir Prikſtafir b, c, d, e, f, g, h,

(75) Schema Embolismorum juxta duos Rymbeglæ verſus hic delineatum vides, qvorum utervis ſeptem vocabula continet pro numero ſeptem lunarum Embolimæarum qvæ in Cyclo lunari continentur, literæ initiales vocabulorum pro annis, qvæ in ſecunda columna continentur, qvotæ ſint in ordine Alphabetico, numeris tertiæ Columnæ diſtinctè exprimitur, ſunt autem hi numeri Cycli illi lunares, ſive anni Cycli lunaris in qvos Embolismi incidunt; literæ initiales vocabulorum pro menſibus qvintæ Columnæ, qvotæ ſint in Alphabeto indicant numeri ſextæ columnæ, qvorum ſinguli menſem illum, in qvem Embolismus cadit, indicant. Ita ex. gr. primi vocabuli Chriſtus litera prima C, in Alphabeto tertia

Vocabula pro annis	Litt. init.	Num ord. in Alph.	Vocabula pro menſibus	Litt. initiales	Numeri menſium	Menſes
Chriſtus	c	3	Mobil	m	12	Decemb.
factus	f	6	ibo	i	9	Septemb.
homo	h	8	Ciphos	c	3	Mart.
levat	l	11	ache	a	1	Januar
omnia	o	14	liber	l	11	Novemb.
reddita	r	17	habeto	h	8	Auguſt
throno	t	9	coævos	c	3	Mart.

§. 54.

Christus factus homo levat omnia reddita throno.
Mobil ibo Ciphos, ache liber habeto coævos.

Nota pro annis versum priorem juxta literam initialem vocis cujusqve; At posteriorem pro mensibus, secundum literam initialem binarum cujusqve vocis syllabarum.

CAP. VII.

DE DISPOSITIONE ET USU LITERARUM PUNCTATARUM ET DOMINICALIUM PER DIGITOS ET NOMINE FUNGONIS.

§. 55.

Qvini Qvinqvagesimæ introitus per qvinqve hebdomadas at dies triginta qvinqve vagantur. Prima species Qvinqvagesimæ exiſtit, unâ Thorris hebdomadâ residuâ, hæc in indice notatur, qvam hæ literæ punctatæ comitantur; b, c, d, e, f, g, h,

tertia indicat Embolismum primum cadere in annum tertium Cycli lunaris; at primi vocabuli Mobil, litera initialis m, in Alphabeto 12ma, innuit hanc lunationem Embolimæam inire duo decimo menſe ſive Decembri, qvod cum vulgari Calendario & Beda conſentit, qvi in libello de Embolismis ita: „ primus Embolis„ mus accenditur qvarto Nonarum Decembris, ſed exſtingvitur ſecundo Calendas Januarii; ſecundi vocabuli primi verſus prima litera f in alphabeto 6ta, innuit ſecundum Embolismum cadere in Cyclum 6tum lunarem, ſive annum ſextum Cycli lunaris, at ſecundi verſus ſecundæ vocis litera initialis i. alphabeti 9na lunationem hanc Embolimæam cadere in menſem nonum ſive Septembrem, qvod etiam cum vulgari Calendario & Beda concordat, qvi loco. Citato ita: „ Secundus Embolismus accenditur qvarto Nonarum Septembrium, at ſexto Nonarum Octobrium exſtingvitur. Primi verſus ultimæ vocis throno litera prima t, in alphabeto 19a ſignificat ſeptimum vel ultimum Embolismum cadere in annum decimum nonum ſive ultimum Cycli lunaris; at ſecundi verſus ultimæ vocis coævos, litera initialis C, alphabeti tertia lunationem hanc Embolimæam in menſem tertium ſive Mar-

tium

g, h, (76) þesſá Prikſtafi ſkaltu byria í rot Indicis og ſetia pár b; á midjuncturu c; á efſtu juncturu d, uppi á gomunum e, á gomi pollicis f; á næſtu juncturu ofan frá g; í rotinni h.

56. §.

---

tium incidere, qvod cum Calendario & Beda loco cit, conſentit, qvi de ſeptimo Embolismo ſic loqvitur: „ Septimus Embolismus tertio Nonarum Martii accenditur; exſtingvitur tertio Nonarum Aprilis, atqve ita de cæteris Embolismis.

(76) 1. Literæ, punctatæ. ſive literæ cum puncto appoſito, in Talbyrdingo ſive Cyclo magno Paſchali ſic dicuntur, qvia ſingulis comma ſive punctum ante vel poſt ponitur & ad hanc commatis vel puncti ideam is reſpexit, qvi literas iſtas primus Islandicè vertit Prikſtafi, poſſunt etiam literæ tabulares & columnares appellari, cum ad Talbyrdingum, qvi tabulam magnam Cycli Paſchalis conſtituit, pertineant, & per verſus vel columnas verticales ſuperficiales deſcendant.

2. A vigeſimo ſecundo Martii incluſivè ad vigeſimum qvintum Aprils etiam incluſivè, ſunt dies triginta qvinqve, in qvos cadere poteſt terminus Paſchalis; hinc literæ tabulares ſunt triginta qvinqve, qvarum ſingulæ ſingulas denotant dies, in qvos unqvam per univerſum Talbyrdingum incidit Paſchalis terminus, unde literæ Paſchales etiam appellari poſſunt; hæ litteræ punctatæ ſive Paſchales a, b, incipiunt, & ad decimam nonam u. continuant, qvæ omnes punctum ſibi poſtpoſitum habent, tum rurſus ab, a, incipiunt, & ad ſedecimam q, continuant, qvibus omnibus punctum præponitur.

3. In Talbyrdingo literarum Dominicalium verſui, lateraliter & parallelè adſcriptus eſt verſus literarum Paſchalium, ita ut ſingulæ Dominicali lateraliter appoſita ſit litera punctata vel tabularis, qvæ indicat, exiſtentè, hac iſta vel illa litera Dominicali, terminum paſchalem occupare certum in Martio vel Aprili diem, ita ex gr. anno primo Æræ chriſtianæ, currente Cyclo ſolis 10, lunæ 2; literæ Dominicali B, lateraliter adſcripta reperitur in Talbyrdingo litera Paſchalis, g, qvo innuitur terminum Paſchalem in vigeſimum qvintum Martii, cui adpoſita litera G, tunc incidiſſe. Paſcha vero qvia Dominicalis erat B, vigeſimo ſeptimo ſtylo veteri juliano celebrandum fuiſſe.

4. Qvia ſpecies qvinqvageſimæ qvinqve ſunt & literæ Dominicales ſeptem, & punctatæ triginta qvinqve, qvæ ſeptenario diviſæ dant in qvotiente qvinqve, præterea ſingulorum digitorum una cum apicibus ſeptem juncturæ numerantur; ad omnes literas tabulares in digitis diſponendas qvinqve digitis opus erat, ut ſinguli digiti, ſingulas ſeptem literas acciperent, ſiqvidem etiam condyli adhiberentur, ſed hac per condylos putandi methodo rejecta, commoditatis gratia tria in pollicis

ſuper-

G
G
G
G
m.
e.
t.
f.
F
F
F
F
l.
d.
f.
e.
E
E
E
E
k.
c.
r.
d.
D
D
D
D
i.
b.
q.
c.
VII.VIII.IX.X.XI.
A
B
C
VI.22.
VII.29.
VIII.5.
IX.12.


G
.n
F
.m
E
.l
D
.b
X.19.

has literas punctatas in radice Indicis exordire & b, ibidem repone; in junctura media c, terttia d, in apice e, in apice pollicis f, in junctura proxima desuper g, in radice h.

superficie anteriore loca, puta, apex junctura media & radix usurpantur. Igitur index cum pollice primum literarum Paschalium septenarium, & consequenter primam Qvinqvagesimæ speciem & septem Dominicalis accipit; ita qvidem, ut in radice interiore indicis sinistræ collocetur litera tabularis prima, b, in junctura media, c, tertia d, in apice e, inde in pollicem facto transitu, in summitate ad sinistram reponatur f, in junctura media etiam ad sinistram g, & in radice, loco etiam sinistimo, h. literis Paschalibus ad primam Qvinqvagesimæ speciem spectantibus sic dispositis, supereſt Dominicalium dispositio, qvarum prima in apice pollicis, supra literam Paschalem locatur, secunda in junctura media supra Paschalem, tertia in radice supra Paschalem, inde transeundo ad indicem & singulas recto ordine supra singulas Paschales singulis juncturis inscribendo, donec septima in summitate supra Paschalem e ponatur. Atqve ita prima Qvinqvagesimæ species per indicem & pollicem est dispositа.

5. Satis jam percepta dispositione primæ speciei, secundæ speciei dispositio nihil intellectui facesit negotii, utpote qvam pari ac priorem ratione disponi oportet, hoc observato, qvod, ubi prior dispositio desierat, ibi hæc proximè seqvens initium capiat, at ultima primarum septem punctatarum sive Paschalium, posita fuit in radice pollicis, ergo proximè seqvens in alphabeto & initialis earum septem, qvæ ad secundam speciem Qvinqvagesimæ pertinent, litera l, locanda erit in radice digiti medii, k, in junctura media, l, in tertia, m, in apice inde denuo in pollicem transeundo ad dextram literæ prioris f, reponitur n, in junctura media ad dextram literæ g, locatur o, in radice ad dextram h, ponitur p, his factis, tres literæ Dominicales in pollice prius dispositæ, valent etiam pro digito medio & secunda specie & cæteris seqventibus, sed dispositio continuatur qvemadmodum prius; ut Dominicalis D, ponatur in radice digiti medii, E in junctura media, F in tertia, G in summitate, his absolutis secundæ speciei dispositio per digitum medium & pollicem est ad umbilicum perducta. Sed tertiæ speciei per digitum medicum una cum pollice, qvartæ per auricularem una cum pollice, qvintæ deniqve per auricularem dextræ una cum pollice, dispositio consimili planè modo est peragenda, qvemadmodum etiam ex appositо Schemate manus delineatæ lector clarissimè vides, ita ut qvicqvid imaginationi tota dispositio facesserit negotii, id totum Schematis ocularis intuitus tollat.

56. §.

Dominicales ſkaltu ſkipa uppa ſömu fingur II, á þánn hátt, ad gomur pollicis taki A, næſta junctura B, rotin C, rotin Indicis D, midjunctura E, efſta junctura F, gomurin G.

57. §.

(77) Og þeſsí ſkipan Dominicalium ſtendur obrigdilega um alla föſtu gánga, á ſvofeldan máta, ad í hverium ſtad greindra fingra, þár ſem einhver þeſsara Dominicalium ſtendur, og tilheirir hveriu ári, ad ſkilia þvi ſem þá er yfer, þá ſkal ſá tabularis er vier kóllum Prikſtaf filgia þvi ári og yferfellur þann ſtad (78) nefndur Dominical leikur undir, og þvi filgia þeſsir II. Dominical ſtafir ad ſkilia regulares hverium Páſkadag ár eftir ár um allan Talbyrding og Páſkaölld kallaſt eda gamla ölld, ſem fírr greinir.

58. §.

Annar Föſtugángur er í öndverda Goe, þann merkir medius, hönum filgia Prikſtafir i, k, l, m, n, o, p, þeſsa ſkal ſamlikt nidursetia og hina fyrri, pridie Föſtugángur er þá vika er

(77) Hæc Dominicalium diſpoſitio, inqvit Author per omnes Qvinqvageſimæ ſpecies invariata manet &c. vult dicere diſpoſitionem hanc literarum Paſchalium & Dominicalium in digitis artificioſam prodere terminum paſchalem beneficio literæ punctatæ & ipſum Paſchatis primum diem beneficio literæ Dominicalis, ita qvidem ut litera punctata prodens terminum, & Dominicalis ipſum diem Paſchatis aperiens, in unam eandemqve radicem junctúram vel ſummitatem digiti ejusdem incidant, & hanc literarum Paſchalis & Dominicalis coincidentiam per totum Talbyrdingum ſive Cyclum magnum Paſchalem perſeverare, donec tres Cycli, ſolaris, lunaris & magnus Paſchalis ſimul exſpirent, ac ſimul iterató occipiant, atqve proinde litera Paſchalis ad datum annum æræ chriſtianæ & Talbyrdingi & Cycli lunaris pertinens, & litera Dominicalis in annum Cycli ſolis reſpondentem competens, ſemper in uno eodemqve articulo digitali conjunguntur, verum exempla rem magis illuſtrantia inferius occurrent.

§. 56.

Dominicales ſuper iisdem digitis duobus ſic diſpone, ut apex pollicis accipiat A, junctura proxima B, radix C, radix indicis D, junctura intermedia E, junctura ſuprema F, extremitas G.

§. 57.

Atqve hæc Dominicalium diſpoſitio per omnes Qvinqvageſimæ ſpecies invariata manet, ita ut, qvemcunqve in digitis memoratis locum, in qvo iſtarum Dominicalium aliqva conſiſtat, & ad annum tunc currentem pertineat, litera illa tabularis, qvam punctatam vocamus, occupârit; eundem illum annum comitetur, & ubi memorata Dominicalis ſubjacet, ac proindæ hæ duæ literæ Dominicales ſcil Regulares annuatim per totum Talbyrdingum, qvi Cyclus Paſchalis ſive vetus audit, diem qvemvis Paſchatis comitantur.

§. 58.

Secunda ſpecies Qvinqvageſimæ in ineuntem Goam incidit, qvam digitus medius deſignat & hæ literæ punctatæ comitantur, i, k, l, m, n, o, p, modo conſimili ac priores diſponendæ.

Tertia

(78) *Nefndur Dominical leikur under*, tum hæc dictio minus concinna, tum etiam ante hæc ipſa verba lacuna vecua in exemplari relicta, ſuſpicionem movet ac ſvadet locum hunc eſſe depravatum; qvem ita reſtitui credo: Si ad lacunam ſuplendam ſcribatur particula *er* vel *hvar*, & loco verbi *leikur*, *liggur*, ut legendum ſit: *er yfirfellur þann Stad, er* vel *hvar nefndur Dominical liggur under*, vel etiam *er nefndum Dominical liggur under*, h. e. & locum illum occupat, cui vel ubi memorata Dominicalis ſubjecta vel qvi memoratæ Dominicali ſubjacet, nam hæ locutiones alteri illi præſtare videntur qvam exemplar habet: & memorata Dominicalis ſubludit, qvæ qvid ſibi velit certò definiri non poteſt. Mens vero ac Intentio Authoris fuit affirmare literam Paſchalem ad eundem illum annum Cycli pertinere, ad qvem pertinet Dominicalis in eodem loco poſita. Proinde ſatis prægnans ſuberat ratio locum hunc corruptelæ ſuſpectum habendi, tum etiam ita corrigendi. Niſi forte per tropum rariſſimum Author verbum ad leika undir in hunc alterum ſignificatum transtulerit: ad liggia undir, ſtanda undir.

er af Goe, hann heldur Medicus, hönum filgia þeſsir Prikſtafer q, r, s, t, u, ,a ,b, og hafi ſlikan Stad og gang ſem hinir fyrri. Fiordi Föſtugángur er í midia Goe, hönum ſtirir auricularis og filgia þeſsir Prikſtafir ,c ,d ,e ,f ,g ,h ,i, og ganga ſem adrer fyr. Fimti Föſtugángur er þá vika lifir Goe, hann heldur auricularis hægri handar og hefur þeſsa Prikſtafi ,k ,l ,m ,n ,o ,p ,q, þeſsir halda ſamlikan gáng ſem adrir.

59. §.

(79) Tvenn eru ſtafrof þeſſara Prikſtafa og vier köllum tabulam Fungonis, og byriaſt annad af b; enn annad af a, hid fyrra endaſt í u; enn hid ſidara í q. Svo er underſtada þeſſara ſtafrofa ad þau birta hverſu margar vikur eru med dögum frá firſta jöladegi og til firſta Drottinsdags í langaföſtu, medur ſofeldum máta, ad fyrſta b, filgia VI. vikur og þrir dagar.

60. §.

(80) I nafni Fungonis eru V. ſtafir og leggur hver þeirra viku til hinna VI, ſem fyrra b, gefur, og er þad merkianda í þeſſu

(79) Tabula Fungonis eſt Syſtema duorum Alphabetorum, literas punctatas, Paſchales vel columnares continentium, eo ordine diſpoſitas qva per Talbyrdingum ſive Cyclum magnum Paſchalem diſponuntur, prius Alphabetum a, b, incipiens novemdecim continet literas & in u, terminatur, qvibus omnibus punctum poſtponitur. Poſterius Alphabetum ab a, incipiens deſinit in q, & ſedecim habet literas, qvibus omnibus punctum anteponitur, ſumma literarum utriusqve Alphabeti eſt triginta qvinqve, hæc tum in & per ſe intellectu facilia ſunt, tum etiam ex ſubjecto Schemate clariſſimè cernuntur.

Tabula Fungonis.

Alphabetum prius.							Alphabetum poſterius.						
b.	c.	d.	e.	f.	g.	h.						.a	.b
i.	k.	l.	m.	n.	o.	p.	.c	.d	.e	.f	.g	.h	.i
q.	r.	s.	t.	u.			.h	.l	.m	.n	.o	.p	.q

Tertia ſpecies Qvinqvageſimæ exiſtit una Goæ elapſa hebdomade, qvam digitus medicus obtinet, & hæ literæ punctatæ comitantur: q, r, s, t, u, ,a ,b qvæ ſimilem prioribus locum & progreſſum obtinebunt. Qvarta ſpecies Qvinqvageſimæ Goam dimidiatam occupat, qvam auricularis regit & hæ literæ punctatæ comitantur ,c ,d ,e ,f ,g ,h ,i qvæqve uti priores progrediuntur. Qvinta ſpecies Qvinqvageſimæ obtinet unâ Goæ reſiduâ hebdomadâ, qvam auricularis dextræ tenet, qvæqve has literas punctatas habet ,k ,l ,m ,n ,o ,p ,q hæ ſimilem cæteris progreſſum habent.

§. 59.

Literarum iſtarum punctatarum duo ſunt alphabeta, qvæ tabulam Fungonis appellamus; qvorum unum â, b, alterum ab a, exordium capit, prius in u, poſterius in ,q terminatur. Horum Alphabetorum ratio ſic eſt comparata, ut aperiant, qvot a prima die Feſti Nativitatis ad Dominicam Qvadrageſimæ hebdomadæ una cum diebus fluant, ita ut primam literam b, ſex ſeptimanæ ac dies tres comitentur.

§. 60.

Nomen Fungonis qvinqve literas continet, qvarum qvælibet cæteris ſex, qvas b, prius dedit, unam ſeptimanam addit.

Pro-

(80) Summitatem pollicis inſpiciendo & a ſiniſtra verſus dextram legendo, e difpoſitione literarum Paſchalium in apice, vocabulum materiale Fnugo enatum videbis, qvod per literarum Metatheſin Evphoniæ cauſa computiſtæ veteres in Fungo mutarunt. Conſtat hoc vocabulum in caſu recto Nominativo qvinqve literis qvarum prima ad indicem, ſecunda ad digitum medium, tertia ad medicum, qvarta ad auricularem, qvinta deniqve ad auricularem dextræ pertinet & in caſu recto nominativo ad computum digitalem materialiter uſurpatur, ex caſibus obliqvis genitivum veteres uſurpabant, ut concinnius de hac materia computiſtica cogitarent ſcriberent loqverentur.

þessu efni ad hver sá stafur í nafne Fungonis endast uppi á gomi pollicis (81) og þvi er þar iafnann fult vikna tal á þeim gomi, med svofelldri understödu, ad f, leggur til VII viku, n, VIII; u, IX; g, X; o, XI.

61. §.

(81) 1. Hactenus Rymbegla totam dispositionem explicuit; methodum vero per hanc ipsam dispositionem computum digitalem instituendi, nimis breviter & concisè expositi; ad lucem igitur huic methodo fænerandum & ad me ipsum & lectorem curiosum in computo discendo dirigendum tabulam sequentem construxi Specierum Qvinqvagesimæ sive introituum jejuniorum Qvadragesimalium cum intervallis minoribus, in cujus versu finistimo, numeri 1. 2. 3. 4. 5. denotant species introituum sive Qvinqvagesimæ, in secunda versus dextram columna continentur numeri aurei, qvi hac ista vel illa specie obtinente, obtinere possunt, ita ex gr. existentè numero aureo XVI. sive anno Cycli decimo sexto, semper obtinet prima species. Anno Cycli qvinto, decimo tertio, secundo, decimo, decimo octavo obtinet secunda species & aliqvando etiam prima, & sic de cæteris. Tertius versus continet intervallum inter Epiphaniam & Qvinqvagesimam in hebdomadis completis, qvartus versus continet dies appendices; Qvintus versus continet hebdomadas completas a prima die Festi nativitatis inclusivè ad Qvinqvagesimam, sextus ad Qvadragesimam, septimus dies utriusqve appendices: versus octavus continet dies Martii vel Aprilis, in qvos incidit dies Paschatis prima respondens numero aureo propositi & literis Dominicali & Paschali in eodem versu horizontali. Versus nonus habet literas Dominicales, & decimus vel dextimus literas Paschales.

2. Litera Paschalis vel punctata in Talbyrdingo adscripta est ei diei in qvem terminus Paschalis incidit, at in hac tabula litera Paschalis & Dominicalis sunt in eodem versu, cujus dispositionis usus infra in computo digitali patebit. Per hanc tabulam independenter a Paschate facillimè invenitur intervallum hoc modo: Qvære numerum aureum & vide ad qvam speciem Qvinqvagesimæ vel introitus pertineat, qva speciè datâ, qvære literam Dominicalem & in ea parte tabulæ sume qvæ ad datam speciem pertinet, & in versu tertio habes hebdomadas ab Epiphania ad Qvinqvagesimam, dies appendicis in qvarto; septimanas completas a prima die Festi Nativitatis in versu qvinto, in sexto completas ad Qvadragesimam, & in septimo dies utriusqve intervalli appendices & hæc qvidem omnia in eodem illo versu horizontali, in qvo est Dominicalis. Si vero annus Cycli datus sit Bissextus, existente Dominicali posteriore C, priore D, in versu horizontali proximè infe-

Proindè in hoc negotio animadvertendum, quamvis iſtarum literarum ſuper apice pollicis eſſe (quintam) ut terminum (quatuor præcedentium). Quam obrem etiam in illa ſummitate numerus ſeptimanarum ſemper completus exiſtit, eâ ſcil. ratione, ut f, ſeptimam, n, octavam, u, nonam, g, decimam, o, undecimam ſeptimanam ſuperaddat.

inferiori omnia intervalla ſumantur. Quod ſi aliundè tibi nota ſit litera Paſchalis, eundem uſum præſtabit ac Dominicalis, ambæ quippe in eodem verſu horizontali poſitæ, hinc tamen excipiuntur anni Biſſexti, quibus gemina Dominicalis DC.

3. Sit ex gr. ad uſum tabulæ monſtrandum annus Cycli lunaris decimus ſextus, & video ſtatim primam ſpeciem Qvinqvageſimæ obtinere, cum in columna finiſtima ſcripta ſit ſpecies I. & in ſecunda poſitus aureus XVI. Sit præterea litera Dominicalis B, & Paſchalis g, proindè in eodem verſu literarum iſtarum ſumo omnia intervalla & ab Epiphania ad Qvinqvageſimam reperio qvatuor hebdomadas & duos dies, a prima die Feſti nativitatis ad Qvinqvageſimam ſex hebdomadas cum una die, ad Qvadrageſimam ſeptem cum una die appendice. Qvod ſi vero ſit Dominicalis C. & annus Biſextus, invenio in ima columna horizontali, primæ ſpeciei, intervallum primum qvatuor ſeptimanarum cum qvadriduo, ſecundum, ſex ſeptimanarum cum triduo, tertium, ſeptem ſeptimanarum cum triduo.

4. Si numerus aureus & litera Dominicalis ſint in eodem verſu horizontali, in eodem etiam intervalla ſumuntur, ſin autem Dominicalis verſui horizontali proxime inferiori ſit inſcripta, & area aureo dato ſubjecta vacua; in hoc ipſo verſu etiam intervalla capiuntur, qvod ſi Dominicalis in alio qvocunqve verſu ab his duobus diverſo reperiatur, in verſu horizontali proximè præcedenti, cui Dominicalis in ſcripta, intervalla capiantur. Sit ex gr. annus Cycli decimus tertius & litera Dominicalis E, cum igitur aureus XIII. & Dominicalis E, ſecundo verſui horizontali ſecundæ partis tabulæ ſint inſcripti, ibidem omnia intervalla ſumo; Sin eodem manente numero aureo, ſit Dominicalis F, qvoniam area numero aureo XIII. ſubjecta eſt vacua, ſumo intervalla in verſu proximè inferiori, cui inſcripta Dominicalis F; Sed exiſtente Dominicali A, qværo ipſam in parte tabulæ proximè præcedenti & in qvinto verſu invenio, ex qvo igitur intervalla ſumo. Sit annus Cycli lunaris undecimus & litera Dominicalis E, aureum XI, & Dominicalem E, in verſu ſecundo qvartæ ſpeciei reperio ac proindè ibidem omnia intervalla ſumo. Sed manente aureo XI, & obtinente Dominicali F, in verſu

tertio,

61. §.

Enn ef þu villt vita hverſu margir dagar eru umfram vikurnar, þa grein hverſu margar juncturæ ſtanda frá gomi pollicis

Tabula introituum & intervallorum minorum per totum Cyclum lunarem.

Spéc. Qvinq.	Num. Aur.	Hebd. ab Epi. ad Qv.	Dies App.	Hebd. a Feſto Nat. ad Qvin.	Dies App.	a Feſto Nat. ad Qv.	Dies App.	DiesMart. velApril.	Litt. Dominicalis.	Litt. Paſchalis.
1	XVI	3	4	5	6	3	22	D	b.
		3	5	5	6	4	23	E	c.
		3	6	5	6	5	24	F	d.
		4	0	5	6	6	25	G	e.
		4	1	6	7	0	26	A	f.
		4	2	6	7	1	27	B	g.
		4	3	6	7	2	28	C	h.
		4	4	6	7	3			
2	V	4	4	6	7	3	29	D	i.
	XIII	4	5	6	7	4	30	E	k.
		4	6	6	7	5	31	F	l.
	II	5	0	6	7	6	1	G	m.
	X	5	1	7	8	0	2	A	n.
		5	2	7	8	1	3	B	o.
	XVIII	5	3	7	8	2	4	C	p.
		5	4	7	8	3			
3		5	4	7	8	3	5	D	q.
	VII	5	5	7	8	4	6	E	r.
	XV	5	6	7	8	5	7	F	s.
		6	0	7	8	6	8	G	t.
	IV	6	1	8	9	0	9	A	v.
	XII	6	2	8	9	1	10	B	a.
		6	3	8	9	2	11	C	b.
		6	4	8	9	3			

Spec. Qvinq.	Num. Aur.	Hebd. ab Epi. ad Qv.	Dies App.	Hebd. a Feſto Nat. ad Qvin.	aFeſtoNat.adQvadr.	Dies app.	Dies April.	Litt. Dominicalis.	Litt. Paſchalis.
4	I	6	4	8	9	3	12	D	.c
	XI	6	5	8	9	4	13	E	.d
		6	6	8	9	5	14	F	.e
	XVII	7	0	8	9	6	15	G	.f
		7	1	9	10	0	16	A	.g
	VI	7	2	9	10	1	17	B	.h
	XIV	7	3	9	10	2	18	C	.i
		7	4	9	10	3			
5		7	4	9	10	3	19	D	.k
	III	7	5	9	10	4	20	E	.l
	XI	7	6	9	10	5	21	F	.m
		8	0	9	10	6	22	G	.n
	XIX	8	1	10	11	0	23	A	.o
		8	2	10	11	1	24	B	.p
	VIII	8	3	10	11	2	25	C	.q
		8	4	10	11	3			

tertio,

§. 61.

Qvodſi vero ſcire velis qvot dies ſuper hebdomadas abundent, pro numero junctararum ab extremo pollicis ad junctu-

tertio, cui inſcripta, F, intetvalla capio. Si litera Dominicalis D, hanc in verſu ejusdem partis tabulæ primo ac ibidem intervalla ſumo. Si deniqve Dominicalis A, hanc in verſu qvinto partis tabulæ proximè præcedentis tertiæ, ibidemqve omnia intervalla capio.

5. His de uſu tabulæ ad intervalla detegenda præmisſis ad computum digitalem tranſitum facio, & qvomodo monſtrante & dirigente tabula, idem per digitos putando præſtetur, docebo: 1o igitur qvære numerum aureum & literam Dominicalem, de numeris aureis ſufficit meminiſſe ad qvam partem tabulæ, ſive ad qvam ſpeciem introitus ſinguli pertineant, nec ulla opus ipſorum in digitis diſpoſitione. Sit ex gr. annus Cycli lunaris decimus ſextus & litera Dominicalis D. 2o Cum ex numero aureo dato per tabulam & accedente exercitio, beneficio porrectæ manus & imaginationis, ſcias qvæſtionem de inveniendo intervallo minore ſpectare ſpeciem introitus Qvadrageſimæ primam, hinc ſtatim innoteſcit indice cum pollice ad computum hunc digitalem ineundem & qvæſtionem ſolvendam, utendum eſſe, cum per hos digitos prima ſpecies ſit diſpoſita. Inſuper intervallum ſex hebdomadarum completarum, qvod omnium primum, per verſum computiſticum ſeqventem ut cognitum ſupponitur, hinc 3o in radice Indicis ſex hebdomadas ſume ſive ibidem numerum VI colloca, ut nihil reſtet, niſi, qvot dies appendices intervallo adjiciendæ ſint, definire. 4to Jam ex antecedente diſpoſitione literarum Paſchalium & Dominicalium memineris literas Paſchalem b, & Dominicalem D, in radice indicis eſſe repoſitas, proinde in hoc caſu qvo numerus hebdomadarum completarum ſenarium non excedit, vocabulum fungouis in pollicis apice locatum transeundo, a junctura media pollicis cui inſcripta Dominicalis B, Dominicalium putationem incipe, dicendo in junctura media pollicis una, in radice duo & in radice indicis tres dies appendices, ulterius autem ne pergas, qvia literæ Paſchalis & Dominicalis anni propoſiti ibidem conjunguntur, proinde in caſu propoſito repertum eſt intervallum ſex hebdomadarum cum triduo, & completè ſolatum problema, ſiqvidem annus propoſitus ſit communis, ſi vero ſit Eisſextus unitatem adde, ſive continua putationem ad usqve junctaram mediam Indicis, in qva literæ Paſchalis c, & Dominicalis prior E, conjunguntur & qvatuor dies appendices obtinebis, & ut de ſolutionis veritate amplius convincare, inſpice tabulam, & in verſu primo horizontali primæ partis numero aureo XVI.

&

pollicis fram til juncturam, þann Dominical ſem tilheirir, og ſkulu ſvo margir ad auk vikna, ſem þar er ſpatium milli og legg æ vid l. þá hlaupár kemur. Alldrei verda fleiri dagar ad

---

& Dominicali D & Paſchali b, idem intervallum reſpondere videbis. 5to Eadem per qvatuor Dominicales priores, D, E, F, G putandi methodo pergitur, dummodo exiſtentè Dominicali G, ſit annus communis. Si vero ſit annus Bisſextus; tum primum a radice indicis tranſitus fit ad vocabulum Fungonis, cujus prima litera f, ſex illis hebdomadis ſeptimam addit, qvare, qvoniam prior littera Dominicalis. Apici pollicis apud vocabulum Fungonis eſt inſcripta, cujus initialis f, in hoc caſu eſt litera punctata ſive Paſchalis, ſeqvitur intervallum eſſe ſeptem hebdomadarum completarum, dies autem appendices nullas, id qvod per tabulæ intuitum verificatur. Sed ratio cur hic tranſitus fieri incipiat, in eo continetur, qvod, ſi a junctura media pollicis inchoando, dies appendices qvæſiturus putationem ad usqve ſummitatem indicis continues, & ob annum Bisſextum unitatem additurus in ſumnitatem pollicis transeas, ibidem Dominicalem priorem A, cum dierum appendicium ſeptenario obtinebis, qvi cum hebdomadam efficiant ſolidam; ratio patet cur a radice Indicis ad apicem pollicis & nomen Fungonis ſit transeundum. At id ipſum etiam per tres Dominicales ſeqventes A, B, C, eſt tenendum. Sit ex gr. Dominicalis ſolitaria A, intervallum qvæſiturus, in radice indicis dico ſex, inde transeundo ad nomen Fungonis in apice pollicis dico ſeptem, & cum ibidem ſit Dominicalis A, ſcio intervallum eſſe ſeptem hebdomadas & nullos dies appendices. Sit Dominicalis C, dico ut prius ſex in radice Indicis, ſeptem in apice pollicis, apud nomen Fungonis, in junctura media pronuncio, una, in radice, apud Dominicalem C, duo dies appendices; & ſi annus propoſitus ſit Bisſextilis, at unitatem addendam in radice indicis pro nuncio tres dies appendices. 6to Hæc erat methodus putandi, ſi aureus numerus pertineat ad partem tabulæ primam & ſpeciem primam introitus, ſed per qvatuor partes tabulæ & ſpecies ſeqventes eadem methodus obtinet, nam ſi aurens numerus & litera Dominicalis ſint in eodem verſu horizontali, numerus hebdomadarum ſumitur in radice digiti, cui ſpecies introitus inſcripta, ſiqvidem obtineat aliqva qvatuor Dominicalium priorum, ſin aliqva trium poſteriorum; in apice pollicis & nomine Fungonis accipitur, qvod ſi in utrovis caſu accidat, ut ſpatium in hac parte tabulæ non ſuppetat, in radice digiti præcedentis vel etiam in nomine Fungonis, ſiqvidem litera Paſchalis eidem inſit, capiatur. Si Dominicalis exiſtat in verſu horizontali proximè inferiori, area vero aureo numero immediate ſubjecta vacua;

mul-

ram illam (cui litera Paſchalis inſcripta) congruentem literam Dominicalem determina, qvamobrem, qvot junctiurarum eſt ſpatium intermedium, totidem ſupra ſeptimanas dies abundant, & anno biſextili veniente, unum ſemper ſuper ſeptimanas adde

---

multitudo ſeptimanarum ut prius capienda, ſed dies appendices ut prius per pollicem & digitum cui litera Paſchalis inſcripta putantur, ſi obtinente Dominicali G, ſit annus Biſſextus, ad vocabulum Fungonis in apice pollicis repoſitum fiat tranſitus, ibidemqve numerus ſeptimanarum accipiatur unitate major eo, qvi in radice ſumtus fuerat. 7o Sit ad hæc exemplis illuſtranda numerus aureus V. & litera Dominicalis D, Paſchalis i, qvos omnes characteres partis tabulæ ſecundæ verſui ſupremo inſcriptos video, & conſeqventer per pollicem & digitum medium putationem inſtituendam eſſe ſcio, proindè in radice digiti medii intervallum ſeptem hebdomadas completas pronuncio, & ad dies appendices inveniendos, in junctura media pollicis pono unam ſive primam, in radice ſecundam, in radice digiti medii ubi litera Paſchalis, i & Dominicalis D, conjunguntur pono tertiam, qvamobrem in hoc caſu intervallum ſeptem hebdomadas ac triduum eſſe pronuncio: Si eodem exiſtente numero aureo, obtineat aliqva Dominicalium præcedentium E, F, G: qvas in parte tabulæ ſecunda ſumere non licet, & conſeqventer in ipſa ſpatium non ſuppetit, numero ſeptimanarum in radice Indicis ſumto, qvi ſenarius exiſtit, dies appendices per pollicem & indicem qværo, cum in his caſibus literæ Paſchales & Dominicales in ipſis conjungantur. Sit ex. gr. Dominicalis E, in junctura media pollicis dico, una, in radice duæ, in radice digiti Indicis tres, in junctura media, ubi literæ, Paſchalis c & dominicalis E, ſunt conjunctæ, qvatuor; & hinc intervallum ſex hebdomadarum & qvatuor dierum eſſe pronuncio. ſi litera Dominicalis F; qvinqve dierum; ſi deniqve G; ſex dierum ſupra ſex hebdomadas ſtatuo. Qvodſi exiſtente Dominicali G. ſit annus Biſſextus, unitatem adjecturus ad ſex Dies appendices, in apicem pollicis, ad dominicalem alteram A, transire deberem, qvamobrem in hoc caſu per Compendium a radice digiti Indicis ad nomen Fungonis tranſitur, ubi Dominicalis prior A, cum litera Paſchali ſ. conjungitur; ac proindè intervallum ſeptem ſeptimanas completas, dies appendices nullos eſſe pronuncio. Eodem manente numero aureo, ſit aliqva Dominicalium triuin poſteriorum A, B, C, ſumo ut in caſu noviſſimo numerum ſeptem ſeptimanarum completarum in apice pollicis per primam literam punctatam in nomine Fungonis, qvare obtinente Dominiceli A, dies appendices ſunt nullæ, obtinente B, dies appendix una, deniqve exiſtente C, dies appendices duo. Si

ad auk viknanna enn VI. og er ſu tala á gómi Indicis, á gómi pollicis er iafnan ſumma viknanna.

62. §.

numerus aureus XIII, ſed Dominicalis F, qvæ qvoniam verſu horizontali proximè inferiore continetur, cujus area numero aureo propoſito immediatè ſubjecta, vacua, numerus ſeptimanarum in radice digiti medii capitur, & ſeptem hebdomadarum & qvinqve dierum eſſe deprehenditur. 8o Sit numerus aureus XVII. & Dominicalis A, qvem aureum ad qvartam ſpeciem introitus pertinere animadverto, cui area ſubjecta cum vacua ſit, ſeptimanarum denario in apice pollicis per qvartam literam G, in hoc caſu Paſchalem, ſumto, intervallum decem hebdomadas, dies appendices nullas pronuncio; Si eodem manente numero aureo, ſit aliqva Dominicalium priorum D, E, F, G, novem ſeptimanes in radice digiti auricularis capio, dies vero appendices per pollicem & eundem auricularem computo, verum obtinente Dominicali B, vel C, qvia ſpatium in qvarta parte tabulæ & conſeqventer in digito auriculari amplius non ſuppetit, in radice digiti annularis ſumtis novem ſeptimanis, dies appendices per ſolum pollicem determino, cum in his caſibus literæ Paſchalis & Dominicalis in eo conjungantur. 9o Qvodſi in verſu horizontali ſeptimo partis tabulæ reperiantur ſimul numerus aureus, litera Dominicalis & Paſchalis; unus idemqve digitus cum pollice ad totum hujus introitus computum abſolvendum ſufficit, ut ad digitum præcedentem non ſit regrediendum, ita numerus aureus XVIII, in ſeptimo verſu ſecundæ partis, aureus XIV, in ſeptimo qvartæ, aureus deniqve VIII, in ſeptimo qvintæ, cum literis Dominicali & Paſchali c, p. c, l; c, .q reperitur; proinde in caſu primo, ſolus digitus medius in ſecundo, ſolus auricularis, in tertio, ſolus auricularis dextræ cum pollice totum computum abſolvit; ſi vero numerus aureus cum litera Paſchali & Dominicali ſit in aliqvo verſu ſuperiore, ſurſum numerando obſervetur, qvot verſus ad ſeptenarium ſupplendum deficiant & in totidem caſibus computus per digitum præcedentem cum pollice expediatur: niſi area aureo propoſito immediatè ſubjecta ſit vacua, tum enim numero caſuum, qvi per digitum antecedentem expediendi unitas detrahitur.

6. Hactenus fuit methodus, abſtrahendo a Paſchate intervallum minus determinandi, qvam per hanc literarum Paſchalium & Dominicalium diſpoſitionem author potiſſimum intendiſſe videtur & panciſſimis verbis confuſè propoſuit. De altera methodo per eandem diſpoſitionem, abſtrahendo ab intervallo, Paſcha determinandi; ne γῆυ qvidem, qvod ajunt, addidit, qvæ methodus ut explicetur ad tabulam præcedentem erit paulisper recurrendum, & qvomodo Paſcha per ipſam inveniatur, indagandum; qvare, ſi numerus aureus & litera Dominicalis ſint in

eodem

adde; plures dies qvam sex supra septimanas nunqvam abundant; qvi numerus in apicem Indicis incidit, at apicem pollicis summa septimanarum semper occupat.

§. 62.

eodem versu horizontali, dies Paschatis prima ibidem habetur, sivero area aureo illi immediatè subjecta sit vacua, & Dominicalis versui horizontali ad qvam arca vacua pertinet sit inscripta, erit dies Paschatis, dies Martii vel Aprilis in eodem versu, proindè cum in parte prima tabulæ omnes areæ aureo XVI subjectæ sint vacuæ, literæ Dominicales omnes, excepto D, descendendo sumantur, in cæteris casibus data litera Dominicalis in versu proximè præcedenti sumatur, &, nisi pars illa tabulæ, ad qvam aureus propositus pertinet, suppetat, ad partem proximè præcedaneam recurratur, & litera Dominicalis ibidem capiatur; dies Martii vel Aprilis in eodem versu horizontali positus, diem Paschatis indicabit. Sit ex. gr. numerus aureus XVI, litera Dominicalis D, in versu horizontali eodem supremo primæ partis tabulæ, video statim Pascha cadere in vigesimum secundum Martii, si Dominicalis E, dies Paschalis incidet in vigesimum tertium; si Dominicalis C, cadet in vigesimum octavum. Sit numerus aureus XIII & Dominicalis E, incidet Pascha in trigesimum Martii, si vero Dominicalis F, qvia area aureo numero subjecta vacua & siniſtima versus horizontalis cui Dominicalis inscripta, incidet Pascha in trigesimum primum Martii. Si Dominicalis G, qvia hæc in tribus versibus supremis secundæ partis tabulæ non continetur, in primæ partis versu horizontali qvarto sumatur, qvare Pascha in vigesimum qvintum Martii cadere consequitur, si Dominicalis A; in vigesimum sextum, si B, in vigesimum septimum incidet, sit numerus aureus XV, & Dominicalis G; incidet Pascha in octavum Aprilis, si Dominicalis D, in qvintum, si C, in qvartum, si B, in tertium, si A; in secundum, res vero eodem redibit, si pro litera Dominicali utaris Paschali, qvia utraqve ad eundem annum pertinens, semper in eodem versu horizontali conjungitur.

7. His de Paschate per tabulam derterminando præmissis, ad manum delineatam transeo, & qvomodo idem per computum Digitalem præstetur videbo: primo itaqve sciendum in qvonam digito computus sit instituendus, qvod ut sciatur; memoria tenendum; ad qvam partem tabulæ, sive ad qvam speciem introitus numerus aureus propositus pertineat & in qvoto versu horizontali contineatur & num area subjecta vacua sit, an alium aureum contineat; nam in eo digito instituenda putatio in qvo literæ Dominicalis & Paschalis conjunguntur, qvare, siqvidem numerus aureus & literæ in eodem versu contineantur, in eo digito putatio insti-

62. §.

Af þeſsari Reglu allt ſamt ſtanda þeſsi vers ſkrifud de tabula Fungonis. (82)

b. VI

tuenda ad qvam pars illa tabulæ, vel ſpecies illa introitus pertinet, qvodſi area aureo propoſito ſubjecta ſit vacua & literæ in hoc ipſo verſu horizontali contineantur, in eodem digito erit computus ineundus; In cæteris caſibus, niſi reſpiciendo ad tabulam hæc pars ejus ſufficiat, ad digitum præcedentem eſt recurrendum, qvare, ſi in Indice putatio ſit facienda; pone in radice ejusdem 22, ſi in digito medio, in radice loca 29, ſi in digito annulari, in radice colloca, 5, ſi in digito auriculari, pone in radice 12, ſi deniqve in auriculari dextræ, in radice 19 colloca, & in ſingulis caſibus continua putationem ad eum articulum vel apicem in qvo literæ Paſchalis & Dominicalis conjunguntur, transeundo ſemper ſi opus, a ſummitate ad apicem pollicis.

8. Ad hæc exemplis illuſtranda ſit numerus aureus XVI. litera Dominicalis D, Paſchalis b, qvi cum ad primam partem tabulæ pertineat; in indice computum inſtituendum eſſe ſcio, igitur in radice Indicis pono 22. Sed ibidem ambæ literæ conjunguntur, qvare ſcio in hoc caſu Paſcha in vigeſimum ſecundum Martii incidere; Si eodem manente numero aureo ſit litera Dominicalis G, qvæ in apice Indicis poſita apud Paſchalem e, dico ut ante, in radice Indicis 22, in junctura ſecunda 23, in tertia 24, in apice 25, qvare ſcio Paſcha cadere in vigeſimum qvintum Martii; Si Dominicalis A, qvæ in apice pollicis poſita apud Paſchalem f, initialem in nomine Fungonis, a ſummitate Indicis in apicem pollicis tranſiens dico ibidem 26, qvare Paſcha in vigeſimum ſextum Martii incidit, ſi Dominicalis B; in vegeſimum ſeptimum; deniqve ſi Dominicalis C, in vigeſimum octavum. Sit numerus aureus XIII & in eodem verſu horizontali tabulæ Dominicalis E, & Paſchalis k, qvi cum ad ſecundum introitum ſpectet; in digito medio computum inſtituo, & in radice 29 pono, in articulo ſecundo 30, ubi literæ Dominicalis & Paſchalis conjunguntur, qvare Paſcha in trigeſimum Martii incidit. Si manente numero aureo ſit Dominicalis F, qvoniam area aureo propoſito ſubjecta vacua, in eodem digito putationem inſtituo & ut prius dico in radice 29, junctura ſecunda 30, junctura tertia 31, ubi literæ conjunguntur, qvare ſcio Paſcha in trigeſimum primum Martii incidere. Sit litera Dominicalis D, qvæ qvoniam in verſu horizontali ſupremo ſecundæ partis exiſtit, adhuc in eodem digito putationem inſtituo, & in radice pono 29; Sed ibidem literæ combinantur, conſeqventer Paſcha diem Martii vigeſimum nonum occupare pronuncio.

§. 62.

De toto iſto Canone ſcripti ſunt hi verſus de tabula Fungonis.

nuncio. Si eodem manente numero aureo ſit Dominicalis A, qvæ in qvinto verſu primæ partis ſumitur; per antecedentem digitum indicem computo in cujus radice dico 22, & putationem continuo ad ſummitatem pollicis, ubi literæ, Dominicalis A & Paſchalis f, prima in nomine Fungonis conjunguntur, qvare diem Paſchatis primam diem Martii vigeſimum ſextum occupare pronuncio.

9. Sit numerus aureus XIX, in qvinto verſu ultimæ partis tabulæ poſitus & Dominicalis A, in eodem verſu locatus, qvare ſcio in auriculari dextræ computum inſtituendum eſſe, in cujus radice pono 19, in junctura ſecunda 20, in tertia 21, in ſummitate 22, & in pollicem transeundo, in ejus apice pono 23, & ibi ſubſiſto, cum Dominicalis A & Paſchalis o, in nomine Fungonis ultima, ibidem conjungantur, conſeqventer vigeſimum tertium Aprilis occupat Paſcha. ſi eodem manente numero aureo ſit Dominicalis B, qvia area aureo propoſito ſubjecta eſt vacua, putationem uti prius incipio & ad pollicem pergo, in cujus junctura cadit numerus 24, ubi Domicalis B, & Paſchalis p. conjunguntur, qvare Paſcha in vigeſimum qvartum Aprilis incidere pronuncio. Si manente aureo XIX. ſit Dominicalis D, adhuc in eodem auriculari computo, & in radice 19. pono, at ibidem Dominicalis D, cum Paſchali, k, conjungitur & conſeqventer Diem Paſchatis decimum nonum Aprilis occupare ſtatuo: Deniqve ſi Dominicalis c, qvam in ultima parte tabulæ ſumere non licet; in præcedenti auriculari ſiniſtræ computum inſtituo & in radice 12, pono & in pollicis radicem usqve pergo, ubi 18. pono, & qvia literæ ibidem conjunguntur, Paſcha decimum octavum Aprilis occupare dico.

(82) Hi verſus jam per antecedentia ſunt intellectu faciles. Nam ſi numerus aureus & literæ Paſchalis & Dominicalis ad primam partem tabulæ & ſpeciem primam introitus pertineant & in Indice computus ſit inſtituendus, obtinente aliqva qvatuor Dominicalium ſuperiorum, nomen Fungonis ad ſex hebdomadas in radice ſumtas nullam addit; at aliqva trium inferiorum exiſtente, litera in nomine Fungonis prima f, ad ſex hebdomadas ſeptimam addit; ac ideo dicit in verſu f, dare ſeptem hebdomadas. Qvodſi numerus aureus ad aliqvam partem tabulæ reliqvam pertineat, & alteram aliqvem introitus ſpeciem, in qvocunqve digito computus ſit incundus, ex gr. medio, currente aliqva qvatuor Dominicalium ſuperiorum; nomen Fungonis ad ſeptem hebdomadas in radice ſumtas adhuc nihil addit, ſed

aliqva

b. VI ebdomadas, f. ſeptem, tunc dat n. octo.
u,qve novem, g. vero decem, qvibus o. dabit unam.
Of. numeros dices harum ſervare ſeqvices.
Addidit ebdomadas b. dies tres iniciales
Littera qveqve ſeqvens premiſſis addidit unum,
Ex hoc crementum ſuperadditur ebdomadarum
Hoc tibi predictum numerum dabit ebdomadarum
Inter natale qvadragenamqve ſitarum
Qvantum diſtat ab a feriali totqve dierum
Anno Biſexti vult una dies ſuperaddi.

63. §.

(83) Ef þú girniſt ad vita hver Prikſtafur ſie ár frá áre, þá

aliqva trium poſteriorum exiſtente, nomen Fungonis ad ſeptem hebdomadas addit unam, uti dicit in verſu: tunc dat, n, octo, cum, n, ſit ſecunda litera in nomine Fungonis, ſive hic accuratius loqvendo, nomine Fnugonis. Si in digito medico inſtituenda putatio, currente aliqva Dominicalium A, B, C, nomen Fungonis octo hebdomadis in radice ſumtis unam addit, qvemadmodum dicit verſus; Uqve novem. Si putatio in auriculari ſiniſtræ inſtituenda; ad novem hebdomadas in radice ſumtas, qvarta litera G, in nomine Fungonis, decimam adjicit: &, deniqve ſi in auriculari dextræ facienda putatio; ad decem in radice ſumtas ultima litera o, in nomine Fungonis, unam addit. Primus verſus accuratius ſcribitur hoc modo. *b. Sex hebdomadas f. ſeptem, tunc dat n. octo*, & tertius ita: *Hos numeros dices harum ſervare ſeqvaces.* cujus hic ſenſus: dices hos numeros ſcil. jam mox recenſitos, ſex, ſeptem, octo, novem, decem, ſervare, i. e. ſervare ſe, ſive ſervari, h. e. conſervari ſeqvaces harum ſcil. hebdomadarum, ut hebdomadas intervalli minoris conſtanter comitentur, ſive qvod eodem recidit, intervalla minora ſemper eſſe totidem ſeptimanarum qvot antecedentes & recenſiti numeri indicant. Qvartus verſus etiam depravatus, cum ſcribendum ſit; *Addidit hebdomadis b. dies tres initiales*, vel etiam addit ad hebdomadas &c. qvod ut clariſſimè intelligas, inſpice tabulam & videbis ſex hebdomadis in radice Indicis repoſitis, a qvibus ſit initium putandi, tres dies addi, ut ſit intervallum ſex hebdomadarum cum triduo, dicit autem literam b, hos tres dies initiales addere, hic

non

b. Sex hebdomadas f. ſeptem, tunc dat, n, octo
u,qve novem, g, vero decem, qvibus, o. dabit unam
Hos numeros dices harum ſervare ſeqvaces.
Addidit hebdomadis, b, dies tres initiales
Littera qvæqve ſeqvens præmiſſis addidit unam.
Ex hoc crementum ſuperadditur hebdomadarum
Hoc tibi prædictum numerum dabit hebdomadarum
Inter natale Qvadragenamqve ſitarum
Qvantum diſtat ab, A, feriali, totqve dierum
Anno Biſſexto vult una dies ſuperaddi.

§. 63.

Si, qvænam qvotannis litera punctata obtineat, ſcire deſide-

non Dominicalis b, ſed Paſchalis intelligenda venit, in radice Indicis collocata, ſumtis enim in radice ſex hebdomadis, qvot dies appendices ſint adjiciendæ qvæſiturus, a junctura media pollicis putationem ineo, ac ibidem dico una, in radice duæ, in radice Indicis tres, ubi litera Dominicalis D, cum Paſchali b, conjungitur, qvare tres dies appendices pronuncio & qvidem in totius putationis digitalis initio, qvæ ratio eſt, cur dies initiales appellet. *Littera qvæqve ſeqvens præmiſſis addidit unam:* litteram Paſchalem b, in radice Indicis poſitam, ſeqvuntur in eodem digito tres, puta, c, d, e, qvarum ſingula ad proximè præcedentem addit unam diem appendicem, putatio enim dierum appendicum, ſemper ad usqve literam punctatam continuatur, in qvo loco dominicalis cum ipſa conjungitur, in apice digiti indicis litera Paſchalis, e, eſt locata, qvousqve a junctura media pollicis putationem continuando, numerus dierum appendicum ſenarius evadit, qvod autem, hic de diebus appendicibus in Indice putandis dictum, id ipſum etiam de cæteris digitis tenendum. *Qvantum diſtat ab A. feriali totqve dierum*, hic verſus octavus ad ſextum refertur, tantum ſuperadditur hebdomadarum incrementum, totqve dierum, qvantum ſive qvot juncturas cum radicibus & apice, a litera feriali hoc eſt hebdomadali A, in apice pollicis poſitâ, diſtat litera Paſchalis vel etiam Dominicalis ad annum propoſitum pertinens, ſed anno Biſſexto huic numero unitas adjicienda.

(83) Si inqvit Author, ſcire geſtias qvænam qvovis anno obtineat litera punctata

vel

þá er ſu regla viſuſt, ad þu vitir í hverium Föſtugángi Páſkadagur ſtendur; þvi ad þar er ſá Dominicalis og ſá tabularis ſem tilheirir þvi ári ſem Páſkadagurin er. Standi Páſkadagur í fyrſta edur ödrum Föſtugángi, þá ſkal leita ad Prikſtaf í fyrra ſtafrofi Fungonis; Enn ſtandi Páſkadagur í III. Föſtugáng; þá ſkal leita Prikſtafs í fyrra ſtafrofi, enn ſtundum í ſidara ſtafrofi.

64. §.

Standi Páſkadagur í fiorda eda fimta föſtugángi, þá ſkal leita Prikſtafs obrigdanlega í ſidara ſtafrofi, og þetta bregſt alldri, (84) þvi ad Dominicalis ſá ſem tilheirir þvi ári, og næſtur er termino, breitir Páſkadag hvert ár eftir annad í tunglölld.

VIII.

---

vel Paſchalis; certiſſima Regula hæc eſt, ut ſcias in qvanam ſpecie introitus jejunii Qvadrageſimalis ſit Paſcha; hic exprimendi modus qvo utitur Rymbegla videtur reſpicere Talbyrdingum, qvem procul dubio veteres computiſtæ ita conſtructum poſſederunt, ut in ipſo qvinqve ſpecies introituum Qvadrageſimalium diſtinctæ cum literis congruentibus & Paſchate cernerentur, ſed abſtrahendo a Talbyrdingo ita conſtructo, qvem non habemus, ad tabulam antecedentem reſpiciendo, qvæ hac in parte vicem Talbyrdingi qvodammodo ſupplere poterit, regulam ita determinamus: Si litera punctata vel Paſchalis qværenda; ſciendum eſt, in qvanam parte tabulæ Paſcha ſit venturum, ſive intra qvos terminos in Martio vel Aprili ſit futurum, nam ſi ad partem primam vel ſecundam pertineat, h. e. ſiqvidem ante qvintum Aprilis futurum ſit, & conſeqventer ſtylo Rymbeglæ, primam vel ſecundam ſpeciem introitus jejunii Qvadrageſimalis occupaturum; literam punctatam in priore Fungonis Alphabeto qværendam eſſe conſtat; cum omnes qvatuordecim ad duas primas partes tabulæ pertinentes punctum ſibi poſtpoſitum habeant. Si Paſcha ad tertiam partem tabulæ pertineat, ſed ante decimum Aprilis ſit futurum; Rurſus litera punctata ad prius Fungonis Alphabetum pertinebit, cum omnes qvinqve literæ punctatæ tertiæ tabulæ parti adſcriptæ punctum ſibi poſtpoſitum habeant, proinde, cum hæ qvinqve & qvatuordecim præcedentes novemdecim conſtituant, & prius Fungonis alphabetum abſolvant, ſeqvitur, ſiqvidem Paſcha diem aliqvam Aprilis nonâ poſteriorem ſit occupaturum literam

puncta-

res, ad hoc certissima hæc est regula: ut scias ad quam speciem introitus Quadragesimalis Paschа pertineat, ubi enim est dies Paschatis, ibi Dominicalis & tabularis literæ, quæ in annum illum competunt, occurrunt. Si dies Paschatis ad primam vel secundam speciem introitus Quadragesimalis pertineat, in priore Fungonis Alphabeto literæ punctatæ quærantur; Sin autem dies Paschatis sit in tertia specie introitus, litera punctata modo in priore modo in posteriore Fungonis Alphabeto quæratur.

§. 64.

Quod si dies Paschatis in quarta vel quinta specie introitus Quadragesimæ existat; litera punctata in posteriore Fungonis Alphabeto infallibiliter quæratur, quæ regula nunquam fallit, quia Dominicalis ad annum illum pertinens & termino proxima, diem Paschatis quotannis variat.

CAP.

punctatam cum puncto antepositо constanter & infallibiliter in posteriore Fungonis alphebeto esse quærendam. Apparet ergo quomodo veritas constet assertioni Rymbeglæ, si Paschа ad tertiam speciem introitus Quadragesimæ pertineat, literam punctatam, jam ex priore, jam ex posteriore alphabeto Fungonis esse desumendam, & siquidem ad duas ultimas species spectet, in posteriore alphabeto esse quærendam, quæ omnes punctum sibi antepositum habent. Relativè ad computum annalem Islandorum, hæc regula ita exprimenda: Si unâ Thorris septimana residuâ vel ineunte Goa, vel etiam unâ Goæ elapsa hebdomade Quinquagesima inciderit, nisi pòst duodecimum Februarii inierit; litera punctata ex priore Fungonis Alphabeto capienda; Quodsi verò unâ Goæ, post duodecimum Februarii ineuntis elapsâ, vel dimidiata Goâ, vel etiam deniqve, unâ Goæ residuâ hebdomadâ, Quinquagesima introierit; litera punctata ex posteriore Fungonis alphabeto semper desumenda.

(84) Hic ad vetus Calendarium julianum Rymbegla respicit & ex literarum hebdomadalium ordine & nunquam per universum calendarium interrupta consequentia, rationem reddere conatur, cur incidentia Paschatis annuatim varietur, & ex uno introitu in alterum migret, ad quod postremum hoc loco digitum inprimis intendit, ut regulæ, quam de litera punctata in tabula Fungonis quærenda dedit, ratio-

VIII. Cap.

UMM AD FINNA MARIÆ BODUNARDAG MED FINGRA REIKNINGI.

65. §.

Lát enn tilkoma: a, b, c, ſunt extra, d, e, f, infra, g, qvoqve ſupra. Þetta vers kennir ad þennann Domical D, ſkaltu nidurſetia á nedſtu juncturu V. fingra, ad ſkilia fiögra vinſtre handar og auricularis hægri handar. Enn þennann Dominicalem E, ſkaltu nidurſetia á midjuncturu fyrgreindra fingra; þennan Dominicalem, F, a efſtu juncturas; þennan Dominicalem G, uppa Gomana: þennan Dominicalem, A, á fremſtu lidu; þennan Dominicalem, B, á midlidu, enn Dominicalem C, á nedſtu lidu V. adurgreindra fingra.

66. §.

Enn þeſse Dominical nidursetning merkir hann, ſem þá hefur fundid og nidurſett V. merkidaga til V. hatyda, ad ſkilia Septuageſimam, Qradrageſimam, Paſka, Gagndaga, og Hvitaſunnu; þá ſkal ſá Dominical ſem næſtur er merkideginum og þeim

---

rationem qvandam redderet. Sit ad hoc illuſtrandum annus Cycli lunaris decimus ſextus, qvo obtinente terminus Paſchalis citimus, exiſtit Martii vigeſimus primus, ergo Paſcha obtinente numero aureo XVI. in diem vigeſimum ſecundum termino proximum cadere poteſt, cui adſcripta hebdomadalis D, erit in hoc caſu Dominicalis termino proxima; Anno ſeqventi exiſtente numero aureo XVII. terminus Paſchalis hæret in nono Aprilis, & conſeqventer Paſcha hoc anno Cycli primò in decimum, ultimò in decimum ſextum incidit, conſeqventer Dominicalis termino proximo, h. e. nono Aprilis viciniſſima hic intelligenda venit, non hebdomadalis b, decimo Aprilis adſcripta, ſed altera illa, qvæ Dominicalem d, anni præcedentis in Alphabeto & Cyclo ſolari proximè antecedit vel ſeqvitur, proinde litera C vel E, hic termino proxima putatur, qvæ id effecit; ut Paſcha ex primo introitu in tertium migrârit. De cæteris Dominicalibus terminis Paſchalibus proximis

CAP. VIII.

DE FESTO ANNUNCIATIONIS MARIÆ PER COMPUTUM DIGITALEM INVENIENDO.

§. 65.

Fac rursus accedere (scil. hunc versum) a, b, c, sunt extra; d, e, f, infra, g, qvoqve supra: docet hic versus Dominicalem D, locandam esse in imis juncturis qvinqve digitorum, nempe, qvatuor sinistræ & auricularis dextræ; Dominicalem E, in juncturis mediis digitorum prius dictorum colloca; Dominicalem F, in juncturis supremis, Dominicalem G, in apicibus, Dominicalem A, in condylis sub ungve, Dominicalem B, in condylis intermediis, Dominicalem C. in digitorum antememoratorum condylis infimis.

§. 66.

Cæterum hac literarum Dominicalium dispositione, inventor ejus, qvinqve dies characteristicos, qvinqve solemnium Festorum designat, puta septuagesimæ, Qvadragesimæ, Paschatis, Rogationis & Pentecostes. Ergo Dominicalis illa, qvæ characteristicæ viciniſſima & anno currenti vel proposito convenit,

ximis idem judicium esto. Verum etiamsi sciatur in utro Fungonis Alphabeto litera punctata sive Paschalis sit qværenda, hoc ipso nondum nisi admodum indeterminatè constat qvænam sit, cum prius alphabetum novemdecim, posterius sedecim literas contineat, ut igitur præcisè qvænam sit litera punctata vel Paschalis, innotescat, literam Dominicalem qværi oportet, sive per tabulam sive per digitos, &, siqvidem Pascha vel intervallum qværendum esset, in qvanam parte tabulæ vel qvonam digito instituenda putatio foret, dispiciendum; nam in tabula litera punctata & Dominicalis semper in eodem versu horizontali, & in manu, in eadem junctura radice vel apice conjunguntur.

þeim árgang tilheirir, boda og byrta fyrſta Drottingsdag greindra hátida, ſem byrtaſt mun enn framar ſydar meir.

67. §.

Jafnſram þeſsari nidursetning Dominicalium, ſkaltu nidurſetia Annunciationem Sanctæ Mariæ uppa gominum Indicis, og ef þú villt vita hvert hun ſtendur syd eda ſnemma í lángaföſtunni og ber hana á Páſka, þá neit þvilikre reglu þar til: Ef fyrſti Páſkadagur Drottinlegrar uppriſu ſtendur uppa, D, Dominicali í V^ta Föſtugángi auricularis hægrihandar, þá ſet nidur á næſta D, auricularis vinſtre handar Dominicam Palmarum; þá Dominicam Pasſionis á D, medici, þá Dominicam lætare á D, medii; Sidaſt ſettu nidur Dominicam oculi mei á D, indicis. Set nidur þar næſt á midjuncturu Mánudag, á fremſtu juncturu Þridiudag; uppi á gomunum Midvikudag, þar ſem þú ſkipadir ádur Annunciationem, og þvi er hun þá Midvikudag eftir Oculi mei.

68. §.

Ef Páſkadagurinn ſtendur uppa E, Dominicalem í fimta Föſtugángi; þá haf alla ſamlika nidursetning Dominicalium og fyr greinir, þar til er þú kemur yfer E, Indicis, þá ſettu Mánudag á fremſtu juncturam, enn III^a uppi á góminum, þá er Annunciationen á III. dag eftir Oculi mei. Standi Páſkadagur uppa F. í V. Föſtugángi; þá haf enn ſamlyka nidurſetning Dominicarum ſem fyr ſeigir, allt þar til ſem þú kemur yfer F. Indicis; þá ſet Manudagin uppa gómin, og þá er Annunciationen á Mánudag eftir Oculi mei.

69. §.

nit, dictorum Festorum primam Dominicam annunciabit ac aperiet, qvemadmodum infrà fusius exponetur.

§. 67.

Una cum hac Dominicalium dispositione, Annunciationem Sanctæ Mariæ super apice Indicis colloca. Et, siqvidem nôsse gestias, utrum anterius an serius in jejunio Qvadragesimali locum occupet, & num in Paschà incidat, hanc adhibe Regulam: Si prima dies Paschæ dominicæ resurrectionis, in qvinto jejunii qvadragesimalis introitu auricularis dextræ Dominicali D, insistat; colloca super proxima D, auricularis sinistræ Dominicam Palmarum, tum super D, digiti medici Dominicam Passionis; tum super D, digiti medii Dominicam lætare, denique Dominicam Oculi mei super D, indicis repone. Deinde in junctura media pone diem lunæ, in junctura summa diem Martis, in apice diem Mercurii, ubi Annunciationem antea posueras, atqve proinde diem Mercurii post Dominicam Oculi mei tunc occupat.

§. 68.

Si dies Paschatis in qvinto jejunii Qvadragesimalis introitu Dominicali E, insistat; eadem omnino, qvam supra declaravi, donec ad E, Indicis perveneris, dispositione Dominicarum utere, ubi in suprema junctura diem lunæ, in apice diem Martis colloca, proinde Annunciatio diem Martis post Dominicam Oculi mei tunc occupat. Qvodsi dies Paschatis in qvinto jejunii Qvadragesimalis introitu Dominicali F, insistat; etiamnum consimili dispositione Dominicarum utere, donec ad F, Indicis pertigeris, ubi tunc diem lunæ super apice colloca, qvare tunc Annunciatio diem lunæ post Dominicam Oculi mei occupat.

69. §.

Standi Páskadagur uppa G, Dominical í V. Föstugángi, þá haf enn samlika nidursetning Dominicalium og ádur greinir, þar til sem þú kemur yfer G, Indicis, þá er þar Oculi mei, og þár Annunciatio Sanctæ Mariæ. Ef Páskadagur stendur uppá A, Dominical í V^ta Föstugángi, þá haf enn vidurlikann reikning Dominicarum og fir segir, allt þar til er þú kemur yfir A, Indicis; vik þá aftur á gómin, og set þar nidur Laugardag, og þá er Annunciationen á Laugardag fyrer Oculi.

70. §.

Standi Resurrectio Domini uppá B, Dominical, þá set enn nidur Dominicas sem fyr greinir þar til sem þú kemur yfer B, Indicis, vik þá aftur á fremstalid og set þar nidur Laugardag, enn uppí á góminum Föstudag, og því er Dominica Annunciationis á fyrsta Föstudag eftir Oculi mei. Ef Paskalis solennitas stendur uppá C, Dominical í V^ta Föstugángi; þá haf allan samlykann reikning Dominicarum og fyrr greinir, þar til sem þú kemst yfir C, Indicis, vik þá aftur á midlid, og set þar nidur Laugardag, á fremstalid Friádag, enn V. dag uppi á gominum, og þá er incarnatio dominica á fimtudeigi fyrer Oculi mei, og alldri kemst hun framar, ad skilia nær Dominicæ Reminiscere, enn á þennan V^a dag.

71. §.

Nu í hverium Föstugángi sem Páskadagur stendur, þá skaltu hafa samlikann Reikning og nidursetning Deminicarum

sem

§. 69.

Si dies Paſchæ in qvinto jejunii Qvadrageſimalis introitu ſuper G, Dominicali conſiſtat, conſimilem etiamnum ſupra declaratæ diſpoſitionem Dominicarum adhibe, donec ad G, indicis pervenias, ubi tunc erit Dominica oculi mei, ibidemqve Annunciatio Sanctæ Mariæ. Si in qvinto jejunii Qvadrageſimalis introitu, dies Paſchæ Dominicali A, inſiſtat; etiamnum ſupra dictæ pari utere ratione Dominicas putandi, donec ad A, Indicis pertingas, unde ad apicem recede ibiqve diem Saturni repone. Qvare tunc Annunciatio occupat diem Saturni ante Dominicam oculi mei.

§. 70.

Si Reſurrectio Dominica, B, Dominicali inſiſtat, rurſus Dominicas ut ſupra memoratum diſpone, donec ad B, indicis pertingas, unde tum ad articulum ſupremum retrocede, ibiqve diem Saturni colloca, at in apice diem veneris, & hinc Feſtum Annunciationis in diem Veneris primam poſt Dominicam oculi mei incidit, qvodſi in qvinto jejunii Qvadrageſimalis introitu ſolennitas Paſchalis Dominicali C, inſiſtat, per omnia pari ſupra declaratæ putatione Dominicarum utere, donec ad C, indicis pertigeris; unde ad articulum intermedium regreſſus, diem Saturni ibidem repone, in articulo ſupremo diem Veneris, in apice diem Jovis, qvare tunc Feſtum incarnationis Dominicæ occupat diem jovis ante Dominicam oculi mei; nec unqvam longius procedit: puta nunqvam ad Dominicam Reminiſcere propius accedit, qvam dum hanc feriam qvintam occupat.

§. 71.

Verum in qvocunqve jejunii Qvadrageſimalis introitu dies Paſchæ conſiſtat, conſimili ac ſupra memoratum putatione ac

ſem fyr greinir utann hafa þvi færri Dominicas, ſem Föſtugángar eru færri. Sie Páſkadagur í fiorda Föſtugángi, þá ſetur þu nidur Dominicam Palmarum, Paſſionem, Lætare; Standi Páſkadagur í þridia Föſtugángi, þá ſetur þu nidur Dominicam Palmarum og Paſſionem, ſtandi Reſurrectio í ödrum Föſtugángi; þá ſetur þu nidur Dominicam Palmarum. Standi Reſurrectio dominica í fyrſta Föſtugángi, þá ſetur þu nidur hana ſiálfa, enn aungva adra (85) og ef a, b, c, d, e, f, g, eru Domi-

(85) 1. Abſoluta priore methodo, qvam intervallis minoribus potiſſimum computandis deſtinavit Rymbegla; alteram methodum qvinqve Feſta principalia per computum digitalem determinandi aggreditur, ad cujus fundamina ponenda, hunc verſum computiſticum tradit. §. 65. a, b, c, ſunt extra, d, e, f, infra, g, qvoqve ſupra, qvem in linqvam Islandicam ad verbum ferè translatum habes in Dactylismo Fpiſcopi Jonæ Arnæ filii P. 1. Cap. 6. hoc modo: *A, B, C, ſkal hnuum hiá (higg ad þvi enn frome) D, E, F, ſet innann á, efſt ſie G, á gómi;* tum hic verſus, tum etiam ipſi Rymbeglæ allati paragraphi verſum latinum & totam diſpoſitionem ſufficienter explicant ut nihil deſiderari videatur; qvatuor literæ D, E, F, G, ea loca articulorum interiornm & ſummitatum teneant, qvæ in priore diſpoſitione ac methodo tenuere, tres autem cæteræ A, B, C, qvæ prius tria loca pollicis occupavere, jam in condylos tranſiere. Qvippe vero qvinqve Feſta mobilia principalia ita ſunt ambulatoria, ut qvinqve hebdomadas ſive triginta qvinqve dies perambulent, & ſinguli digiti excepto pollice ſeptem loca ſuppeditent, & qvinqvies ſeptem triginta qvinqve conficiant, ad totam diſpoſitionem, totumqve computum inſtituendum & abſolvendum qvinqve digitis opus erat, qvorum, ut ſitu & natura primus, & ipſo nomine cæteris digitis ſapientior Dominus Index ducit agmen, ſed rejecto pollice tanqvam ad hanc putandi methodum ob paucitatem locorum minus habili, ſurrogatus eſt auricularis dextræ, auricnlari ſiniſtræ in ſitu manuum ſupinarum & contiguarum proximus.

2. In ſeqventi §. 66. ipſam putandi methodum attingit breviſſimè; qvæ in eo conſiſtit ut putando primum detegatur Terminus Feſti principalis, qvod inveniendum proponitur, qvo detecto, ad usqve literam Dominicalem anni propoſiti vel currentis putatio continuetur, qvæ termino proxima, qvam obrem, ſi contingat terminum & literam Dominicalem in eundem articulum radicem vel apicem coincidere, in eo caſu ibidem ſubſiſtendum erit & ad umbilicum perducta putatio.

Ter-

C.
B.
A.
C.
B.
A.
C.
B.
A.
C.
B.
A.
G.
F.
E.
D.
G.
F.
E.
D.
G.
F.
E.
D.
G.
F.
E.
D.


C.
B.
A.


G.
F.
E.
D.



dispositione Dominicarum utere, excepto, quod eo pauciores adhibendi sint Dominici, quo pauciores jejunii introitus. Quare si Pascha sit in quarto jejunii Quadragesimalis introitu; Dominicam Palmarum Pasionis & lætare dispone; Si in tertio introitu; Dominicam Palmarum & Pasionis; Si in secundo introitu, Dominicam Palmarum; Si Resurrectio Dominica sit in primo introitu, ipsam & nullam aliam repone. Atque proindè existentibus Dominicalibus A, B, C, D, E, F, G, Festum Annun-

---

Terminum vero Festi hic appellat computista diem illam mensis in quam primo omnium incidere potest, ita ex. gr. terminus Paschæ est vicesimus secundus Martii quem primo omnium occupare potest, ut longius in antecedentia moveri neutiquam possit, sed unde & quomodo occipienda & continuanda putatio, id infra fusius & clarius exponetur.

3. Igitur, anteequam hanc methodum distinctius evolvat, methodum ad Festum Annunciationis Mariæ computo digitali detegendum fusè completèque proponit & exponit, quod in apice Indicis collocat, cujus dispositionis rationem, tum ex antecedenti tabula & computo digitali, tum etiam ex sequentibus, cum ad ipsam Festorum principalium putationem pervenero, constat & constabit hanc esse, quod terminus omnium primus sive radix Paschatis hæreat in vigesimo secundo Martii, qui numerus in methodo superiore in radice Indicis interiore fuit locatus, & juxta hanc etiam ut ex infrà dicendis apparebit, locabitur, consequenter, in junctura secunda sunt, 23, tertia, 24, & in apice 25, apud Dominicalem G, quæ vigesimo quinto Martii in Calendario adscripta, in quam stylo & consuetudine veteri Mariæ Festum semper incidit.

4. Ipsam methodum Festum Mariæ Annunciationis per computum digitalem indagandi quinque sequentibus paragraphis explicat Rymbegla, quæ huc reddit: Si per methodum præcedentem vel sequentem qua Pascha cæteraque Festa principalia determiantur vel etiam per alias methodus quascunque constiterit Pascha pertinere ad quintum jejunii Quadragesimalis introitum, & consequenter in digitum auricularis dextræ cadere; inventa Dominicali per sinistram transversam ita dispone quatuor Dominicas, quæ inter Pascha in quinto introitu consistens, & vigesimum secundum Martii, in quem primo omnium incidit, cadere nunquam possunt, ut Dominica Palmarum locetur apud Dominicalem in auriculari sinistræ, Dominica Pasionis juxta Dominicalem in digito medico, Dominica Lætare,

juxta

Dominicales þá er Mariumeſsa á Paſkum, einhvern þriggia ſiduſtu fyrer Paſka.

72. §.

(86) Enn ef þu villt vita hverſu oft Annunciationem ber á þann dag eda annann; þa huxa þad fyrſt ad fiorum ſinnum ber á hverium termino, grein þar næſt hverſu mörg termino adgánga þeim

juxta Dominicalem in digito medio, deniqve in Indice apud Dominicalem, Dominicam oculi mei; qvodſi Paſcha in qvarto ſit introitu; in digito medico loca Dominicam Palmarum; in medio, Dominicam Pasſionis, in Indice Dominicam Lætare; Si in tertio introitu, pone Dominicam Palmarum in digito medio, in Indice Dominicam Pasſionis; Si in ſecundo, in Indice loca Dominicam Palmarum, deniqve ſi in primo, ipſam Dominicam Paſchalem ibidem in indice locabis, & qvidem in omni caſu, Dominicas apud Dominicalem collocas, his factis a Dominicali in Indice prorſum vel retrorſum puta usqve ad apicem & feriam qvam occupat Mariæ Feſtum obtinebis. Exemplis methodum illuſtrat ipſa Rymbegla, qvibus aliqvid addere, vel qvæ attulit exempla fuſius illuſtrare vix opus. Sit ex. gr. annus Cycli lunaris octavus & Dominicalis D, qvare per methodum antecedentem ſcio Paſcha ad qvintum introitum pertinere, & conſeqventer cadere in Dominicalem D, in radice auricularis dextræ; qvare Dominicas qvatuor in qvatuor radicibus interioribus qvatuor digitorum ſiniſtræ colloco, uti ſupra dictum, & in radicem Indicis Dominicam oculi mei cadere comperio, pono itaqve in junctura media diem lunæ, in tertia diem Martis, & in apice diem Mercurii, unde conſtat Feſtum Annunciationis diem Mercurii occupare. Si eodem manentæ numero aureo ſit Dominicalis G, qvoniam hæc in apicibus poſita, qvatuor Dominicas, uti prius, jam in ſummitatibus reponendo, invenio Feſtum Mariæ cadere in Dominicam oculi mei; Sit eodem manente Cyclo lunæ litera Dominicalis C, qvoniam hæc in condylis ab ungve remotiſſimis eſt locata; qvatuor Dominicas in condylis ſiniſtræ locando, Dominicam oculi mei, in condylum ab apice remotiſſimum Indicis incidere comperio; unde retro putando, pono diem Saturni in condylo intermedio, Diem Veneris in condylo ſub ungve, diem Jovis in apice, & proinde Mariæ Feſtum diem Jovis occupare concludo.

5. Hunc locum in fine paragraphi 71mi depravatum exiſtimo, hæc enim ſcriptio: *Þá er Mariu Meſsa á Paſkum, einhveru þriggia ſiduſtu fyrer Paſka*, lacuna interjecta occaſionem & rationem offert ſuſpicandi aliqvid omiſſum eſſe, qvam ſuſpicio-

Annunciationis occupat Paſcha, puta aliqvam trium ultimarum ante Paſcha feriarum.

§. 72.

Verum ſi nôſſe deſideres, qvoties Feſtum Annunciationis in hanc vel illam diem incidat, cogita primum ſingulo obtinente termino, feriam eandem qvater occupare poſſe, determina dein qvot

---

ſpicionem & conjecturam mens ac intenſio Authoris confirmat, vult enim dicere, ſi Paſcha primum occupet introitum, ita ut litera Dominicalis ſit in Indice ſumenda, incidere Feſtum Mariæ Annunciationis, aut in ipſam diem Paſchatis primam, aut in aliqvam trium feriarum Paſcha proximè ſeqventium vel præcedentium. Ipſam diem Paſchatis occupat Mariæ Feſtum, exiſtente Dominicali G; Diem Mercurii, Martis, lunæ poſt Paſcha, obtinente Dominicali D, E, F, reſpectivè, obtinente vero Dominicali C, B, A, diem Viridium, Paſſionis, Saturni ante Paſcha, etiam reſpectivè. Proindè ſeqvitur lacunam ſupplendam eſſe, ſcribendo menti ac intentioni Authoris convenienter hoc modo: *Þá er Mariumeſſa á Páſkum, einhvern þriggia eptir, eda ſíduſtu fyrir Paſka*, h. e. incidet Mariæ Feſtum in diem Paſchatis, vel aliqvam trium feriarum antecedentium aut ſeqventium.

(86) 1. Hic Author curioſum hoc & ſatis difficile problema computiſticè ſolvendum proponit: Qvoties Feſtum Mariæ Annunciationis in hanc vel illam feriam incidat definire? Sive Statum Qvæſtionis diſtinctius evolvendo: Dato Paſchate definire qvoties Mariæ Feſtum Annunciationis in hanc iſtam vel illam feriam incidat, dum univerſus a principio ad finem excurrit Talbyrdingus, ſive donec ambo Cycli ſolaris & lunaris ſimul ineuntes ſimul definant?

2. Ad hoc problema ſolvendum aſſerit primò omnium animadverti oportere, ſingulo termino obtinente, eandem feriam qvater occupare poſſe Feſtum Annunciationis; cujus enunciationis hic eſt ſenſus: eodem exiſtentè anno Cycli lunaris & conſeqventer eodem numero aureo & termino Paſchali obtinente, fieri poteſt, ut, dum Cyclus magnus Paſchalis ſive Talbyrdingus excurrit univerſus, dies Paſchatis qvater eundem obtineat ſitum, h. e. ut in eandem Martii vel Aprilis diem qvater incidat, & conſeqventer, ut Mariæ Feſtum Annunciationis ad diem Paſchatis eundem ſitum & eandem ab ipſa diſtantiam, qvater obtineat, nam eadem litera Dominicalis in toto Cyclo ſolari ter ſolitaria conſpicitur, ſemel autem ge-

þeim Dominical ſem Páſkadagurinn ſtendur á, þvi ad ſvo oft eikur þu fiorum ſem terminin fiölgaſt. Gangi I. termin ad Páſkadeiginum; þá ber IV. ſinnum, ef II. termin; VIII. ſinnum; ef III. termin, XII. ſinnum; ef IV. termin, XVI. ſinnum; Ef V. ter-

---

minarum poſterior, h. e. in univerſum qvater, conſeqventer idem annus, Cycli lunaris, qvater occurrit in Cyclo ſolari. Sit ex. gr. ad hoc illuſtrandum annus Cycli lunaris decimus ſextus, erit terminus Paſchalis citimus Martii vigeſimus primus & per conſeqvens radix Paſchalis, ſive dies inqvam primò & ante qvam nunqvam incidit Paſcha, vigeſimus ſecundus, cui adſcripta hebdomadalis D, erit in hoc caſu Dominicalis, a qvo die incluſivè ad vigeſimum qvintum etiam incluſivè, cui Mariæ Feſtum adhæret computo, qvod igitur in hoc caſu diem Mercurii occupare ſcio; qvare, cum Dominicalis D, in Cyclo ſolari qvater occurrat, puta anno Cycli tertio, decimo qvarto, vigeſimo & vigeſimo qvinto; conſeqvens eſt annum Cycli lunaris decimum ſextum, interea dum Talbyrdingus excurrit univerſus, in dictos annos Cycli ſolaris incidere, & hinc eundem obtinere Paſchatis & Feſti Mariæ ſitum, h. e. Paſcha in vigeſimum ſecundum, Mariæ Feſtum in diem Mercurii Paſchalem incidere.

3. Hac computandi crepidine ſtructâ, qvot termini cedant ei Dominicali, cui inſiſtit Paſcha, determinandum, id eſt inqvirendum erit, qvot termini Paſchales in Calendario diem Paſchatis antecedant, ita ut omnes iſti termini in hebdomadam Paſcha proximè præcedentem incidant, qvi terminorum numerus, cum ſinguli ut ſupra dictum qvatuor caſus ſuppeditent, per qvaternarium multiplicatus producit multitudinem omnium caſuum poſſibilium qvibus idem Feſtorum ſitus obtinet.

4. Ad hoc exemplis illuſtrandum ſumo Diem Martii vigeſimum tertium, in qvem pono incidere Paſcha & conſeqventer Mariæ Feſtum in feriam tertiam Paſchalem; Qværitur qvoties id contingere poſſit, per univerſum Cyclum magnum Paſchalem, ſive Talbyrdingum? Si ergo Problema per intuitum Calendarii ſolvendum; obſervo qvot termini Paſchales in Calendario diem vigeſimum tertium Martii antecedant, & exiſtente anno Cycli lunaris decimo ſexto, terminum Paſchalem primum omnium incidere animadverto in Martii vigeſimum primum. Dein currente anno Cycli lunaris qvinto, video terminum Paſchalem alterum occupare Martii vigeſimum ſecundum, qvare, cum duos terminos diem Martii vigeſimum tertium antecedere invenerim; binarius qvaternario multiplicatus, oſtendit per univerſum Talbyrdingum octies contingere poſſe, ut Paſcha in vigeſimum tertium, at Mariæ Feſtum in feriam tertiam Paſchalem incidat. 5.

qvot ei Dominicali, cui inſiſtit Paſcha termini cedant, qvot enim ſunt termini, toties per qvatuor multiplica. Si unus terminus diei Paſchatis cedat; Feſtum Mariæ Annunciationis qvater eundem obtinet ſitum; Si duo termini; octies; Si tres termini; duodecies; Si qvatuor termini; ſedecies; Si qvinqve

5. Sit inqvirendum qvoties Mariæ Feſtum per totum Talbyrdingum incidat in diem Viridium, cum per hypotheſin Feſtum Mariæ fixum in vigeſimo qvinto Martii occupet Diem Viridium; ſeqvitur Paſcha ſemper in hoc caſu occupare vigeſimum octavum Martii, & adſcriptam hebdomadalem C, eſſe Dominicalem, cui qvinqve terminos Paſchales puta, 21, 22, 24, 25, 27, accedere, per contemplationem Calendarii comperio, proinde qvinarius per qvaternarium multiplicatus oſtendit hunc Feſtorum ſitum vigeſies obtinere dum totus excurrit Talbyrdingus, ut Mariæ Feſtum vigeſies occupet diem Viridium, occupante Paſchate Martii vigeſimum octavum. Porro ſit inqvirendum qvoties Mariæ Feſtum occupet diem Paſſionis. Ex hypotheſi ſeqvitur Paſcha incidere in Martii vigeſimum ſeptimum, cui adſcripta hebdomadalis B, in hoc caſu Dominicalis, huic accedere, ſive diem vigeſimum ſeptimum Martii qvatuor terminos. puta. 21, 22, 24, 25, in eadem hebdomade antecedere animadverto, qvaternarius igitur in ſe ductus caſus ſedecim producit, in qvibus talis obtinet Feſtorum ſitus, ut occupante Paſchate diem vigeſimum ſeptimum Martii, Feſtum Mariæ in diem Paſſionis incidat. Proponatur ſolvenda qvæſtio; Qvoties ambo Feſta Paſchatis & Mariæ inter ſe collidant, ſive qvoties Mariæ Feſtum in ipſum diem Paſchatis incidat? Cum per hypotheſin Paſcha incidat in Martii vigeſimum qvintum cui adſcripta hebdomadalis G, erit Dominicalis, cui per Solutiones antecedtntes tres terminos accedere ſtatim ſcio, qvare terminorum ternarius per qvatuor multiplicatus duodecim Caſus producit, qvibus, dum Talbyrdingus effluit univerſus, hæc abſurda Feſtorum Paſchatis & Mariæ, contingit colliſio. Concordant autem hæ Solutiones cum iis qvæ ſupra Tom. I. Cap. 12. §. 46 & 47. habet Rymbegla.

6. Propter loca numeris aureis in Calendario vacua interſperſa, fieri neqvit, ut termini plures qvinqve ulli Dominicali accedant, & conſeqventer ut Paſcha & Mariæ Feſtum in certos dies plus vigeſies incidant, hæc autem problemata veteres vel per Talbyrdingum vel per Calendarium ipſum ſolverunt, in caſu poſteriore res eo potiſſimum redit, ut ſciatur qvot termini Paſchales datæ Dominicali ſive diei Paſchatis dato accedant, cui uſui commodiſſimè inſerviet tabella terminorum paſchalium infra occurſura, ubi, qvomodo ſinguli termini ex Calendario inveſtigentur;

V. termin gánga ad Páſkadeiginum, þá ber XX. ſinnum og alldrei optar þott þu profir, og alldri ſialdnar enn fiorum ſinnum, ſvo ſem á qvartam feriam paſchæ og qvintam feriam oculi mei, XX. ſinnum á Cænam Domini og XVI. ſinnum á Pasſionem, & ſic de aliis terminis potes notare.

73. §.

---

gentur; explicabitur. Qvin etiam per tabnlam præcedentem, qvot termini diem Paſchatis datam antecedant, hac ratione haud difficulter indagabis: a numero aureo qvi datæ Dominicali datoqve diei Paſchatis reſpondet vel etiam ſeqvitur in antecedentia puta ſeptem dies; excluſivè; ſi datum aureum alius immediatè ſeqvatur, incluſivè; ſi area ſubjecta ſit vacua; putatione per unum aureum inſtitutâ, per proximè ſeqventem eodem modo inſtitue, & toties repete, qvoties fieri poteſt, ut ſeptimus ille dies in qvo deſinis, diem Paſchatis datum antecedat, hinc tamen excipiendus venit aureus XVI, in tabula ſupremus qvem unicus terminus 21us antecedit, qvare, ſi Paſcha infra hunc aureum in partem tabulæ primam incidat, per aureos proximè ſeqventes putatio inſtituenda.

7. Ad hoc exemplis illuſtrandum, incidat Paſcha in vigeſimum qvintum Martii cui reſpondet Dominicalis G, igitur ab aureo proximè ſeqventi excluſivè V. qvi vigeſimo nono adſcriptus, h. e. a vigeſimo octavo in antecedentia ſeptem puto & in Martii 22um incido, qvem igitur unum terminum eſſe ſcio; Dein a proximè ſeqventi aureo XIII, qvi trigeſimo appoſitus, incluſivè; cum area immediatè ſubjecta ſit vacua, h. e. a die trigeſimo Martii in antecedentia ſeptem dies numero & in Martii 24 incido, qvem igitur, cum diem Paſchatis antecedat, alterum terminum eſſe ſcio, his duobus terminis addo tertium, puta 21um Martii, qvi aureum XVI. antecedit, & proinde tres terminos per tabulam diei Paſchatis & reſpondenti Dominicali, in caſu propoſito accedere poſſe comperio. Incidat Paſcha in ſeptimum Aprilis exiſtente Dominicali G. & aureo XV, qvi huic diei in tabula adſcriptus, qværitur qvot termini diem paſchatis antecedant? Cum area aureo dato ſubjecta ſit vacua; a ſeptimo incluſivè ſeptem in antecedentia puto & in Aprilis 1um incido, qvi itaqve terminus primus. Dein ab aureo inſeqventi IV. excluſivè, h. e. ab octavo in antecedentia numerando incido in ſecundum Aprilis, qvi itaqve terminus ſecundus, tertio ab aureo XII. incluſivè, cum area ſubjecta ſit vacua, h. e. a 10mo in antecedentia ſeptem puto & Aprilis 4tum offendo, qvem ergo tertium terminum Paſchati accedere per tabulam comperio; aureum XII, in qvarta parte tabulæ ſupremus ſeqvitur aureus I; a qvo excluſivè, h. e. ab undecimo incluſivè in anteriora putando in qvintum Aprilis incido, qvem igitur qvar-

tum

termini Paſchati accedant, vigeſies idem obtinet ſitus & nunqvam pluries licet rem examini ſubjicias, nec varius qvater, puta, qvando in qvartam feriam Paſchæ & qvintam poſt Dominicam oculi mei incidit; Cœnam Domini vicies & diem Paſſionis ſedecies occupat, & ſic de aliis terminis potes notare-

tum eſſe terminum reperio. Plures autem his qvatuor Paſchati ſeptimum Aprilis occupanti accedere neqveunt, nam ſi ab aureo ſeqventi IX, i. e. a decimo tertio Aprilis inclusivè in anteriora ſeptem putem, in ipſum diem Paſchatis incido.

8. Si qvis per tabulæ intuitum vel etiam accedente uſu & exercitio memoriæ impreſſerit, cui nam diei Martii vel Aprilis, hic, iſte vel ille aureus reſpondeat; qvot termini dato paſchati accedant, per methodum putandi digitalem antecedentem indagabit hoc modo: qvære in manu illum articulum vel apicem in qvem incidit Paſcha, & in memoriam tibi revoca qvinam aureus iſti numero ſit appoſitus, & qvinam proximè ſeqvantur & qvibusnam diebus reſpondeant, ab his aureis in antecedentia puta ſeptem, & qvoties ille ſeptimus diem Paſchatis antecedit, totidem terminos diem Paſchatis antecedere per computum digitalem invenies. Ad hoc illuſtrandum exempla præcedentia reſumo. Incidat Paſcha in Martii vigeſimum qvintum, cum in radice Indicis poſitus ſit 22dus; erit in junctura prima 23us in junctura ſecunda 24tus, & conſeqventer in apice Indicis 25tus qvem proximè ſeqvi aureum V. vigeſimo nono adſcriptum vel ex tabulæ intuitu vel etiam ex memoria ſcio, qvem cum alius aureus proximè ſeqvatur, ab eodem h. e. a vigeſimo nono qvi in radice digiti medii repoſitus excluſivè ſeptem in antecedentia puto, proinde in radice pollicis dico unus, in junctura duo, in apice tres, in apice Indicis qvatuor, in junctura prima ſub apice qvinqve, junctura media ſex, in radice ſeptem, ubi dies vigeſimus ſecundus repoſitus, qvare jam per computum digitalem terminum 22um dato Paſchati accedere ſcio. Porro recordor aureum V, proximè ſeqvi aureum XIII. & 30mo adſcriptum eſſe, trigeſimus autem in junctura media digiti medii eſt locatus, a qvo inclusivè, cum area huic aureo ſubjecta ſit vacua, regrediendo in antecedentia ſeptem puto & in juncturam ſupremam ſub apice Indicis incido, ubi 24 eſt repoſitus, qvare hunc terminum alterum Paſchati dato accedere comperio, his itaqve duobus jam inventis addo terminum omnium primum puta Martii 21um & proindè per digitorum computum tres uti ſupra terminos Paſcha datum antecedere compertum habeo. Pono Paſcha incidere in ſeptimum Aprilis, cui in tabula appoſitum eſſe recordor aureum XV, cum in radice digiti Medici locatus ſit numerus 5, in juncturam tertiam cadunt 7,

a qva

73. §.

Qvinqve bis (87) *inidias*, *bis ſeptem*, *bis Decaceteras.*

Þetta vers kennir ad X. nátta ſkal tungl vera merkidag til IX. vikna föſtu; enn XI. nátta ef hlaupár er; II. nátta ſkal tungl merkidag til VI. Viknaföſtu og vier köllum Qvadrageſimam; Enn þriggia ef hlaupár er, og komi hlaupár ſidar enn Merkidagur; XIV. nátta ſkal tungl merkidag til Páſka; XX. nátta ſkal tungl merkidag til gágndaga; Fiögra nátta ſkal tungl merkidag til Hvitaſunnu.

74. §.

Enn ef þu villt vita og finna þeſsa Merkidaga, þá neit ſvofeldre reglu þar til ſem þeſsi vers kenna:

Sem-

---

a qva junctura ob rationem ſupra dictum incluſivè in antecedentia ſeptem puto, dicendo in hac junctura, unus, in media, duo, in radice tres, in radice pollicis, qvatuor, junctura qvinqve, apice ſex, apice digiti medii ſeptem, in cujus radice cum locatus ſit 29us Martii, ſeqvitur in apicem incidere 1um Aprilis, qvem proinde tanqvam primum terminum dato Paſchati accedere ſcio. Porro recordor aureum XV. in tabula proximè ſeqvi aureum IV. & Aprilis nono appoſitum eſſe, cui in tabula area ſubjecta cum plena ſit, ab ipſo excluſivè id eſt ab octo, qvi in apicem digiti medici incidit retro in antecedentia puto, &, uti prius a radice in radicem pollicis transeundo & ad apicem pergendo, in qvem ſeptenarius cadit; qværatur ut ante qvota dies Aprilis in hoc caſu in apicem pollicis incidat; in digito medio utpote proximè præcedenti, inſtituenda hæc putatio, in cujus radice cum ſit 29nus Martii, erit in apice primus Aprilis, unde in pollicem transeundo, in ipſius apicem incidit 2dus Aprilis, proinde alterum terminum ſecundum Aprilis eſſe jam compertum habeo. Rurſus aureum IV. aureum XII. in tabula ſeqvi recordor, & aream proximè ſubjectam eſſe vacuam & decimo Aprilis adſcriptum eſſe, qvi in junctura pollicis mediam incidit, nam in radice digiti medici repoſitus eſt numerus 5, conſeqventer in apicem cadunt octo, & in pollicem facto tranſitu, in junctura mediam cadit denarius, a qva incluſivè inchoando, in ſummitatem aſcendo & in apicem digiti medii transeundo ternarium ibidem repono, hinc ad radicem pergendo & ad pollicem revertendo, in radicem ejus ſeptenarius

§. 73.

Qvinqve bis, unum addas, bis septem, bis deca, tessar. *Docet hic versus oportere lunam esse decimam die characteristica jejunii Sexagesimalis, & anno Bisextili undecimam, Die characteristica jejunii Qvadragesimalis, qvam appellamus Qvadragesimam, secundam, at anno Bisexto tertiam, dummodo annus intercalaris diem characteristicam sequatur. Die characteristica Paschatis decimam qvartam, die characteristica Rogationum vigesimam, die characteristica Pentecostes, qvartam.*

§. 74.

Qvodsi vero hos dies characteristicos nôsse & invenire gestias, ad hoc utere hac Regula, qvam docent hi versus:

Sept.

narius incidit, atqvi per antecedentem putationem recordor in apicem pollicis secundum Aprilis incidisse, in radicem qvartum incidere scio, qvi igitur tanqvam tertius terminus Paschati accedit, deniqve recordor aureum I, proximè sequi & Aprilis duodecimo appositum esse, qvem cum in tabula aren plena sequatur, ab ipso exclusivè h. e. ab undecimo putationem ineo. Sed numerus 12. cum sit in radice auricularis locatus, a radice pollicis incipio, in apicem ascendo unde ad apicem digiti medici transeo & ad radicem usqve pergendo ibidem septem pono, in qva radice cum Aprilis 5tus etiam sit repositus, scio qvartum hunc terminum in Aprilis qvintum incidere, proinde per computum digitalem dato Paschati qvatuor terminos accedere scio, per antecedentem vero computum tabularem liqvet plures esse non posse. Ex his exemplis lector docilis & cui qvid inest salis, satis intelliget qvomodo in cæteris casibus qvibusvis instituenda sit digitalis putatio.

(87) Qvinqve bis Inidias, bis septem bis decemceteras, hic versus computisticus manifestè depravatus, in qvo pro Inidias, scribendum: unum addas & pro ultima voce, ceteras, legendum tessar, h. e. tessares, per apocopen abjecta ultima syllaba, vox autem deca, qvæ cum, ceteras, juxta Rymbeglæ scriptionem, unum vocabulum constituere videtur, ad antecedentem particulam, bis referenda, ut versus hoc modo restituatur. *Qvinqve bis, unum addas, bis septem, bis deca, tessar.* Sic enim mutatus qvinqve Festorum principalium characteristos prius cognetos in memoriam revocabit, nam anno communi, die characteristica septuagesimæ, luna bis qvinqve noctes nata est, h. e. decima existit, sed anno Bisexto,

bis

(88) *Semper, Qvadra, Paſka, 20. pen, pis, brune, ci, gor. dato. ſedem.*

Þetta Vers kennir, ad af þeſsari ſamſtöfu pis ſkalltu leita til Septuageſimæ; Enn til Qvadrageſimæ af þeſsari ſamſtöfu bru; til Páſka af þeſsari ſamſtöfu ne; til Rogationem af þeſsari ſamſtöfu ci, til Pentechoſten af þeſsari ſamſtöfu gor.

75. §.

Þeſsar allar ſamſtöfur máttu finna í Rymverſum Cisio (89) og þeſsar ſamſtöfur ſkaltu nidurſetia á nedſtu Juncturu Indicis, med

---

bis qvinqve unam addas, id eſt noctem undecimam addas, ut die characteriſtica luna undecima ſit; verum particula bis ſeparatim ſpectata dicit lunam die characteriſtica Qvadrageſimæ ſecundam eſſe, ſiqvidem annus ſit communis, at anno Bisſextili, bis addas unum, h. e. currente anno Bisſexto, die characteriſtica, Qvadrageſimæ exiſtit luna tertia, cætera perſpicua ſunt: nam bis ſeptem ſive qvatuor decim ad Paſcha, bis deca, ſive viginti ad Rogationes, teſſares ad Pentechoſten referuntur, qvæ characteriſticæ, qvoniam annis Bisſextis non variantur, ad tria Feſta, qvæ in verſu conſeqvuntur, non refertur, unum addas; Sed antecedentia tantum: puta Septuageſimam & Qvadrageſimam, qvorum Feſtorum characteriſtica, cur annis Biſſextilibus varietur, vide ſupra explicatum (Tom. 1. Cap. 7. §. 23 24. no. 25.)

(88) Rurſus hic verſus computiſticus eſt valdè corruptus, nam pro Semper, Scribendum, Sept, pro Qvadra, Qvad, pro 20, Ro; pro, pis, Pris, pro, brune, bru, ne, qvare verſus ita reſtituendus: Sept, Qvad, Paſcha, Ro, Pen, Pris, bru, ne, ci gor dato ſedem, verſus enim ita caſtigatus & legibus proſodiæ ſub eſt, & ſimul arti computiſticæ ſatis facit, & qvinqve Feſtis primariis, Septuageſimæ, Qvadrageſimæ, Paſchati, Rogationi, & Pentecoſtæ, reſpondent, totidem ſyllabæ, Pris, bru, ne, ci, gor, per apodoſin reſpectivè; qvæ ex verſibus ciſio januſ menſium, in qvos Feſta illa mobilia primum incidere ſolent ſunt deſumtæ, qvoti vero ſunt in ſingulo menſe dies illi, in qvos Feſta primò incidere poſſunt, ſive qvoti menſis dies ſunt radices Feſtorum, totidem ab initio verſus ad particulas iſtas incluſivè ſyllabæ putantur. Sic in verſu ciſio januſ &c. pro Januario, ſyllaba Pris, prior nominis Priſca eſt decima octava, qvia Septuageſima, in decimum

octavum

Sept. Qvad. Paſcha, Ro, Pen, Pris, Bru, ne, ci, gor dato ſedem.

Docet hic verſus ex hac ſyllaba Pris, qværendam eſſe Septuageſimam. Ex hac ſyllaba Bru, Qvadrageſimam; Ex hac ſyllaba, ne, Paſcha; Ex hac ſyllaba, ci, Rogationem; Ex hac ſyllaba, gor, Pentechoſten.

§. 75.

Has omnes ſyllabas in verſibus computiſticis ciſio invenies, qvas cunctas in ima junctura Indicis ſic repone, ut per hanc

octavum Januarii primo omnium incidit; Syllaba, bru, ex verſu pro Februario deſumta, ſecunda vocabuli Februo, ab initio verſus octava, cum Qvadrageſima octavum Februarii primò occupare poſſit; Syllaba, ne, poſterior vocis bene, vigeſima ſecunda ab initio verſus prioris pro Martio, cum radix Paſchatis ſit Martii vigeſimus ſecundus; Syllaba, ci, ſecunda nominis Marci, ab initio prioris verſus pro Aprili vigeſima ſexta, qvia radix Rogationum hæret in vigeſimo ſexto Aprilis. Syllaba, Ep. prima nominis Epimachi, ab initio verſus pro Maio decima, radicem Pentecoſtes in decimo Maji hærentem indicare qvidem debuit, cujus loco Rymbegla hic utitur ſyllaba Gor, prima nominis Gordiani, qvia Epimachus & Gordianus eidem diei, puta decimæ Maji in Ephemeride Bedæ adſcribuntur, qvo die ambo ſimul Martyrio obierunt, ſyllabam vero Gor, in verſu computiſtico pro Majo metri cauſa vitaſſe videtur, hic autem viciſſim ſyllaba, Gor, pro Ep. utitur.

(89) 1. Omnes hæ particulæ computiſticæ locantur in radice Indicis, a qva, tanqvam loco omnium primo & in hac certè Methodo commodiſſimo, putandi initium capitur, ut enim Feſta mobilia per qvinqve hebdomadas, ſev dies triginta qvinqve in antecedentia & conſeqventia moventur, ita qvinqve digiti totidem habent loca, proinde, ut ſpatium putandi ſuppeteret, a primo indicis loco putatio erat ineunda, nam a characteriſtica Feſti citimâ excluſivè, ſive a radice incluſivè, ad characteriſticam remotiſſimam incluſivè, ſunt dies viginti octo, & in hoc omnia Feſta mobilia inter ſe conveniunt, cum enim a Paſchate pendeant omnia, qvantum hoc ipſum procedit vel retrocedit, tantundem etiam cætera; ita characteriſtica Paſchatis citima hæret in Martii vigeſimo primo, ultima in Aprilis decimo octavo, at a priori excluſivè ad poſteriorem incluſivè fluunt dies viginti octo, ſed iisdem currentibus annis Cycli lunaris, characteriſtica Septuageſimæ hæret in decimo

med þeim hætti ad til Septuageſimam og til hennar Merkidags ſkaltu reikna af þeſsari ſamſtöfu Pris og láta ſidann gánga verſinn um ſo margar juncturas goma og lidu fiögra fingra vinſtre handar, efitir rettum Rymverſagáng ſem þarf allt þar til þu ſnertir þá juncturu gom eda lid ſem terminus þeſs árs ſtendur á, nema

---

ſeptimo Januarii, & decimo qvarto Februarii a qvarum illa excluſivè ad hanc incluſivè etiam dies viginti octo elabuntur, & ſic cæteræ. hinc autem ſeqvitur, Feſtis in conſeqventia longiſſimè promotis, omnes characteriſticas ultimas cadere in condylum auricularis ſiniſtræ ab ungve remotiſſimum, & conſeqventer obtinente Dominicali D, Feſtum ipſum occupare radicem auricularis dextræ internam; C, vero Dominicali, externam. Qvare demonſtrativa qvadam ratione liqvet a radice Indicis interiore fuiſſe computum ineundum.

2. Ipſam putandi methodum ſatis clarè Rymbegla proponit, ſed numerum aureum, diem characteriſticam, & literam Dominicalem, data ſupponit, ex anno Cycli lunaris dato invenitur luna characteriſtica prima, qva inventâ, qværitur in qvotum menſis diem ipſa incidat & per computum digitalem, qvem locum in manu occupet, inchoando putationem a radice Feſti propoſiti in junctura prima interna indicis, & ad diem illam menſis continuando, in qvam incidit characteriſtica, dummodo radix characteriſticam antecedat; Sin autem ſeqvatur, qvi caſus unicus evenit, obtinente characteriſtica citima ſive prima, nullo computo opus eſt, qvia particulam computi inchoativam in radice Indicis characteriſtica proximè præcedit. Invento loco in qvem dies characteriſtica vel terminus incidit, ponatur ſyllaba putationis inchoativa in radice indicis & ſingulam ſyllabam ſingulo digiti loco tribuendo pergatur, ſiqvidem opus ſit ad finem verſus & a loco proximè ſeqventi procedat verſus menſis inſeqventis, & ad characteriſticæ locum continuetur, ubi, in qvotam menſis diem hæc inciderit in memoriam revocetur & litera hebdomadalis hujus loci notetur, a qva ad Dominicalem usqve putatio continuetur, qvodſi Dies characteriſtica in ipſam Dominicalem inciderit, ad eandem in digito inſeqventi putatio continuetur.

3. Sit ad hæc illuſtranda annus Cycli lunaris decimus ſextus & Dominicalis D, qværitur qvando incidat Feſtum Septuageſimæ? Characteriſtica Septuageſimæ vel per Calendarium, vel per computum digitalem in capite primo propoſitum, vel per methodum clavium infra tradendam, qværatur; qvare, cum luna Februaria octavo Januarii prima reperiatur, decimum ſeptimum decima occupabit, conſeqventer characteriſtica in hoc caſu erit Januarii decima ſeptima & radicem in decimo

hanc ſyllabam, Pris, Septuageſimam & ejus characteriſticam putando qværas, fac dein verſum per tot juncturas apices & articulos qvatuor digitorum ſiniſtræ, juxta rectum verſuum computiſticorum progreſſum, qvot opus fuerit, tranſire, donec eas juncturas, apices vel articulos attigeris, qvibus anni pro-

 poſiti

mo octavo fixam immediatè præcedit, poſitâ ergo in radice Indicis particulâ computiſticâ Pris, ubi Dominicalis D, repoſita, ſine omni ulteriore putatione, Septuageſimam, decimum octavam Januarii occupare comperio, qvem diem cum antecedere nunqvam poſſit, hoc ipſo hic Radix Septuageſimæ ſalutatur. Si eodem manente numero aureo, ſit Dominicalis G, in apice Indicis locata; putationem per ſyllabas verſus primi continuo, ut ſyllaba Ca, in junctura ſecundam, Fab, in tertiam, Ag, in apicem & ipſam Dominicalem incidat, qvare Septuageſima in hoc caſu vigeſimum qvintum offendit. ſi manente numero aureo ſit Dominicalis C, putationem per ſyllabas ad condylum ab ungve indicis remotiſſimum continuo, cadente ſyllaba Viii, in condylum primum ſub ungve, Cen, in intermedium, Pau, in condylum ab ungve remotiſſimum & literam Dominicalem C, ibidem repoſitam, proinde ab apice ad hunc usqve numerando; Septuageſimam in vigeſimum octavum Januarii incidere comperio.

4. Proponetur annus Cycli lunaris qvartus, qværitur incidentia Septuageſimæ exiſtente Dominicali A, per Calendarium & computum digitalem Cap. I. invenio aureum IV, vigeſimo Januarii adſcriptum eſſe, & conſeqventer characteriſticam Septuageſimæ in vigeſimum nonum cadere, igitur in radice indicis poſitis 18, numerationem, ad usqve condylum primum digiti medii ſub ungve continuo, qvem dies vigeſimus nonus Januarii offendit, qvo characteriſticæ loco memoriæ impreſſo, locatâ in radice Indicis ſyllabâ Pris, & ſingulas ſyllabas ſucceſsivè ſingulis digitorum ſedibus tribuendo, ad ſedem termini ſive characteriſticæ pergo, in qvam incidit ſyllaba, le, ſed qvia Dominicalem A, ibidem etiam repoſitam obſervo, recenſionem ſyllabarum ad digiti inſeqventis condylum ſub ungve continuo, in qvem ſyllabam, Ag, verſus prioris pro Februario cadere comperio, finito verſu poſteriore pro Januario, in condylo digiti medii ab ungve remotiſſimo, & verſu pro Februario in radice annularis cæpto; qvare, cum ultimus Januarii in remotiſſimum ab ungve digiti medii condylum inciderit; ſeqvitur in hoc caſu Septuageſimam in qvintum Februarii incidere. Sit porro anno Cycli decimo qvarto qværenda Septuageſima? Numerum aureum XIV. trigeſimo Januarii adſcriptam invenio, & conſeqventer characteriſticam Septuageſimæ, in octavo Februarii hærentem

á nema hlaupár ſie; þá ſkalltu leggia eina juncturam yfer, og þar er þá Merkidagurinn ad ſkilia á termino hlaupárs lauſt; enn á næſtu juncturu gom eda lid ef hlaupár er, og ſá Dominical ſem þá er yferſtandandi; hvert þad er (90) leiniſtafur edur og ſidari Dominical; þá byrter hann og bodar Dominicam Septuageſimam, at ſá er Dominical, ſem fyr greinir í ſkipan og nidurſetning Dominicalium og næſtur er Merkideiginum.

76. §.

(91) Af þeſsari ſamſtöfu bru ſkalltu merkia og leita Qvadrageſimam og hennar Merkidags, med ſamlykum hætti og fyrr-greinir

---

rentem deprehendo, per computum exempli antecedentis Januarium in condylo digiti medii ab ungve remotiſſimo terminari in memoriam revoco. Proinde in radice digiti annularis facto nnmerandi initio pergo, donec octavus Februarii in juncturam internam, digiti auricularis incidat, qvo loco memoriæ firmiter impreſſo, &, uti prius, in radice Indicis interna, poſita ſyllaba Pris, per verſus ſyllabicos putationem inſtituo, &, donec verſus ambo pro Januario, in condylo digiti medii remotiſſimo ab ungve finiantur, pergo, qvare, verſu priore pro Februario in radice digiti medici cæpto & ſyllabâ, Bri, ibidem locatâ, recenſionem ſyllabarum continuo, donec ſyllaba octava, Bru, in radicem auricularis cadat, ubi litera hebdomadalis D, repoſita, qva ergo Dominicali exiſtente, putationem ad radicem auricularis dextræ continuo, & Septuageſimam in decimam qvintam Februarii incidere comperio.

(90) Cur ad Septuageſimæ & Qvadrageſimæ characteriſticam anno Biſſextili unitas adjicienda ſit ſupra (T. I. Cap. VII. §is 23. 24. n. 25.) explicatum, qvod igitur, ne actum agamus hic omittimus, & ad aliud feſtinamus; ad hoc nimirum inqvirendum, cur veteres Islandi priorem Dominicalem geminæ anno Biſſexto obtinentis, *Leiniſtaf*, appellârint, qvod ſanè pro comperto non habeo, hac autem ratione inductos id feciſſe conjicio: qvia litera illa geminæ Dominicalis prior, at in Alphabeto & Calendario poſterior, uno die plus indicat, qvam altera poſterior, in Alphabeto & Calendario prior, qvam ergo diem ante Matthiæ Feſtum cum hactenus rectè indicârit; poſt idem plus juſto indicando, qvaſi veritatem celat, cum id tardius & qvodammodo per indirectum indicet, qvod poſterior poſt Matthiæ Feſtum putanti ſtatim

positi terminus insistit, sed anno Bisexto unam junctura superadde, qvare tum ibidem, puta in termino anno communi, at anno Bisextili, in proxima junctura apice vel condylo dies characteristica occurrit. Proinde Dominicalis currens, sive sit litera occultans, sive Dominicalis posterior, Dominicam Septuagesimæ prodit ac nunciat, eaqve Dominicalis existit, qvæ supra in ordinatione & dispositione Dominicalium memorata & diei characteristicæ proxima.

§. 76.

Ex hac syllaba, bru, Qvadragesimam & ejus characteristicam nota & qvære, eo modo qvo supra de Septuagesima de-

 clara-

statim directè indicare solet. Secunda ratio hæc occurrit, qvod anno Bisexto a Matthiæ Festo ad finem Februarii, hebdomadales diebus adscriptæ, non illum ipsum diem, cui sunt in Calendario appositæ, sed proximè seqventem indicent, cujus rei causa est, qvod dies intercalaris, qvi post Matthiæ Festum inseritur in Calendario non exprimatur, qvi diem vigesimum nonum Februario addit, cujus phoenomini ratio tanqvam in Dominicali priore contenta considerari potest, qvæ ipsa non modo unum diem qvasi occultet, verum etiam id efficiat, ut cæteræ inter se & Matthiæ Festum, & ad finem mensis seqventes dies positæ, unum diem qvasi celare videantur, cum revera non eum, cui sunt adscriptæ, sed insqventem innuant, & hæc profectò ratio illa priore magis rationalis videtur, sed tamen huic illa prior benè jungitur; dixerunt ergo *Leinistaf* activè qvasi *leinandistaf*, litteram occultantem vel celantem; hisce rationibus duabus addi potest hæc tertia: qvod, cum anno Bisextili a tertio Februarii ad vigesimum tertium omnes numeri aurei uno die in Calendario descendisse concipiendi sint, qvi descensus ipso facto in Calendario non exprimuntur, dies posterior, cui adscripta Dominicalis prior, numerum aureum occultè qvasi sibi appositum habeat, qvem ergo ipsa Dominicalis, qvasi abscondere concipi potest. trium allatarum rationum, secundam ut principalem pono, cæteras duas ut secundarias omnes autem aptè conjunguntur ad constituendam rationem sufficientem cur Dominicalis prior litera occultans dici possit.

(91) Proponatur ut supra, annus Cycli qvartus, & qværenda incidentia Qvadragesimæ? Per Calendarium vel computum digitalem capitis primi characteristicam

Qva-

greinir um Septuageſimam, þar til ſem þu finnur Merkidagenn á yferſtandandi termini, juncturu Gom eda lid (92) hallt þar og Páſkadagin á þeirri juncturu Gom eda lid, ſem Dominicalis þeſs árs ſtendur á, og næſtur er Merkideginum. (93) Af þeſsari ſamſtöfu Ci ſkalltu leita gagndaga og þeirra Merkidaga med likum hætti og fyr greinir, (94) af þeſsari ſamſtöfu Gor, ſkalltu leita hvitaſunnu og hennar merkidaga med iafnre reglu og fyr.

77. §.

Qvadrageſimæ, in decimo nono Februarii hærentem invenio, qvare, cum ab octava Februarii tanqvam radice hujus Feſti putatio ſit ineunda, a radice Indicis interna facto initio, dies Februarii putando pergo, donec characteriſtica incidat in condylum primum ſub ungve digiti medii, poſita igitur ſyllaba, bru, in radice Indicis, & ſingulas ſyllabas ſingulis Indicis vel digiti medii ſedibus tribuendo, ſyllabam verſus poſterioris, jung. in eundem condylum incidere comperio, proinde Dominicali A, ibidem repoſita obtinente, putationem ad condylum eundem digiti medici continuo, & ſyllabam, am, ultimam nominis Matthiam, qvod vigeſimo qvarto adhæret, eundem offendere animadverto, per conſeqvens anno Cycli lunaris qvarto, obtinente Dominicali A, Qvadrageſimam in Februarii vigeſimum ſextum incidere video.

(92) Sit rurſus anno Cycli qvarto exiſtente Dominicali A, hac methodo qværendum Paſcha? Cujus characteriſticam in ſecundum Aprilis incidere animadverto, ad cognoſcendum inqvem digitorum locum ſecundus Aprilis cadat, pono ut ſupra, in radice Indicis 22, & putationem per totum Indicem & digitum medicum continuo donec 31mus in juncturam internam tertiam incidat, & conſeqventer Aprilis ſecundus in condylum primum ſub ungve; igitur a ſyllaba, ne, in radice indicis locatâ computum ineo, & ſyllabas per ſingula loca transeundo recenſeo, donec ultima ſyllaba cadat in juncturam tertiam digiti medii, qvare, verſum pro Aprili inchoando, ſyllabam, pril, in condylum ſub ungve & terminum Paſchalem incidere video, in qvo loco cum Dominicalis A, ſit repoſita; putationem ad eundem locum digiti annularis continuo, in qvem ſyllabam, tis, incidentem obſervo, qvare diem Paſchatis primam nonum Aprilis occupare invenio.

(93) Sit eodem anno Cycli, qværenda Dominica Rogationum, exiſtente Dominicali A, cujus characteriſticam in ſeptimo Maji invenio, igitur ad inveniendum articulum, in qvem incidit, poſito numero 26, in radice infima Indicis, cum ſyllaba, Ci, ſit ab initio verſuum computiſticorum pro Aprili vigeſima ſexta, putationem

claratum, donec in termino currente, junctura, apice vel condylo, diem characteristicam invenias. Qvin etiam eâ junctura, apice vel condylo, cui anni vertentis Dominicalis insistit & characteristicæ vicinissima, celebra diem Paschatis. Ex hac syllaba Ci, qvære Rogationem & ejus characteristicam consimili modo ac supra declaratum. Ex hac syllaba Gor, per regulam priori non disparem qvære Pentechosten & ejus characteristicam.

§. 77.

tionem continuo donec trigesimus Aprilis cadat in condylum primum Indicis sub ungve, proinde rursus primum Aprilis in condylo medio pono & pergo donec septimus A, cadat in condylum digiti medii sub ungve, in qvem igitur incidit characteristica. Jam posita syllaba, ci, in radice infima indicis, versum ad finem lego, cujus ultima syllaba, lis, offendit condylum primum Indicis sub ungve. Hinc in condylo intermedio versum computisticum pro Majo exorsus, lectionem continuo, donec syllaba posterior nominis Joan, in condylum sub ungve digiti medii & characteristicam incidat, ubi cum Dominicalis A repositа sit, recensionem syllabarum usqve ad condylum digiti annularis sub ungve primum continuo, in qvem syllabam, In, incidere video, hinc Dominicam Rogationum decimum qvartum Maji occupare comperio.

(94) 1. Sit deniqve eodem anno Cycli lunæ, obtinente uti prius Dominicali A, qværendum Festum Pentechostes; cujus characteristicam vigesimum primum Maji occupare invenio, qvare, cum radix Pentechostes sit Maji decimus; in radice indicis pono decem, & numerationem continuo, donec vigesimus primus & consequenter ipsa characteristica in condylum primum digiti medii sub ungve incidat; hinc syllabam, Gor, sive rectius loco hujus syllabam, Ep, in radice indicis interna colloco & syllabarum recensionem continuo, donec syllaba, e, cadat in condylum memoratum & characteristicam, sed ob Dominicalem ibidem locatam versum legendo pergo, donec syllaba, e, posterior nominis, pede, cadat in condylum primum sub ungve auricularis, qvamobrem Pentechosten hoc casu Maji vigesimum octavum occupare video.

2. His igitur exemplis satis ostensam & illustratam credo methodum qværendi qvinqve Festa mobilia principalia per versum hunc computisticum, Sept, Qvad, Pascha, Ro, Pen, Pris, bru, ne, ci, gor, dato sedem, & manum cui Dominicales inscriptæ. Est autem hæc methodus prolixa & per ambages qvasdam procedit, cum primò, facto a radice Indicis numerandi initio, simplici numeratione

qvæ-

77. §.

Fyrſt má ſtanda merkidagur á Sunnudag, enn ſidaſt á Laugardäg, og ſidann þar í milli, XV. nátta yngſt enn XXI. nátta ellſt Páſka tungl, (95) ſtandi þeſsir V. merkidagar í fiorda Föſtu-

---

qværendus ſit locus in qvem incidit dies characteriſtica, qvo inventô, & denuò a radice interna Indicis ſumto putandi initio, per ſyllabarum recenſionem ad locum characteriſticæ iteratò pergendum. Poſſunt autem hæ ambages tolli & methodus mirè abbreviari, ſiqvidem dies menſium, in qvos incidunt aliqvot Feſta fixa mobilibus vicina memoriæ firmiter impreſſeris, ſic enim nulla repetitione opus, ſed unica ſimplex ſyllabarum recenſio ſufficit. Sic in ultimo exemplo characteriſticam qvæſiturus, pono ſyllabam Ep, in radice Indicis & per ſingulos articulos recenſionem ſyllabarum continuo, donec ſyllaba, e, cadat in condylum primum ſub ungve digiti medii, ſi vero pergam ulterius; obſervo qvartam ab hac excluſivè ſyllabam ban, poſteriorem nominis Urban, ſive mediam integri, cadere in junctúram mediam annularis, qvare, ſi recordor Urbani Feſtum vigeſimo qvinto affixum eſſe, vigeſimum primum cum characteriſtica in condylum memoratum incidiſſe video, ſed propter Dominicalem ibi repoſitam, recenſionem ſyllabarum ad condylum ſub ungve annularis continuo, donec ſyllaba, e, ipſum offendat, a nomine Urbani excluſivè tertia, qvare Feſtum Pentechoſtes, vigeſimum octavum occupare video. Apparet igitur hac ratione methodum putandi valdè contrahi & abbreviari, & fortaſſis veteres computiſtæ & verſuum Authores hoc ipſum intenderunt ut per Feſta fixa memoriæ mandata, mobilium inventio hoc artificio facilior evaderet.

3. Cum ſupra. Cap. Imo §. 2. n. (9.) 4, dixerim Clavium diſpoſitionis numerorum aureorum in digitis ibi traditæ Authorum eſſe, Feſtis autem mobilibus, non noviluniis inveniendis adhibuiſſe; anteqvam hanc materiam relinqvam, qvomodo Feſta mobilia methodo Claviana qværantur, uno alterove exemplo declarare conſtitui. Sit ex. gr. annus Cycli lunaris decimus ſextus, & manum delineatam, vel accedente exercitio porrectam ſaltim intuendo, recordor aureum XVI. in radice pollicis eſſe poſitum, qvare, cum Martius in junctura media digiti auricularis ſit locatus, inde putationem incipio & juxta diſpoſitionem numerorum aureorum nullo loco prætermiſſo ad ſedem numeri aurei XVI. in radice pollicis pergo, in qvam Martii octavum incidere video, qvo facto ad characteriſticam & in qvem digitorum locum decima qvarta Paſchalis incidat indagandum aggredior, in radice igitur indicis octo poſitis; digitum indicem & medium totos putando

eme-

§. 77.

Dies characteriſtica primò in diem ſolis, ultimò in diem Saturni ac deinde in dies intermedios incidere poteſt; Luna Paſchalis natu minima, ſit decima qvinta, maxima, vigeſima prima, qvodſi hæ qvinqve characteriſticæ in qvarto jejunii Qvadrage-

---

emetior, donec vigeſimus primus Martii dies, hoc eſt ab octavo incluſivè decimus qvintus cadat in condylum digiti medii ab ungve remotiſſimum, qvem igitur articulum characteriſtica Paſchalis occupat, his factis manum cum literis Dominicalibus inſcriptis, oculis vel imaginationi præſentem ſiſto, & obtinente Dominicali D, qvæ radici annularis inſcripta, diem Paſchatis in Martii vigeſimum ſecundum incidere video, & exiſtente Dominicali C, numerationem ad condylum annularis ab ungve remotiſſimum continuo & diem Paſchatis vigeſimum octavum obſidere comperio. Sit rurſus qværendum Paſcha anno Cycli decimo tertio, jam ergo aureum XIII. juncturæ ſupremæ Indicis internæ inſcriptum menti præſentem ſiſto, & ab initio menſis Martii putatione per digitos occepta & continuata usqve ad aureum propoſitum, eundem Martii undecimo appoſitum reperio, hinc in apice indicis dico undecim, in condylo primo ſub ungve duodecim & putando pergo, donec vigeſimus qvartus cadat in juncturam tertiam annularis internam, qvo in loco lunam Paſchalem decimam qvartam eſſe animadverto, qvare ſiqvidem ſit Dominicalis G, Paſcha vigeſimum qvintum Martii obſidere comperio.

(95) Si qvis computum digitalem antecedentem ritè perceperit; is faciliter intelliget, feſto principali qvartam ſpeciem introitus occupante, characteriſticam in auricularem ſiniſtræ cadere, & in qvem articulum unius feſti principalis, ex. gr. Paſchatis, characteriſtica incidit, eundem cæterorum etiam omnium characteriſticas offendere, cum a particula computiſtica in radice Indicis interiore locata; ſive a radice Feſti, ad usqve characteriſticam par ſit ubiqve multitudo dierum, unde conſeqvitur, ſiqvidem characteriſtica in radicem internam auricularis ſiniſtræ cadat, & ibidem repoſita Dominicali D, obtinente, Feſtum ipſum in radicem internam auricularis dextræ incidere; Si juncturam mediam occupet characteriſtica, Feſtum ipſum juncturam mediam auricularis dextræ occupare & conſeqventer duobus caſibus in eundem auricularem incidere, qvare, ſi characteriſtica condylum auricularis ab ungve remotiſſimum offendat, ſeqvitur, exiſtente qvacunqve Dominicali, Feſtum ipſum auricularem dextræ occupare, qvi cum ſedes propria computiſtica ſit qvinti jejunii Qvadrageſimalis introitus, omnes, ut aſſerit Rymbegla, in his caſibus Dominicales in ſeqventis jejunii introitu digiti auricularis conſeqvere.

Föſtugángi, þá ſkalltu fá Dominicales á V. Föſtugángi auricularis alla (96) t. VIII. t. VI. t. XX. t. IV. t. XI. t. II. t. III. t. I. t. XXIV.

IX. Cap.

UM HÁTIDA LIKLANA OG PÁSKA TERMINID.

78. §.

a. g. Majores, a. c. numerato minores. ſ. clavis utræqve (97) dum gravis exſtat ovis, Dato, boſ. ē. cⁿ. facere, bell, gens cruce ſit digna grave cui. & mo, Dapna. benigna.

Þeſsi

(96) His immediatè ſubjungit Rymbegla numeros qvosdam, qvi qvid ſint vel qvorſum pertineant, & num ad antecedentia, an vero ad conſeqventia referendi ſint, ne uno qvidem verbo innuit, hos autem numeros certum eſt nec majores nec minores claves eſſe, & conſeqventer ad conſeqventia non referendos, cui eſt argumento, qvod his multi inter ſint a numeris clavium diverſi. Proinde, cum ad antecedentia referantur & aurei numeri eſſe neqveant, annis illis obtinentes, qvibus Feſta principalia in auricularem dextræ cadunt, obtinent autem hi aurei XIV. III, XI, XIX, VIII, qvorum tres tantum numeris Rymbeglæ interſunt; Seqvitur omnino aut ætates lunarum characteriſticarum, aut terminos Feſtorum principalium aliqvot vel omnes in caſibus memoratis indigitari. Sunt eqvidem in his Rymbeglæ numeris qvinqve, qvi lunarum characteriſticarum ætates exprimunt, qvas, qvia nunqvam variantur; Sed in omni caſu conſtanter invariatæ manent, abſurdum erat hoc loco præcedentibus ſubtexere, unde concludo terminos Feſtorum indigitari, in iis caſibus qvibus Dominicales in auricularum dextræ cadunt, id qvod etiam litera t, in vocabulo termini initiclis ſvadere videtur, qvæ ſingulis numeris præponitur, locum autem hunc eſſe mancum & mutilum & plures exiſtitiſſe hos numeros ſvadet lacuna, inter ipſos. & ſeqventia in exemplari relicta & plures eſſe oportere oſtendit tabella ſubjecta Feſtorum mobilium principalium qvæ terminos eorundem in auricularem dextræ cadentium repræſentat, qvam ex tabula terminorum generali, qvæ infra adferetur, excerpſi; hæc tabella ita eſt intelli-

Sep.	Qvad.	Pas.	Rog.	Pen.
8 F.	1 M.	12A.	17M.	31 M.
9 F.	2 M.	13A.	18M.	1 Jun.
11 F.	4 M.	15A.	20M.	3 Jun.
12 F.	6 M.	17A.	22M.	5 Jun.
13 F.	7 M.	18A.	23M.	6 Jun.

drageſimalis introitu conſiſtant: omnes Dominicales in qvinto introitu auricularis conſeqvere, t. VIII. t. VI. t. XX. t. IV. t. XI. t. II. t. III. t. I. t. XXIV.

IX. CAP.

DE CLAVIBUS FESTORUM ET TERMINIS PASCHALIBUS.

§. 78.

a, g. Majores, a, c. numerato minores. ſc. claves utrasqve
Dum gravis exſtat avis, dato, Bos, En, con Facerem Bell.
Gens Cruce Fit Digna, Grave. Cui Atmo, Dapna Benigna.

telligenda: in tertia columna verticali a ſiniſtra verſus dextram eundo continentur termini Paſchatis in Aprili, qvem innuit litera A, dum in auricularem dextræ cadit, nam exiſtente termino, 12 Aprilis, cadit Paſcha in junƈturam internam auricularis dextræ, ſed obtinente 18 Aprilis, in radicem externam. Verſus verticalis ſiniſtimus continet terminos Septuageſimæ, ſecundus verticalis Qvadrageſimæ, qvartus terminos Rogationum, & dextimus Pentechoſtes, litera F. denotat Februarium, M, in ſecunda columna Martium, in qvarta Majum, ergo ſingula columna horizontalis continet terminos qvinqve Feſtorum principalium in eodem caſu ſive eodem anno, dum in auricularem dextræ ipſa Feſta incidunt, terminis in auricularem ſiniſtræ cadentibus. Sumatur jam exempli gratia verſus tertius horizontalis, hærente termino Paſchali in 15 Aprilis & in hoc caſu erit terminus Septuageſimæ 11us Februarii, Qvadrageſimæ 4us Martii, Rogationum 20us Maji, Pentechoſtes 3tius Junii, & ita qvatuor Rymbeglæ numeros ſum conſeqvutus. Si terminus Paſchalis ponatur eſſe 12us Aprilis, terminus Septuageſimæ erit 8us Februarii, Qvadrageſimæ 1mus Martii, & ſic in ſupremo verſu tabellæ horizontalis, duos Rymbeglæ numeros ſum adeptus, ſi terminus Paſchalis ſit Aprilis 13tius; in ſecunda columna horizontali repetio terminum Qvadrageſimæ in die 2do Martii, & unum Rymbeglæ numerum invenio, ſi terminus Paſchatis cadat in 17m vel 18m Aprilis, priore caſu, in columna horizontali qvarta invenio terminum Qvadrageſimæ in 6to Martii, poſteriore caſu in ima columna terminum Pentechoſtes in 6to Junii, & ſic adhuc unum Rymbeglæ numerum ſum venatus, proinde omnes Rymbeglæ numeros præter ultimum XXIV. ſum adeptus, qvem depravatum eſſe conjicio, & ſcribendum XXIII, qvi in ultimo caſu eſt

termi-

Þeſsi Vers kenna á hverium dag hver merkidagur er ár eftir ár, og ſkalltu merkia fyrſta ſtaf hvers ords, nema þá hlaupar er, leggur þu einn yfer til Merkidags Septuageſimæ og Qvadrageſimæ eftir þvi ſem fyr greinir.

79. §.

terminus Rogationum. Debebant autem hi numeri terminorum eſſe duplo vel etiam triplo plures, ſed ut ſupra dixi lacuna in exemplari relicta ſvadet locum hunc depravationem ſubiiſſe, & numeros aliqvot exſcribentium oſcitantiâ & imperitiâ periiſſe, hanc itaqve hujus loci & horum Rymbeglæ numerorum interpretationem rationi imprimis conſentaneam deprehendo, cum enim hi numeri & nulli alii rationi conformiter immediatè præcedentibus ſubjungi poſſent, qvod circumſtantiis & rationi maximè conveniebat, factum eſſe probabiliter concludo, qvare fortaſſis locus Rymbeglæ accuratius & menti Authoris convenientius qvam ſupra, vertitur hoc modo: omnes Dominicales in qvinto introitu auricularis dextræ conſeqvere, his terminis obtinentibus &c.

(57) Qvia ſingularum vocum literæ initiales concordare debent, cum literis hebdomadalibus, qvæ qvinqve Feſtorum principalium diebus terminalibus per totum Cyclum decemnovennalem in Calendario ſunt adſcriptæ; operæ pretium videbatur ad hæc penitus intelligenda, ipſum tabulam terminorum hic inſerere, qvare, facta collatione verſuum cum ordine literarum terminalium; ſingularum vocum literas primas iſtis haud malè reſpondere deprehendi. Sed in verſu priore per collationem patet, pro ovis ſcribendum eſſe avis, cum in literarum hebdomadalium numero non contineatur. O. & verſum ita legendum eſſe. *Dum Gravis. Exſtat, Avis, Dato, Bos, En, Con, Faceram. Boll.* & poſteriorem paululum etiam immutatum hoc modo: *Gens, Cruce, Fit, Digna grave Cui Atmo Dapna benigna:* nam pro ſit, omnino ſcribendum, Fit, cum hebdomadalium numero non inſit litera S. Prioris verſus vocabulum primum Dum, ſignificat anno Cycli decemnovennalis primo, literam D, terminalem eſſe, ſeu illis diebus in qvos termini Feſtorum ſive dies characteriſticæ incidunt, in calendario adſcriptam eſſe. Secundum vocabulum Gravis, innuit anno Cycli ſecundo literam G, terminalem eſſe, & ſic cætera, ut qvotum ab initio verſuum eſt vocabulum, totidem annis Cycli elapſis, ejusdem litera initialis exiſtat terminalis, qvare pro numero annorum Cycli, ambo verſus novemdecim vocabula continent; & ſiqvidem ſcire velis, qvænam anno qvovis propoſito ſit litera terminalis, qvære annum Cycli decem novennalis, &, qvot anni Cycli ſunt elapſi, totidem ab initio verſuum puta vocabula, & literam terminalem obtinebis. Ut autem hæc oculis & menti præſentia ſiſtantur & peni-

tus

Hi versus docent qvotam mensis diem qvotannis characteristica qvælibet occupet, & cujusqve vocis literam initialem notabis, nisi, anno currente Bissexto, ad Septuagesimæ & Qvadragesimæ characteristicam, uti supra dictum, unum addas.

Oo 3 §. 79.

Term. Sept.	Term. Qvad.	Term. Pasch.	Term. Rog.	Term. Pente.	Reg. Pas.	Cyc. Pasc.	lit. ter.	Vocabula terminalia Rymbeglæ
1 F.	22 Feb	5 Ap.	10 Mai	24 Ma.	5	1	D	Dum
21 Jan.	11 F.	25 M.	29 Ap.	13 M.	1	2	G	Gravis
9 F.	2 M.	13 Ap.	18 M.	1 Jun.	6	3	E	Exstat
29 Jan.	19 F.	2 Ap.	7 M.	21 M.	2	4	A	Avis
18 Jan.	8 F.	22 M.	26 A.	10 M.	5	5	D	Dato
6 F.	27 F.	10 A.	15 M.	29 M.	3	6	B	Bos
26 J.	16 F.	30 M.	4 M.	18 M.	6	7	E	En
13 F.	7 M.	18 A.	23 M.	6 Jun.	4	8	C	Con
3 F.	24 F.	7 A.	12 M.	26 M.	7	9	F	Facem
23 J.	13 F.	27 M.	1 M.	15 M.	3	10	B	Bell
11 F.	4 M.	15 A.	20 M.	3 Jun.	1	11	G	Gens
31 J.	21 F.	4 A.	9 M.	23 M.	4	12	C	Cruce
20 J.	10 F.	24 M.	28 A.	12 M.	7	13	F	Fit
8 J.	1 M.	12 A.	17 M.	31 M.	5	14	D	Digna
28 J.	18 F.	1 A.	6 M.	20 M.	1	15	G	Grave
16 J.	7 F.	21 M.	25 A.	9 M.	4	16	C	Cui
5 J.	26 F.	9 A.	14 M.	28 M.	2	17	A	Atmo
25 J.	15 F.	29 M.	3 M.	17 M.	5	18	D	Dapna
12 J.	6 M.	17 A.	22 M.	5 Jun.	3	19	B	Benigna

sus intelligantur, ipsam terminorum tabulam hic subjicio, in qva singularum columnarum verticalium tituli fronti inscripti, qvid sint satis declarant. Versus enim verticalis siniſtimus continet terminos Septuagesimæ singulis annis Cycli decem novennalis Paschalis. Secundus versus dextram, Qvadragesimæ. Tertius Paschales &c. Sextus autem versus verticalis continet Regulares Paschales, qvi qvid sint & cui usui infra dicetur. Septimus versus verticalis continet Cyclum Paschalem decem novennalem, qvi Paschalis dicitur qvatenus a mense Paschali incipit,

79. §.

(98) Huxa og þad ad tungl þad ſem þrettanda dag er á himni, ſkal obrygdilega XXX. hvert hlaupár ſtendur yfer eda ei, og fyrer þá grein ſkaltu hafa vidlyka færing terminorum hinn VIII. vetur og hinn XIX. og adur greinir um bisſextum.

80. §.

---

cipit, & ad computum Paſchalem adhibetur; octavus verticalis continet literas terminales, ad qvas memoriæ imprimendas, computiſtæ vocabula terminalia excogitarunt, & ex iisdem duos verſus hexametricos confecerunt. Singuli verſus horizontales continent terminos qvinqve Feſtorum mobilium principalium, eo anno Cycli, qvi in area ſeptima ejusdem verſus eſt appoſitus, & litera terminalis octavo loco repoſita dicit hanc ipſam literam hebdomadalem ſingulis diebus terminalibus, ſive illis in qvos lunæ characteriſticæ cadunt in calendario appoſitam eſſe. Ex. gr. anno Cycli primo, decima qvarta ſive luna characteriſtica Paſchalis incidit in qvintum Aprilis, cui adſcripta litera hebdomadalis D, ſed eodem anno luna Februaria decima, ut characteriſtica Septuageſimæ, occupat Calendas Februarias, cui etiam appoſita litera D, luna ſecunda Martia, qvæ characteriſtica Qvadrageſimæ incidit in vigeſimum ſecundum Februarii, cui rurſus appoſita litera D, eodem anno luna vigeſima Maja, qvæ characteriſtica Rogationum offendit decimum Maji, & deniqve vigeſima qvarta, qvæ characteriſtica Pentechoſtes, vigeſimum qvartum, qvibus etiam adhæret hebdomadalis D, & ſic cætera intelliges, etenim omnia iſta Feſta principalia, terminis ſuis eodem anno Cycli eandem literam adſcriptam habent, & ſingulorum termini in eandem feriam incidunt, cum a radice Feſti ad terminum anni propoſiti par ſemper ſit multitudo dierum, proinde, anno Cycli dato qværatur per verſus reſpondens vocabulum terminale, ut ſupra dixi, & literam terminalem anni propoſiti habebis, & qvotam feriam ſingulæ occupent characteriſticæ, cognoſces. Antecedens autem tabula terminorum pluribus methodis conſtrui poteſt, qvorum hunc unum obiter indicabo, qvæ characteriſticarum inventione nititur, nam anno Cycli decem novennalis dato, qvære lunas primas, qvæ, characteriſticæ Feſtorum ſunt futuræ, & incluſivè ab illa die tot in calendario dies puta, qvota fieri debet characteriſtica Feſti propoſiti. ſit ex. gr. anno Cycli primo qværendus terminus Septuageſimæ, igitur in Januario qværo lunam primam Februariam & numerum aureum I. vigeſimo tertio Januarii adſcriptum invenio, qvare, cum characteriſtica Septuageſimæ ſit luna decima anno communi, a vigeſimo tertio incluſivè decem dies in conſeqventia puto & terminum Septuageſimæ in Calendas Februarias incidere comperio. Idem

aureus

§. 79.

Qvinetiam animadverte lunam, qvæ Epiphania in cælo comparet, infallibiliter trigesimam fieri, sive annus currens sit communis sive Bisextus, & hanc obrem consimili ac supra de anno Bisextili declaratum, anno Cycli lunaris VIII^vo & XIX^no promotione terminorum utere.

§. 80.

---

aureus cum sit adscriptus Februarii vigesimo primo, lunam Martiam, qvæ anno communi secunda est characteristica Qvadragesimæ, vigesimum secundum occupare, & consequenter hunc diem esse Qvadragesimæ terminum video, & sic de cæt.

(98) Beda libro de argumento lunæ scribit terminum Septuagesimæ a consveta regula recedere, annis Cycli decemnovennalis octavo & decimo nono & in utroqve casu lunam Februariam non decimam uti svevit; sed undecimam Septuagesimæ characteristicam esse, qvod insolitum computi phænomenon ab Embolismis proficisci statuit, sed qvomodo Embolismi idem producant, non explicat. Idem phænomenon Authori Rymbeglæ obversatum esse videtur, dum hæc proponit: Qvin etiam cogita lunam Epiphaniâ in Cælo comparentem infallibiliter tricensriam esse, sive sit annus communis sive Bisextus, & propterea annis Cycli octavo & decimo nono, pari ac supra dictum de anno Bisexto, promotione terminorum utere. Si nomine termini, Festorum terminos hic Author intelligeret, foret eqvidem ejus assertio historicè vera, his enim omnes termini Septuagesimæ uno die in Calendario descendunt, ut in terminalibus diebus luna characteristica fiat undecima, cum decima tantum esse deberet; Sic autem rationem phænomini redderet nullam. At vero sunt mihi rationes non spernendæ suspicandi, non Festorum dies terminales, sed numeros aureos ipsi hoc loco nomine terminorum venisse, nam alioqvi nulla planè suberat ratio, cur lunam, qvæ Epiphania comparet in Cælo, tricenariam semper esse oportere inculcaret, vult nimirum hic idem qvod supra P. I. Cap. 4. §. 14. statuerat, lunam ipso Festo Epiphaniæ nascentem & anno Cycli octavo in Cælo comparentem Embolimæam esse, & consequenter ob hunc Embolismum tertium tricennarium numerum aureum VIII, a qvarto ad qvintum Februarii descendere, qva ratione characteristica Septuagesimæ uno die in Calendario descenderet; & in decimum qvartum Februarii, uti oportebat incideret; Verum anno Cycli decimo nono, vult etiam uti supra P. I. Cap. 4. §. 18. septimum Embolismum sexto Decembris inire & qvarto Januarii finiri, & per consequens lunam qvinto Januarii primam sev nascentem, Januariam & per legem impa-

80. §.

(99) Clavis þideſt lykell og er merkianda ad clavis er ſu ymisleg tala, ſem hveriu ári er giefinn til þeſs ad finna upphaf fim hátida, fyrer nidursetning þeirra merkidaga, eftir þvi ſem fyr greinir, þvi ad ſo ſem fyrir lykilinn byrtaſt og uppliukaſt leindar blutir huſsins, ſo verda og audsyneleger fyrer þeſsa tölu, Septuageſima, Qvadrageſima, Paſka, Rogationes Penthecoſte.

81. §.

---

imperitatis & plenitudinis, plenam ſive tricenariam qvarto Februarii exſtingvit, & hinc numerum aureum XIX, a pridie nonas ad ipſas nonas Februarias deſcendere, & hac ratione anno Cycli decimo nono characteriſticam Septuageſimæ regulæ generali ſubeſſe & decimum tertium Februarii uti oportebat, offendere. Proinde ex Authoris mente inſvetum computi phænomenon ſalvatur, ſiqvidem hi numeri aurei puta VIII, & XIX, anno Cycli octavo & decimo nono reſpectivè uno die deſcendiſſe concipiantur, & hinc pari, ac ſupra Cap. I. §. 4. n. 11. dictum, de terminis, anno Biſexto in Februario, uno loco deprimendis, promotione terminorum utendum ſtatuit. Cæterum uti loco cit. diſputatum, computiſtæ Principes memoratos Rymbeglæ Embolismos non agnoſcunt, qvare per ſuos Embolismos circa characteriſticam Septuageſimæ exceptionem a Regula generali faciunt, cujus faciendæ ratio per Embolismos redditur hoc modo. Qvia anno Cycli octavo tertius Embolismus pridie; & decimo nono ſeptimus, tertio nonas Martias inſeritur, & hinc prior ſecundo, poſterior tertio nonarum Aprilium exſtingvitur, ambo aurei VIII & XIX, ob lunam Embolimæam tricenariam uno die in Calendario deſcenderunt, qvare, qvoniam a numeris aureis incluſivè in conſeqventia dies qvatuor decim putando, terminus Paſchalis obtinetur, currentibus dictis aureis ob Embolismos memoratos, terminos Paſchales in Calendario uno die deſcendiſſe comperio, ita qvidem, ut anno Cycli octavo, terminus in decimum Aprilis; decimo nono in decimum ſeptimum incidat, cum, niſi iſti Embolismi introiiſſent, in proximè præcedentes termini incidiſſent. Igitur in utroqve caſu a terminis Paſchalibus incluſivè in antecedentia putando novem hebdomadas, uno caſu in decimum qvartum; altero in decimum tertium Februarii incides, qvi dies ſunt terminales Septuageſimæ, a qvibus incluſivè ſurſum numerando ad aureos memoratos etiam incluſivè characteriſticam Septuageſimæ undecimam deprehendes.

§. 80.

Clavis significat Lykill. atqve notandum est, claves esse varios illos numeros, anno cuivis asfignatos, ad initia qvinqve Festorum, per dispositionem suarum, ut supra memoratum characteristicarum, detegenda. Qvippe qvemadmodum clave produntur & recluduntur res Domi reconditæ; ita etiam per hos numeros, Septuagesima, Qvadragesima, Pascha, Rogationes & Pentecoste in lucem producuntur.

§. 81.

(99) Clavis computistica est multitudo illa dierum, qvi a certo die mensis inclusivè usqve ad terminum sive lunam characteristicam etiam inclusivè putantur, ex qva definitione statim seqvitur illa Rymbeglæ, esse nimirum clavem varium illum numerum cuivis anno datum, ad initia Festorum mobilium principalium per dispositionem characteristicarum detegenda. Sic ex. gr. Clavis Septuagesimæ anno Cycli primo, est multitudo dierum a septimo Januarii inclusivè, sive ab Epiphania exclusivè usqve ad Calendas Februarias inclusivè in qvas incidit anno communi luna decima Februaria seu characteristica Septuagesimæ, qvare, cum hic numerus dierum sit viginti sex; erunt anno Cycli primo claves Septuagesimæ 26. atqve, si a vigesimo octavo Januarii inclusivè numeretur ad vigesimum secundum Februarii etiam inclusivè, in qvem luna secunda Martia incidit, qvæ eodem anno Cycli est characteristica Qvadragesimæ; rursus dies 26. habebis claves Qvadragesimæ. Porro si ab undecimo Martii inclusivè ad qvintum Aprilis etiam inclusivè dies totidem putes; anno Cycli primo eundem clavem Paschatis. 26. obtinebis. Cum in qvintum Aprilis incidat luna decima qvarta characteristica Paschatis. Si a decimo qvinto Aprilis inclusivè ad decimum Maji etiam inclusivè rursus dies viginti sex putentur, in qvem luna vigesima Maja characteristica Rogationum incidit, etiamnum hoc anno claves Rogationum 26. habentur. Deniqve si a vigesimo nono Aprilis inclusivè ad vigisimum qvartum Maji etiam inclusivè, dies viginti sex numeres; erunt eodem anno totidem claves Pentechostes, nam luna Maja vigesima characteristica Pentechostes, vigesimum qvartum obsidet, unde liqvet anno Cycli decemnovennalis primo unum eundemqve numerum 26, qvinqve Festorum mobilium principalium clavem exprimere, ut autem anno primo, ita cæteris singulis totius Cycli annis se res habet, ut idem numerus Festorum istorum omnium clavis existat.

81. §.

(100) Adrir heita claves majores enn adrer claves minores, og ſkal majores byria af G, enn minores af C, iafnmarger ſkulu claves fylgia hverium merkideigi. Claves Septuageſimæ ſkaltu nidurſetia á fyrſta G, Januarii og telia ſidann ſo marga ſtafi ur Calendario ſem eru fram til Merkidagsens og auka einum ef hlaupár er, claves minores af þridia C. Januarii og geingur ſamlykt fram talann. (101) Claves Qvadrageſimæ ſkal nidursetia á fiorda G, Januarii, og ſkulu þadann greida ſina ras fram til terminum hennar, og leggia enn þar til eirn dag ef hlaupár er umlided, ella aungvann.

82. §.

(102) Claves Merkidags Páſka ſkal nidursetia á ödru G. Martii, og ſydann greidi þeir þadann ſina rás og ſtaf fram til Paſchalem terminum (103) Claves Rogationum ſkal nidursetia á þridia

(100) Hic Rymbegla claves in majores & minores dividit, illas a G, has a C, inchoandas eſſe dicit, &, ſiqvidem Septuageſimæ claves majores a primo G. minores a tertio C. Januarii procedere ſtatuit; hinc majoris & minoris clavis differentia ſpecifica elicitur, nam tertia vice litera hebdomadalis C, decimo ſeptimo Januarii eſt adſcripta, a qvo incluſivè ad primum Februarii etiam incluſivè ſunt dies ſedecim, & in antecedentia putando, ad ſeptimum Januarii incluſivè dies decem, qvi majoris & minoris clavis differentiam conſtituunt, hinc clavis major Septuageſimæ is eſt, qvi a primo G. Januarii ſive ſeptimo Januarii incluſivè procedens ad diem characteriſticam etiam incluſivè pergit, minor autem is, qvi a tertio C. Januarii ſive decimo ſeptimo Januarii procedens incluſivè ad diem characteriſticam etiam incluſivè pergit.

(101) Qvia anno Cycli primo characteriſtica Qvadrageſimæ incidit in vigeſimum ſecundum Februarii, & in antecedentia putando dies viginti ſex, vigeſimus octavus Januarii offenditur, cui adſcripta qvarta vice hebdomadalis G; hinc eſt qvod dicat Rymbegla, Claves Qvadrageſimæ in qvarto G, Januarii locandas, id eſt, hic inchoandas eſſe, & usqve ad characteriſticam pergere; Sic enim priori numero cla-

§. 81.

Dicuntur claves aliæ majores aliæ minores, majores a G, minores a C, inchoandæ. Qvamlibet diem characteriſticam pares numero claves comitentur. Claves Septuageſimæ in primo G, Januarii diſpone, ac dein tot literas in calendario puta, qvot ad characteriſticam occurrunt, & anno Biſſextili unam adde. Claves minores in tertio C, Januarii, & conſimiliter numeratio procedit: Claves Qvadrageſimæ in qvarto G, Januarii collocentur, ac inde ad terminum ejus progrediantur, & rurſus, anno Biſſextili elapſo, una dies ſuperaddatur; alias nulla.

§. 82.

Claves characteriſticæ Paſchatis in ſecundo G. Martii collocentur, ac inde per greſſus & literas ad terminum Paſchalem procedant, Claves Rogationum in tertio G. Aprilis locentur,

clavium Septuageſimæ par multitudo obtinetur, ſunt autem hæ claves Qvadrageſimæ majores; ſi a vigeſimo octavo Januarii in conſeqventia decem putes, incides in ſextum Februarii, igitur a ſeptimo, h. e. a primo C. Februarii procedunt claves minores Qvadrageſimæ & ad characteriſticam incluſivè pergunt, qvæ igitur anno Cycli primo ſunt 16.

(102) Si a decima qvarta Paſchali, qvæ anno Cycli primo occupat qvintum Aprilis, in antecedentia viginti ſex putes, in Martii undecimum incides, cui in Martio ſecunda vice appoſita reperitur hebdomadalis G, hinc dicit Rymbegla claves Paſchatis, in ſecundo G, Martii locandas, & inde incipiendas, & ad characteriſticam Paſchatis usqve numerandas eſſe: Qvamobrem, ſicut illæ priores, anno Cycli primo 26, evadunt. Si a Martii undecimo in conſeqventia decem putes, in Martii vigeſimum incides, claves igitur Paſchatis minores in Martii vigeſimo primo ponuntur, & hinc uti priores ad characteriſticam usqve pergunt, & anno Cycli primo, ſicut Septuageſimæ & Qvadrageſimæ, ſunt numero 16.

(103) Si a characteriſtica Rogationum, qvæ anno Cycli primo decimum Maji obſidet, in antecedentia ſex & viginti numeres, in Aprilis decimum qvintum incides,

þridia G. Aprilis, og gánga ſydann fram til terminum gágndaganna (104) Claves Pentecoſtes ſkal nidurſetia á fimta G. Aprilis, og greidi þeir enn þadann ſyna rás fram til terminum. hvort ár ſkaltu ſkifta um Claves terminorum, hier er tabula Clavium med ſierhverium árgang. XXVI, XV, XXXIV, XXIII, XII, XXXI, XX, XXXIX, XXVIII, XVII, XXXVI, XXV, XIV, XXXIII, XXII, XI, XXX, XIX, XXXVIII.

83. §.

Margar og merkilegar reglur eru ſettar til ad finna Paſchalem terminum.

Eeſe,

---

des, cui tertia vice litera hebdomadalis G. appoſita. Claves igitur majores Rogationum a tertio G, Aprilis procedunt, & ad characteriſticam usqve pergunt. Suntqve prioribus pares numero. Si vero a decimo qvinto in conſeqventia decem putes, vigeſimum qvartum offendes, & proinde claves Rogationum minores a vigeſimo qvinto & qvarto C. Aprilis procedunt & ad characteriſticam usqve decurrunt, donec 16 fiant.

(104) Si a characteriſtica Pentechoſtes qvæ anno Cycli primo Maji vigeſimum qvartum obſidet, in antecedentia putes viginti ſex, in Aprilis vigeſimum nonum incides, cui qvinta vice litera hebdomadalis G, adſcripta; claves igitur Pentechoſtes, ut aſſerit Rymbegla, a qvinto G. Aprilis procedunt & ad characteriſticam usqve putantur, qvæ uti præcedentes ſunt 26. Si a vigeſimo nono Aprilis in conſeqventia decem putes, in octavum Maji incides; qvare claves Pentechoſtes minores a nono Aprilis & ſecundo C. procedunt & ad characteriſticam putatæ fiunt 16. Cæterum ut anno Cycli decemnovennalis primo numerus 26, majorem, & 16, minorem, Feſtorum omnium qvinqve mobilium principalium clavem exprimit; ita qvolibet anno Cycli alio idem numerus majorem, & alterdenario minor eorundem clavem minorem repræſentat, qvemadmodum in appoſito clavium Diagrammate vides, cujus columna finiſtima verticalis exhibet annos Cycli decemnovennalis, ſecunda claves majores, tertia ſive dextima minores, ſinguli verſus horizontales continent tres areas; in qvarum finiſtimâ, annus Cycli, ſecundâ, clavis major, tertiâ minor, anno iſti reſpondens. Methodi claves inveniendi ſunt plures, qvarum unam hic indicabo: qværatur annus Cycli decemnoven-

& abinde ad terminum Rogationum progrediantur; Claves Pentecoſtes in qvinto G. Aprilis reponantur, ac inde etiamnum ad terminum procedant. Qvotannis claves terminorum permuta, hîc eſt clavium tabula &c. XXVI, XV, XXXIV, XXIII, XII, XXXI, XX, XXXIX, XXVIII, XVII, XXXVI, XXV, XIV, XXXIII, XXII, XI, XXX, XIX, XXXVIII.

§. 83.

Ad terminum Paſchalem inveniendum multæ & inſignes datæ ſunt Regulæ.

C. D.	C. M.	C. M.
1	26	16
2	15	5
3	34	24
4	23	13
5	12	2
6	31	21
7	20	10
8	39	29
9	28	18
10	17	7
11	36	26
12	25	15
13	14	4
14	33	23
15	22	12
16	11	1
17	30	20
18	19	9
19	38	28

vennalis pro invenienda clave, qvâ inventâ, qvære characteriſticam Feſti, a qva incluſivè puta in antecedentia usqve ad Diem illum incluſivè â qva claves procedunt & multitudinem dierum clavem exprimentium obtinebis. Sit ex. gr. anno Cycli ſecundo invenienda clavis? Qvia numerus aureus 11 duodecimo Januarii adſcriptus indicat ibidem lunam Februariam primam ſeu naſcentem eſſe, qvæ characteriſtica Septuageſimæ, decima in vigeſimum primum incidit, a qvo die incluſivè ad ſeptimum Januarii etiam incluſivè, unde claves procedunt, ſunt dies qvindecim; qvare numerus 15, anno Cycli ſecundo eſt clavis major Feſtorum mobilium qvinqve principalium, ſed decem â qvindecim ſubtracti relinqvunt qvinqve, unde 5, clavem minorem exprimit. Verum etiam independenter a clave majore minor invenitur, ſiqvidem a vigeſimo primo incluſivè, ad decimum ſeptimum etiam incluſivè, putentur dies qvinqve, cum ab hoc die claves minores Septuageſimæ procedant. Arbitrarium vero eſt cujusnam Feſti characteriſtica ad clavem qværendam utare, cum eodem anno Cycli pro omnibus Feſtis idem numerus clavem repræſentet. Plures autem methodos claves detegendi, Studio brevitatis omitto, qvas vide apud Bedam in libro de argumento lunæ.

(105) *Ecſe, gravem nobis bello carnem caveamus*
Bellum ſepe gerens etenum puto dicis hoſtem
Mox aeriem lucrum inveneris cum Religioſum.

Þeſsi vers kenna hvörsu þu ſkallt leita terminum Paſchalem. Ef m er ſidaſtur í ordinu þá ſkalltu telia ſvo marga daga frá enda Martii ſem ſá ſtafur er ad tölu í ſtafrofi, ſem fyrſtur er í þvi ordi ſem þvi äri tilheirir, þar er þá terminus Páſkadagſens, og þetta breſtur alldri um alldur.

84. §.

---

(105) Horum verſuum computiſticorum illa vocabula, qvæ in, m, terminantur, dicit domina Rymbegla terminos Paſchales in Martio indicare, ita ſqvidem ut â Martii ultimo incluſivè, retro in Calendario tot dies putandi ſint, qvot per ſuam in alphabeto ſedem litera vocabuli initialis monſtrat, hæc eſt Rymbeglæ horum verſuum ſuccincta nimis & incompleta explicatio. Verum an & qvomodo per eosdem termini Paſchales in Aprili detegantur, ne γρυ qvidem addit; neqve in hos verſus apud computiſtas alios incidere potui. Hæc autem vocabula novemdecim eſſe & proinde Cycli lunaris & novemdecennalis annis æqvari, cum animadvertiſſem, ſubiit animum ſuſpicio, cætera qvoqve vocabula in m, non exeuntia, terminis Paſchalibus in Aprili indicandis inſervire, idqve etiam per literarum principalium numeros locorum in Alphabeto ordinales. Hos itaqve verſus cum tabella terminorum Paſchalium contendens, vidi ſtatim ſingula vocabula, ea, qvam inſinuat Rymbegla ratione reſoluta, terminis Paſchalibus per totum Cyclum decemnovennalem ordine recto reſpondere; ita qvidem ut prima vox Ecce, litera ſua principali E, in Alphabeto qvinta; anno Cycli primo, terminum Paſchalem in qvinto Aprilis hærentem indicet. Secunda vox, gravem, litera initiali G, in alphabeto ſeptima ab ultimo Martii incluſivè in antecedentia putando, anno Cycli ſecundo oſtendat terminum Paſchalem Martii vigeſimum qvintum obſidere. Tertia vox, Nobis, litera principali N, in Alphabeto decima tertia, anno Cycli tertio innuat terminum Paſchalem occupare decimum tertium Aprilis, qvarta vox Bello, litera initiali B, in Alphabeto ſecunda, anno Cycli qvarto monſtret terminum Paſchalem obſidere ſecundum Aprilis, & ſic cætera vocabula, qvotum ab initio verſuum tenent locum, totidem anni Cycli elapſi eſſe debent, qvorum ultimo per ſuam literam initialem terminum Paſchalem indicat, qvemadmodum appoſitum Schema monſtrat, cujus verſus finiſtimus verticalis continet

annos

Ecce, gravem nobis bello carnem, caveamus
Bellum sæpe gerens, etenim puto Dicis hostem
Mox arare lucrum inveneris cum Religiosè.

Hi versus docent qvomodo terminus Paschalis sit qværendus. Qvodsi, m, sit litera vocabuli finalis; a fine Martii totidem dies putabis, qvot sunt literæ Alphabeti ad literam initialem istius vocabuli; qvod ad annum propositum pertinet, qvarum multitudo terminum Paschalem ibidem indicat, qvæ Regula per omne ævi tempus nunqvam fallit.

§. 84.

C. D.	Ter. Pasc.	Vocabula Rymbeglæ.
1	5 Ap.	Ecce
2	25 M.	Gravem
3	13 Ap.	Nobis
4	2 A.	Bello
5	22 M.	Carnem
6	10 A.	Caveamus
7	30 M.	Bellum
8	18 A.	Sæpe
9	7 A.	Gerens
10	27 M.	Etenim
11	15 A.	Buto
12	4 A.	Dicis
13	24 M.	Hostem
14	12 A.	Mox
15	1 Ap.	Arare
16	21 M.	Lucrum
17	9 Ap.	Inveneris
18	29 M.	Cum
19	17 A.	Religiosè

annos Cycli decemnovennalis, secundus terminos Paschales & tertius deniqve vocabula Rymbeglæ, eo ordine scripta qvo in versibus exhibentur, ita ut in his nihil remaneat obscuritatis, dummodo attendat lector qvotæ sint in Alphabeto literæ vocum initiales, & a Martii ultimo retro, sed ab initio Aprilis prorsum esse putandum. De vocabulis qvinto & sexto notandum, pro literis initialibus sumendam esse C, cum aspiratione & per consequens pro C, utendum K, id qvod duo termini Martii 22dus & Aprilis 10mus postulant. Vocabulum decimum qvintum, Aeriem corruptum esse credo & ejus loco scribendum, arare, nam arare lucrum dicunt latini, qvam conjecturam meam sensus & connexio versuum svadere videntur, nam aeriem lucrum qvid sit, qvis facile dixerit? Pro qvo nisi, qvid aliud scribatur; falsa foret hæc assertio Rymbeglæ; omnia vocabula in, m, finita, pro Martio valere, & hanc obrem ratio etiam svadet, ut pro Religiosum, scribatur religiosè.

84. §.

Ef þu villt vita á hvern Calendisdag, Nonasdag edur Idusdag Páſkalis terminus ſtendur; þá er ad fyrſta vetri í hverri ölld Páſkalis terminus Nonas Aprilis, V; annann octavo Calendas Aprilis, I; pridia Idus Aprilis, VI; fiorda qvarto Nonas Aprilis, II; fimta undecimo Calendas Aprilis, V; ſietta qvarto Idus Aprilis, III; ſiöunda tertio Calendas Aprilis, VI; VIII^da decimo qvarto Calendas Maii, IV; IX^da ſeptimo Idus Aprilis, VII; X^da ſexto Calendas Aprilis, III; XI^ta decimo ſeptimo Calendas Maii, I; XII^ta pridiè Nonas Aprilis, IV; XIII^da nono Calendas Aprilis, VII; XIV^da pridiè Nonas Aprilis, V; XV^da Calendas Aprilis, I; XVI^da duodecimo, Calendas Aprilis, IV; XVII^da qvinto, Idus Aprilis, II; XVIII^da qvarto, Calendas Aprilis, V; XIX^da decimo qvinto, Calendas Maji, III.

85. §.

(106) Þær tölur ſem ſilgia hveriu termino kallaſt Regulares fyrer

(105) Regulares Paſchales ſunt numeri illi qvi ſingulis annis Cycli decemnovennalis anni propoſiti vel currentis, Concurrentibus additi, oſtendunt feriam in qvam incidit terminus Paſchalis, ſiqvidem ſumma ſit ſeptenario minor; Sin autem ſeptenarium excedat, ſeptem abjectis, reſiduum feriam indicat. Sit ex. gr. anno Cycli primo, qvo terminus Paſchalis occupat Nonas Aprilis, inqvirenda feria in qvam terminus incidit, Nonis Aprilis in tabula ſeqventi terminorum Paſchalium reſpondent Regulares Paſchales 5, qvare, ſi Dominicalis ſit D, cui in tabella concurrentium reſpondent concurrentes 3, qvi Regularibus additi conficiunt 8, & ſeptem abjectis remanet, I. ſeqvitur Paſchalem terminum in feriam primam, ſive Diem Solis incidere, qvod Calendario inſpecto verum eſſe patet. Sit Dominicalis G, cui in tabella concurrentium reſpondent 7, concurrentes, qvi regularibus 5, additi producunt 12, & ſeptenario abjecto, 5 reſidui oſtendunt terminum Paſcalem in feriam qvintam ſive diem Jovis incidere. Sit Dominicalis F, cui in tabella concurrentium reſpondet concurrens I, qvi qvinqve Regularibus addi-

§. 84.

Quodſi nôſce velis qvotam diem Calendas, Nonas vel Idus terminus Paſchalis occupet; prima hyeme Cycli terminus Paſchalis obſidet Nonas Aprilis, V; ſecundâ, octavam Calendas Aprilis, I; tertiâ, Idus Aprilis, VI; qvartâ, qvartam Nonas Aprilis, II; qvintâ, undecimam Calendas Aprilis, V; ſextâ, qvartam Idus Aprilis, III; ſeptimâ, tertiam Calendas Aprilis, VI; octavâ, decimam qvartam Calendas Majas, IV; Nonâ, ſeptimam Idus Aprilis, VII; decimâ, ſextam Calendas Aprilis, III; undecimâ, decimam ſeptimam Calendas Maji, I; duodecimâ pridiè Nonas Aprilis, IV; decimâ tertiâ nonam Calendas Aprilis, VII; decimâ qvartâ pridiè Nonas Aprilis, V; decimâ qvintâ Calendas Aprilis, I; decimâ ſextâ, duodecimam Calendas Aprilis, IV; decimâ ſeptimâ, qvintam Idus Aprilis, II; decimâ octavâ, qvartam Calendas Aprilis, V; decimâ nonâ, decimam qvintam Calendas Maji, III.

§. 85.

Numeri illi qvi terminum qvemlibet comitantur, Regulares

	Non. Ap.	5	I
8	Calend. Ap.	1	II
	Id. April.	6	III
4	Non. Ap.	2	IV
11	Calend. Ap.	5	V
4	Id Apr.	3	VI
3	Calend. Ap.	6	VII
14	Calen. Maj.	4	VIII
7	Id. April.	7	IX
6	Calend. Ap.	3	X
17	Calen. Maj.	1	XI
2	Non. Ap.	4	XII
9	Calend. Ap.	7	XIII
2	Id. April.	5	XIV
	Calend. Ap.	1	XV
12	Calend. Ap.	4	XVI
5	Id. April.	2	XVII
4	Calend. Ap.	5	XIIX
15	Calen. Maj.	3	XIX

additus producit 6, qvi indicant terminum Paſchalem in ſextam feriam, h. e. in diem Veneris cadere. Sit annus Cycli duodecimus, aveo ſcire in qvam feriam incidat terminus Paſcalis, exiſtente Dominicali A, in appoſita tabella vides anno Cycli duodecimo reſpondere Regulares Paſchales 4, in tabella concurrentium literæ A, reſpondent concurrentes 6, qvi Regularibus additi producunt 10, ſeptenarius abjectus relinqvit 3, qvi indicant terminum Paſchalem in feriam tertiam ſive diem Martis incidere, & ſic cætera. Cæterum appoſita tabella repræſentat more Romano terminos Paſchales cum adſcriptis Regularibus Paſchalibus in Celumna verticali tertia, & annis Cycli decemnovennalis in qvartâ; qva igitur diſtinctius repræſentantur, qvæ Rymbegla confuſè proponit.

fyrer þá grein ad þeir byrta á hverium Vikudeigi terminus Paſchalis ſtendur ár eftir ár, med ſvofelldri reglu ad þu ſkalt ſamteingia concurrentes yferſtandande árs hverium Regularibus fyrer ſig, og ef ſu tala öll ſamt verdur VII, edur minne; þá ſkal ſa dagur þvilykur ad tölu í vikunni ſem terminus Paſchalis ſtendur uppa, og ſamhliodar þeirri tölu. Enn ef ſiá tala verdur framar enn VII, þá kasta í burtu VII, og haf þad ſem af fram geingur, og ſkal ſá Dagur Vikunnar ſem verdur likur ad tölu ſem Paſchalem terminum ber uppa og þeirri tölu ſampicker, og þetta brestur ei.

86. §.

Þetta et ſkilt ad ſetia í Páſkablad og mutera ár frá áre ad auk annara hluta, annum ſolarem og annum lunarem, annum indictionis, literam dominicalem & literam tabularem & datum diei Paſchalis annum communem ef þad ſtendur yfer; enn ellegar annum Biſſextum ef þad er, concurrentes, claves majores og minores og allra ſidaſt odigdar knackanna Epactas.

87. §.

(107) *A Xp̃o. nato, numeras & flamine miſſo.*
Sex b. dat ebdomadas & f. epta ſed ordine verſo.
Prima

(107) Hæc ſcripſio Rymbeglæ Xpo, certò eſt depravata & ſcribendum, Chriſto, id enim præpoſitio antecedens, conſeqvens participium; ſenſus verſuum & circumſtantiæ ſvadent, hos autem verſus Rymbegla ſolitarios ponit, ut neqve cum antecedentibus neqve cum ſeqventibus cohæreant, nec eorundem finem uſum vel ſcopum uno verbo innuit. Verum meditando & cum calendario conferendo, inveni hos verſus de intervallo tam minore qvam majore pactos eſſe, nullas tamen certas regulas intervalla definiendi continere, ſed tantum in certo caſu, qvanta ſint, definire. A Chriſto nato numeras & flamine miſſo, id eſt a prima die Feſti

lares dicuntur, eo qvod, qvotæ feriæ annuatim Paſchalis terminus inſiſtat, per hanc regulam indicant: Anni currentis concurrentes ſingulis Regularibus adde, & ſiqvidem aggregatum ſeptenarium vel minus conficiat, totidem feriæ ad eam inclusivè putentur, inqvam terminus Paſchalis incidit; & numero iſti reſpondet, ſi vero numerus ille ſeptem excedat, ſeptenario abjecto, adhibe reſiduum, cui ordinali numero par & congruens feria, illa dies eſto, qvam terminus paſchalis occupat, qvæ regula non fallit.

§. 86.

Hæc folio Paſchali inſerenda & annuatim mutanda ſunt, præter res alias: puta annum ſolarem, lunarem & indictionis, literam dominicalem & tabularem, & datum die Paſchatis annum communem ſiqvidem is vertens ſit; at alias annum Biſextum ſi is currens ſit, concurrentes, claves majores & minores, & ultimo vitioſas Epactas.

§. 87.

A Chriſto nato numeras & flamine miſſo.
Sex B. dat hebdomadas & F. hepta, ſed ordine verſo.

ſti nativitatis, cui adſcripta in Calendario hebdomadalis, b, puta in conſeqventia ſex hebdomadas, qvas literam, b, dare dicit, cum ipſi Feſto Nativitatis appoſita ſit, & ab ipſa putatio initium capiat; & flamine miſſo, hoc eſt a die Pentechoſtes & qvidem a litera F; qvæ conſeqventer in hoc caſu eſt dominicalis, puta ordine verſo, id eſt in antecedentia ſeptem hebdomadas usqve ad Paſcha, qvare, cum intervallum ſex hebdomadarum & litera Dominicalis F. ſit; facta collatione cum tabula introituum ſupra data (Cap. 7. §. 60. n. 81.) ſeqvitur hoc intervallum qvadrare in annum Cycli lunaris decimum ſextum vel etiam qvintum. Prima novemqve viginti alias dat ordine verſo: hic verſus in hoc eodem caſu definit qvantitatem intervalli majoris, nam exiſtente Dominicali F, Dominica prima adventus

Prima novemqve vigint. alias dat ordine verſo
Aſſint qvinqve tamen preſcriptè primiciales.
Addens ad numerum D. bis tamen ſuperabis
M. qvoqve ſi numeras. aut amplius endeca tolles.
Per duor. epactam. lux. Maji prima futuri.

88. §.

---

ventus cedit in primum Decembris, cui adſcripta hebdomadalis F, a qva ordine verſo ſive in antecedentia putando usqve ad Pentecoſten, qvæ igitur in hoc caſu Maji duodecimam occupat, cui adſcripta Dominicalis F, alias Dominicas viginti novem obtinebis. Adſint qvinqve tamen præſcriptæ Primitiales, addens ad numerum, D, bis tamen ſuperabis. Hi duc verſus de intervallo minore ſunt accipiendi & ad verſum ſecundum ita referendi, ut eum immediatè ſeqvi intelligantur, adjectivum primitialis, hic adhibuit Author verſuum metri cauſa pro primitius, debent autem ſub intelligi Dies, ut ſenſus ſit: adſint tamen qvinqve primitii dies, id eſt dies appendices minoris intervalli ſex hebdomadarum, primitiales vel primitios appellat hos dies, vel qvia concurrentibus pares numero ſemper ſunt, & conſeqventer putandi elementa præbent, vel etiam, qvia dies appendices, ſi ſeptenarium excedant, in hebdomadas ſolidas colliguntur, & conſeqventer earundem principia ſeu elementa ſuppeditant. Præſcriptos vero appellat, qvod dies appendices, qvemadmodum ipſi concurrentes, ſingulis annis totius Cycli concurrentium, ſint numero certi, definiti, determinati, tum etiam fortaſſis alludendo ad intervalli minoris tabulas computiſticas, in qvibus dierum appendicum columna ad dextram ſeqvi ſolet columnam hebdomadarum. Vult igitur verſuum Author, ſex hebdomadis minoris intervalli putando inventis, inſuper adeſſe oportere qvinqve definitos dies appendices, & illis adjiciendos eſſe, ut totum intervallum ſit ſex hebdomadarum & qvinqve dierum, & hinc eſt qvod dicat: addens ad numerum, i. e. qvos dies ad hebdomadarum numerum minoris intervalli jam inventum, addens, D, bis tamen ſuperabis. Cum enim intervallum ſit ſex ſeptimanarum & qvinqve dierum; ſeqvitur Qvadrageſimam cadere in decimum Februarii, cui adſcripta hebdomadalis F, in caſu propoſito Dominicalis, qvare cum octavo appoſita ſit hebdomadalis D, patet bis putando ſuperandam eſſe literam D, ut perveniatur ad Dominicalem F, h. e. duos dies ſupra octo eſſe putandos

ut

Prima novemqve viginti alias dat ordine verſo.
Adſint qvinqve tamen præſcriptæ Primitiales
Addens ad numerum D. bis tamen ſuperabis.
F. qvoqve ſi numeres, aut amplius hendeca tollas
Per duor. Epactam lux. Maji prima futuri.

Qq 3 §. 88.

---

ut ad decimum Februarii, qvem in caſu dato obſidet Qvadrageſima, & cui F, Dominicalis adſcripta, pertingatur. Duo verſus ultimi ad verſum tertium referendi ſunt, qvo dixerat a Dominica adventus prima, in hoc caſu in Calendas Decembris incidente, excluſivè in antecedentia putando ad Pentecoſten incluſivè, viginti novem Dominicas obtineri, depravata ſcriptio eſt, M, qvoqve ſi numeres, nem pro M, ſcribendum F, cum in literarum hebdomadalium & Dominicalium numero M, non contineatur, hinc dies dominicas intervalli majoris in caſu propoſito, h. e. anno Cycli decemnovennalis decimo ſexto vel qvinto, eſſe viginti novem. F, qvoqve ſi numeres, h. e. ſiqvidem ipſam Pentecoſten qvæ Maji duodecimum occupat, cui adſcripta hebdomadalis F, in hoc caſu dominicalis, numerationi includas, cum alioqvin Dominicarum multitudo ſit viginti octo, Feſto etiam Trinitatis connumerato. His ſubjicit partem verſus poſteriorem: aut amplius hendeca tollas, cum in caſu propoſito Pentecoſte occupet Maji duodecimum, ad menſis initium usqve in antecedentia putando ſuperſunt dies undecim, qvos hendecadem appellat, qvare, ſi amplius hendeca tollas, hoc eſt dies undecim Maji ad initium reſiduos ſumas & præcedenti ſummæ hebdomadarum viginti novem adjicias; per duorum Epactam, lux Maji prima futuri i, e, habetur vel obtinetur dies Maji prima per Epactam duorum, hunc numerum undecim, reſpiciendo ad Cyclum Epactarum appellat Epactam duorum, cum numerus aureus II. Calendis Majis ſit adſcriptus, cui in Cyclo Epactarum reſpondent Epactæ undecim, ſed per appoſitionem dies Maji undecim ad Calendas reſiduas numeri aurei 11 Epactam vocat, metri gratia ut verſum ſuum complere & ad finem perducere poſſet. Nulla igitur, ut ſupra dixi, certa regula intervalla determinandi his verſibus continetur, ſed tantum, exiſtente anno Cycli decemnovennalis decimo ſexto vel qvinto, & litera Dominicali F, qvanta ſint definitur.

88. §.

(108) Enn ef þu villt vita hversu marger eru hinir smálygnu piltarner Pactar ár frá áre; þá neit þeirri reglu þar til, ad þu tel hversu gamallt tungl er, undecimo Calendas Aprilis, ad skilia þar sem XII. terminus stendur undir; og skulu svo margir Pactar þess árs sem þar er alldur Tunglsens á þeim lid, Enn þesi locus er næstur Festo Sancti Benedicti á veturiu ad skilia næsta dag eftir.

89. §.

(109) Ternus, uden, nod, octo, sed, qvinqve, tred, ambo, decem, doc, septem, qvind, qvater, dud, jota, novem, dep. VI. qvad. principium pibus, sex fallit finis in imis &c.

90. §.

Alleins þá veri sá endir þessa máls ad vor Herra lykni þeim er skrifade þessa Rymbeglu; mun öngum audvellt ad skilia þetta mál, puncta og agrip tiider og stunder sem hier inni standa, utan med nærverandi Guds nád og heilagsanda tillkalladri, med profan litilæte og audmykt hiartans, hvad allsmegtugur

(108) Conferatur hic locus cum P. I. Cap. 19. §. 98. qvem nota 73tia illustratum vide.

(109) Hi versus qvos Rymbegla confudit in unum ita distingvendi sunt, qvibus recensentur omnes aurei numeri eo ordine ac intervallis relictis, qvæ in Calendario vacua conspiciuntur, vocabula versuum sunt Monosyllaba & Bisyllaba, Bisyllabarum prior denotat numerum cadere in eum locum vel diem, cui in Calendario aureus idem appositus, posterior locum insequentem vacuum esse, cui Regulæ in fine secundi versus computistæ veteres & horum versuum authores ut satisfacerent, cum nullam vocem Bisyllabam ad aureum VI. exprimendum haberent, ipsum hunc aureum prosodico juxta ac computistico artificio egregio, inversum

§. 88.

Qvodſi vero nôſſe geſtias, qvot ſint annuatim Epactæ vitioſæ & paululum fallaces; utere tali Regula: Qvære qvota ſit luna undecimo Calendas Aprilis, nempe qvota in eum diem incidat, cui proximè ſubjectus aureus XII. qvota enim ibidem luna, totidem anni propoſiti Epactæ ſunto. Eſt autem hic (in Calendario) locus Feſto Sancti Benedicti tempore hyberno vicinissimus, qvem proximè inſeqvitur.

§. 89.

Ternus, uden, nod, oct, ſed, qvinqve, tred, ambo, decem, doc, ſeptem, qvind, qvater, dud, jota, novem, dep. VI. qvard; Principium pluribus, ſex fallit finis in imis &c.

§. 90.

Verum enim vero huic Sermoni hunc ego colophonem impono; opem ferat illi Dominus noſter qvi Rymbeglam hanc conſcripſit. hanc materiam, puncta & momenta, tempora & horas hic intus recondita, nemo faciliter intelliget, niſi adſit gratia Dei & invocatio Spiritus Sancti, cum probatione ſui ipſius, animi

---

verſum characteribus Romanis V & I. expreſſum introduxerunt, ut per diæreſin aureus VI, in duas Syllabas, V & I. reſolveretur & conſeqventer Syllaba prior U, ſive character Romanus V, totius aurei VI, vicem ſubiret & juſtam diem in Calendario indicaret, poſterior autem Syllaba I. ſive character Romanus I, ut ſeqventem in Calendario locum vacuum innueret, qvo igitur artificio putationi & proſodiæ ſimul ſatisfecere. in verſus tertii initio, principium idem valet ac Ternus, eo qvod aureus III Januarii & Martii primis ac ultimis diebus ſit in Calendario appoſitus. his autem verſibus cum ad nullum computum utatur Rymbegla, uberio i eorundem illuſtrationi ſuperſedebo.

ugur einn Gud má giefa eftir þvi ſem hann vill hverium ſkickad hafa. Þvi hver hann vill legiaſt í ad ydka þetta mál, þá hlytur hann ádur ad vera forkláradur í hiartanu, med godri ſamviſku, reidilaus og ahyggiulaus, þad gefi allsmegtugur Gud þeim ſem þetta mál vill læra. Emtos livore, Chriſtus ditet honore, plagarum rore, baratri qvi ſolvit ab ore.

animi demisſione & humilitate cordis, qvæ Deus omnipotens ſolus largiri poterit, pro ut unicuiqve diſtribuere voluerit. Nam qvicunqve huic materiæ exercendæ incumbere volet, ipſum corde mundo, conſcientiâ bonâ, animo ab ira & ſollicitudine vacuo, prius eſſe oportebit, qvæ omnipotens Deus iis largiatur, qvi materiam hanc perdiſcere geſtiunt. Emtos livore, Chriſtus ditet honore, plagarum rore, baratri qvi ſolvit ab ore.

FINIS SECUNDÆ PARTIS RYMBEGLÆ.

RYMBEGLA.

SÁ

III. HISTORISKI PARTUR.

I. Cap.

um Odin og sonu hans.

1. §.

Upphaf allra fráſagna í Norrænne Tungu, þeirra er ſanninde filgia, hefſt þá er Tyrker og Asiæmenn bigdu nordred, þvi er þad med ſönnu ad ſeigia ad Tungann kom med þeim nordur hingad er vier köllum Norrænu og gieck ſu Tunga um Saxland Danmörk og Svipiod, Noreg og um nockurn hluta Englands. Höfudsmadur þeſsa folks var Odin ſon Þórs, hann átte marga ſonu. Til Odins telia marger ætter ſinar, hann ſkipade ſonum ſinum til landa og giörde höfdingia, eirn af ſonum hanns er nefndur Skiölldur, ſá er land tok ſier, þad er nu heitir Danmörk, Enn þá voru þeſse lönd er Aſiæmenn bigdu köllud god lönd, enn folked God Jod, þar voru ſett endemörk mille Skialldar og Ingfreirs brodur hanns er þad Ryke bygde, er nu kalla menn Sviaryke. Odin og hanns ſyner voru ſtorum vitrer og fiölkunnuger, fagrer ad alitum og ſterker ad afle, marger adrer í þeirre ætt voru mikler afburdarmenn med ymislegum algiörleik, og nockurn af þeim toku menn til ad blóta og trua á og kölludu God ſin. Skiölldur var miög agiætur

og

Cap. I.

De Othino ac filiis ejus.

§. 1.

Omnes relationes in lingva Norvegica, qvibus veritas subeſt, tum exordium capiunt, cum Turcæ & Aſiani ſeptentrionem inhabitare cæperunt. Qvare pro certo ſtatuitur lingvam illam, qvam Norvegicam dicimus, unà cum illis huc in ſeptentrionem veniſſe, qvæ lingva in Saxonia Dania, Svecia, Norvegia, & aliqvanta Angliæ parte exiſtit vernacula. Princeps populi hujus fuit Othinus Thori filius, is multos habuit filios. Multi ad Othinum genus ſuum referunt Authorem, ille filios terris præfecit ac principes creavit; cuidam filiorum ejus fuit Skioldi nomen, qvi Regionem illam occupavit, qvæ nunc audit Dania, verum tunc temporis hæ Regiones, in qvibus Aſiani ſedes poſuere, ſalutabantur terræ Divorum, populus autem proles Divorum. Inter Skiöldum & Ingfreirum fratrem ejus, qvi Regnum qvod nunc Svecia vocatur condidit, fines ſunt conſtituti. Othinus ac ejus filii erant viri ſapientiſſimi & artium magicarum periti, pulchri adſpectu & validi corporis robore, exſtiterunt in eo genere multi alii excellentiſſimi viri, variis præditi perfectionibus, qvorum aliqvem ſibi colendum, in qvo fiduciam collocarent Ethnici elegerunt, ac Deum ſuum ſalutarunt. Skioldus vir peregregius, magnæ vi hominum imperabat,

og hafde under ſier miked Ryke, manna Ryke var og miked og fridur godur, hann átte eirn ſon er Leifur het, þviad hann leifde hönum lönd og lauſafe, á hanns dögum var ſo godur fridur, ad í hanns ryke vard ecki vyg, og fyrer þvi var hann Fridleifur kalladur.

2. §.

Fridleifur var hinn meſte ſpekingur. hans ſon var Fróde, hann var ſvo vitur og margkunnigur ad af hanns nafne er ſá hvör Fródur kalladur er margkunnigur er, á dögum Fróda var ſvo mikell fridur ad einge villde mann drepa, þo ad hann ſæe fyrer ſier bundenn fódurbana ſinn edur brodur, þá lögduſt nidur rán og ſtullder, ſvo ad gullhringur lá marga vetur á þiodleid á Jálángurs heidi. Þad er ætlan manna, þá er Fridfrode var, ad í þann tima være í Romaborg Auguſtus Keiſari, ſá er frid ſetti um allan heim. Þa var Chriſtur boren; þá er Fridfrode red Rykenu var ár ſvo miked, ad akrar vurdu ſiálfſáder og þurfte ei vid vetre ad buaſt, og þá fanſt í Jördu allskonar málmur: þad var á einu áre, þá er Frode var gamall, ad reidar þrumur komu ſtorar og elldingar, þá hvarf ſol af himni og ſkalf Jörd, ſo ad biörg hrutu ur Stad, og þá komu biörg ur Jördu, og villtuſt aller ſpadomar.

II. Cap.

HER SEGIR UM LEINGD SIGLINGA, OG HVÓRSU ISLAND HEFUR FYRST FUNDEST.

3. §.

Svo ſeigia froder menn ad frá Stadi ſie VII. dægra Sigling til horns á auſtandverdu Islande. Enn fra Snæfellsnese

þar

rabat, amploqve Regno & pace bona fruebatur. Filium habebat unicum, cui Leifus nomen, qvia terras & bona mobilia ei cessit. Erat eo regnante tanta pax, ut in Regno suo cædes committeretur nulla; & hinc Fridleifus salutabatur.

§. 2.

Fridleifus vir sapientissimus, filium Frodum habebat, qvi tam sapiens ac multiscius erat, ut a suo nomine qvilibet multiscius nominetur Frodur. Erat Frothone regnante tanta pax, ut, licet patris fratrisve parricida præsente conspecto & vinculis constricto, cædem committere vellet nemo. Tunc temporis rapinæ ac furta adeo in desvetudinem abierunt, ut annulus aureus super via publica in tesqvis Jalangri, multos annos (conspectus & intactus) jaceret. Opinio est Fridfrodo regnante, fuisse Romæ Cæsarem Augustum, qvi in toto terrarum orbe pacem sancivit, eo tempore natus est Christus. Regnante Frodo tanta fuit ubertas annonæ, ut agri sponte sua saturati fructus ferrent, nec ad hiemem se præparare opus esset. Id temporis in terra reperta sunt omnis generis metalla. Frodo jam sene, anno qvodam magna tonitrua ac fulgura contigerunt, sol de cælo disparuit, ac terra contremuit, ita ut petræ locis suis excuterentur; & ex terræ visceribus emergerent, & vaticinia confundebantur omnia.

CAP. II.

DE LONGITUDINE QVARUNDAM NAVIGATIONUM ET PRIMA ISLANDIÆ INVENTIONE.

§. 3.

Asserunt periti a Stadis usqve ad Hornum (Angulum) in Islandia orientali septem dierum civilium navigationem esse.

Sed

þar sem skemst er til Grænlands fiögra dægra haf í vestur ad sigla, enn ef siglt er ur Biorgvin til hvarfsins á Grænlande í vestur fullt, þá má siglt verda tylft fyrer sunnann Island: Frá Reykianese á sunnanverdu Islande er V dægra haf til Aullduhlaups á Irlande í südur fullt. Enn frá Langanese á nordanverdu Islande, fiögra dægra sigling til Svalbarda í hafsbotn.

4. §.

Svo segir ad menn skylldu fara af Noregi til færeya, nefna menn þar til vyking eirn er Nador hiet, þá rak langt vestur í haf, þeir fundu þar land miked, komu þeir austan ad landenu, og gengu þar uppá land á fiall eitt hatt, þeir sáu eingi lykinde til þess ad þetta land være bygdt, þeir foru aptur til færeya um hausted, hann gaf landenu nafn, og kallade Snæland.

III. Cap.

UM BISKUPA OG ABOTA Á ISLANDE OG GRÆNLANDE.

5. §.

Þessir hafa Biskupar vered á Grænlande í Gördum. Eirekur, Haralldur, Jon Krare (a), Jon Smirill, Helge, Nicolas, Olafur, Þórdur, Bokke, Arne, Alfur.

6. §.

Þesser hafa vered á Islande í Skálhollte. Isleifur, Gisur, Þórlakur, Magnus, Klængur, Þórlakur, Páll, Magnus, Sigvardur,

(a) D. Knare.

Sed a Snæfellsneſo ad Groniam, ubi breviſſimè diſtat, quadriduanum æqvor in occaſum emetiendum. Qvodſi vero Biörgvinâ ad Hvarfum in Gronia navigetur in cardinem occidentis; ab auſtrali Islandia æqvor duodenarium navigendum eſſe. a Reikianeso in Islandia auſtrali, ad Aullduhlaupum in Hybernia verſus cardinem Meridiei, qvinqve; At a Langaneso in boreali Islandia ad Svalbardum in ultimo ſinus terminalis receſſu, qvatuor diebus civilibus navigatur.

§. 4.

Fertur a Norvegia in Acmodas iter fuiſſe inſtituendum, cujus itineris Dux aſſignatur Pirata qvidam cui Naddoddi nomen, illi in oceano verſus occaſum ad longam diſtantiam acti, Regionem ibi magnam invenerunt, ad littus regionis orientale appulſa navi, ibi in continentem egreſſi, in ſummitatem montis cujusdam excelſi aſcenderunt; Signa vero inhabitationis hujus regionis veroſimilia viderunt nulla, autumno in Acmodas ſunt reverſi. ille nomen impoſuit regioni ac Snælandiam ſalutavit.

CAP. III.

DE EPISCOPIS ET ABBATIBUS ISLANDIÆ ET GRÖNLÆ.

§. 5.

Hi fuere Epiſcopi Gardis in Grönia: Eirekus, Haraldus, Jonas Krarus, Jonas Smirillus, Helgo, Nicholaus, Olafus, Thoroddus, Bochus, Arnas, Alfus.

§. 6.

Hi Skalholti in Islandia fuerunt: Isleifus, Giſſur, Thorlacus, Magnus, Klangus, Thorlacus, Paulus, Magnus, Sigvardus,

vardur, Arne, Arne, Jon Halldorsson, Jon Indridason, Jon Sigurdsson, Gyrder, Þórarin Oddgeir.

7. §.

Þessar ad Holum: Jon, Ketell, Biörn, Brandur, Gudmundur, Botolfur, Heinreckur, Brandur, Jörundur, Audundur, Laurentius, Eigell, Ormur, Jon.

8. §.

Þesser hafa Abotur vered á Mukapverá: Nicholaus, Biörn, Hallur, Einar, Ormur, Ketell, Arne, Eyulfur, Liotur, Þórer, Bergur, Haflide.

9. §.

Þesser ád Þingeyrum Abotar: Vilmundur, Asgrimur, Hreinn, Þórbiörn, Augmundur, Karl, Káre, Þórarin, Vermundur, Biarne, Hoskuldur, Gudmundur, Biörn, Stephan, Arngrimur, Gunnsteirn.

10. §.

Þesser Abotar hafa í Videy vered. Arnor, Runolfur, Andres Dreingur, Helge, Biörn, Jon.

11. §.

I Veri þessir, Þórlakur hinn helgi, Gudmundur Bialfason, Jon Loptsson, Hallur Gisursson, Arnor, Brandur Jonsson, Runolfur Sigmundarson, Lodmundur, Þórlakur Loptsson, Ejulfur.

12. §.

Ad Helgafelle þesser: Augmundur, Þórfinnur, Ketell, Hallkell, Olafur, Gudmundur, Þórdur, Þórkell, Þórsteirn bollotur, Asgreimur, Gudmundur, Lambkár, Runolfur, þesser voru lauser hiá.

IV.

vardus, *Arnas*, *Arnas*, *Jonas Hallthori filius*, *Jonas Indridi filius*, *Jonas Sigurdi filius*, *Gyrder*, *Thorarinus*, *Oddgeir.*

§. 7.

Hi exſtiterunt Holis: Jonas, *Ketillus*, *Biörn*, *Brandus*, *Gudmundus*, *Botolfus*, *Henrikus*, *Brandus*, *Jörundus*, *Audunus*, *Laurentius*, *Egellus*, *Ormus*, *Jonas.*

§. 8.

Hi fuerunt Abbates Mukathveræ: Nicholaus, *Biörn*, *Hallus*, *Einar*, *Ormus*, *Ketillus*, *Arnas*, *Eyulfus*, *Liotus*, *Thorus*, *Bergus*, *Haſlidus.*

§. 9.

Hi Thingeyris exſtiterunt Abbates: Vilmundus, *Asgrimus*, *Hreinn*, *Thorbiörn*, *Augmundus*, *Karl*, *Kári*, *Thorarinus*, *Vermundus*, *Biarni*, *Höſculdus*, *Gudmundus*, *Biörn*, *Stephanus*, *Arngrimus*, *Gunſteinus.*

§. 10.

Hi fuerunt Abbates Videyæ: Arnor, *Runolfus*, *Andreas Dreingus*, *Helgo*, *Biörno*, *Jonas.*

§. 11.

Hi fuerunt Veris: Thorlacus ſanctus, *Gudmundus Bialfi filius*, *Jonas Lopti filius*, *Hallus Giſſuris filius*, *Arnor*, *Brandus Jonæ filius*, *Runolfus Sigmundi filius*, *Lodmundus*, *Thorlacus Lopti filius*, *Eiulfus.*

§. 12.

Hi fuerunt Helgafelli: Augmundus, *Thorſinnus*, *Ketillus*, *Hallkellus*, *Olafus*, *Gudmundus*, *Thordus*, *Thorkill*, *Thorſtein-Bollottus* (*rotundus*), *Asgrimus*, *Gudmundus*, *Lambkar*, *Runolfus*, *hi extra extraordinarii fuere.*

IV. Cap.

UM FIARDANÖFN Á ISLANDE.

DE NOMINIBUS SINUUM CIRCA ISLANDIAM.

13. §. *I Auſtfiördum.*	§. 13. In Auſtfiordis, ſive Qvadrante Islandiæ orientali ſunt hi ſinus.
1. Skardsfiördur.	*Sinus Inciſuræ, ſcil. Montis vicini.*
2. Aunundarfiördur.	*Sinus Aunundi.*
3. Finnafiördur.	*Sinus Finnorum.*
4. Hornafiördur.	*Sinus angularis.*
5. Uthvalafiördur.	*Sinus balenarum rariorum.*
6. Midfiördur.	*Sinus intermedius.*
7. Vopnafiördur.	*Sinus armigeri.*
8. Borgarfiördur.	*Sinus monticuli.*
9. Lodmundarfiördur.	*Sinus Lodmundi.*
10. Mioafiördur.	*Sinus anguſtus.*
11. Nordfiördur.	*Sinus borealis.*
12. Seidisfiördur.	*Sinus culinaris.*
13. Hellisfiördur.	*Sinus Antri.*
14. Vidifiördur.	*Sinus latus.*
15. Geirfiördur.	*Sinus Geiri.*
16. Eſkifiördur.	*Sinus fraxini.*
17. Reidarfiördur.	*Sinus balenæ grandioris.*
18. Faſkrudsfiördur.	*Sinus inopiæ.*

19. Stodvarfiördur. *Sinus ſtationis, ſc. piſcatoriæ.*
20. Breiddalsfiördur. *Vallis latæ ſinus.*
21. Berufiördur. *Sinus Urſæ.*
22. Alftafyrder II- *Sinus duo Cygnorum.*
23. Lonafiördur. *Sinus æſtuariorum.*
24. Papafiördur. *Sinus Papiſtarum.*
25. Hornfiördur. *Sinus angularis.*

14. §.

Þeſser eru í Sunlendinga fiordunge.

1. Staksfiördur. *Sinus togæ.*
2. Hafnarfiördur. *Sinus portus.*
3. Kollafiördur. *Sinus ſcopulorum exſtantium.*
4. Hvalfiördur. *Sinus balenarum.*
5. Grunnafiördur. *Sinus Breviorum.*
6. Borgarfiördur. *Sinus monticuli.*

§. 14.

In Qvadrante Islandiæ Auſtrali ſunt hi ſinus.

15. §.

Þeſser fyrder gánga af Borgarfyrde, og hverfa í Veſtfyrdinga fiordung.

1. Straumsfiördur. *Sinus currentis aqvæ.*
2. Hafursfiördur Snæfellsnes. *Sinus Capri*
3. Breidifiördur. *Iſthmus montis nivoſi.*
4. Kirkiufiördur. *Sinus latus.*
Sinus templi.

§. 15.

Hi ſinus a Borgarfiordo excurrunt & in Qvadrantem occidentalem incurrunt.

5. Grundárfiördur.	*Sinus Campi.*
6. Kolgrafafiördur.	*Sinus ſcrobis carbonariæ.*
7. Hraunfiördur.	*Sinus ſaxeti ſcabri.*
8. Miofafiördur.	*Sinus anguſtus.*
9. Vigrafiördur.	*Sinus gladiorum.*
10. Alptafiördur.	*Sinus Cygnorum.*
11. Hvamsfiördur.	*Sinus Hvammicus, ſive loci diſparientis depreſſi.*
12. Gellisfiördus.	*Sinus Gelleri.*
13. Gillsfiördur.	*Sinus hiantis terræ.*
14. Kroksfiördur. (b)	*Sinus unci.*
15. Þórſkafiördur.	*Sinus acellorum.*
16. Diupafiördur.	*Sins profundus.*
17. Gufufiördur.	*Sinus Gufi.*
18. Kollafiördur.	*Sinus ſcopulorum eminentium*
19. Kvigindisfiördur.	*Sinus Juvencæ.*
20. Skalmarfiördur.	*Sinus ſcalmæ, ſc. equæ.*
21. Vattarfiördur.	*Sinus chirotecæ.*
22. Kerlingarfiördur.	*Sinus Vetulæ.*
23. Kialkafiördur.	*Sinus prominentiæ ſcil. maxillæ.*
24. Vatnsfiördur. (c)	*Sinus lacus.*
25. Bordfiördur.	*Sinus aſperis.*
26. Patreksfiördur.	*Sinus Patreki.*
27. Talknafiördur.	*Sinus Talkni hominis.*

28.

(b) D. eptir Kroksf. leggur til Berufiördur, *poſt ſinus unci addit ſinus urſæ.*

(c) B. eptir Vatnsf. leggur til Vadill, *poſt ſinus lacus addit ſinus vadoſus.*

28. Þórsfiördur.	*Sinus Thori.*
29. Reidarfiördur.	*Sinus balenæ majoris.*
30. Troſtanfiördur.	*Sinus Troſtantis.*
31 Geirþiofsfiördur.	*Sinus Geirthioſi.*
32. Arnarfiördur.	*Sinus Örni.*
33. Dirafiördur.	*Sinus Diri.*
34. Önundarfiördur.	*Sinus Önundi.*
35. Sugandafiördur.	*Sinus ſugandi.*
36. Skutulsfiördur.	*Sinus tragulæ balenariæ.*
37. Alptafiördur.	*Sinus Olorum.*
38. Seidisfiördur.	*Sinus culinarius.*
39. Heſtsfiördur.	*Sinus monticuli inſtar eqvi adparentis.*
40. Skötufiördur.	*Sinus Rajarum.*
41. Miofifiördur.	*Sinus anguſtus.*
42. Vatnsfiördur.	*Sinus lacus.*
43. Reidarfiördur.	*Sinus balenæ majoris.*
44. Isafiördur.	*Sinus glacialis.*
45. Kalldalon.	*Æſtuarium frigidum.*
46. Jökulsfiördur.	*Sinus montis glacialis.*
47. Hornfiördur.	*Sinus angularis.*
48. Rafnsfiördur.	*Sinus Rafni.*
49. Lonafiördur.	*Sinus Æſtuariorum.*
50. Ranghali.	*Sinus flexuoſus, ſive flexura maris.*
51. Veideleiſa.	*Sinus piſcibus vacuus.*
52. Nordfiördur.	*Sinus borealis.*

53. Hornfiördur.	*Sinus angularis.*
54. Furufiördur.	*Sinus abietis.*
55. Paralátur.	*Statio phocarum algata.*
56. Reikiarfiördur.	*Sinus fumantium Thermarum.*
57. Biarnarfiördur.	*Sinus Biarni.*
58. Drangafiördur.	*Sinus ſublimium Saxorum.*
59. Eivindarfiördur.	*Sinus Eivindi.*
60. Ingolfsfiördur.	*Sinus Ingolfi.*
61. Ofeigsfiördur.	*Sinus Ofeigi.*
62. Nordfiördur.	*Sinus borealis.*
63. Trekyllisvyk.	*Receſſus maris lignorum Rhopalo ſimilium.*
64. Reikiarfiördur.	*Sinus fumantium Thermarum.*
65. Veidelaus.	*Sinus ineptus piſcaturæ.*
66. Biarnarfiördur.	*Sinus Biarni.*
57. Steingrimsfiördur.	*Sinus Steingrimi.*
68. Kollafiördur.	*Sinus eminentium ſcopulorum*
69. Bitra.	*Sinus Bitri Thorbiarni.*
70. Hrutafiördur.	*Sinus arietum.*

16. §.

Peſſer eru í Nordlendinga fiördunge.

§. 16.

In Qvadrante boreali ſunt hi ſinus.

1. Midfiördur.	*Sinus intermedius.*
2. Vatnafiördur.	*Sinus lacuum.*

3. Skagafiördur.	*Sinus promontorii.*
4. Siglufiördur.	*Sinus Navigationis.*
5. Hiedinsfiördur.	*Sinus Hedini.*
6. Olafsfiördur.	*Sinus Olafi.*
7. Eyafiördur.	*Sinus Infularum.*
8. Þórgeirsfiördur.	*Sinus Thorgeiri.*
9. Hvalvatnsfiördur.	*Sinus lacus balenaris.*
10. Skiálfande.	*Sinus tremulus.*
11. Augsfarfiördur.	*Sinus fecuris.*
12. Þiſtelsfiördur.	*Sinus Thiſtelli.*
13. Lánganes.	*Peninſula longa.*
Nu er komid til mots vid pad ſem uppvar hafed.	*Nunc ad terminum perventum eſt a qvo cæptum.*

V. Cap.

UM EYAR VID NOREG.

17. §.

Hier næſt ſkal ſkrifa nockud af Eyum fyrer Noreigi: Þeſsar eru Eyar fyrer Halogalande. Næſt er bygd af Chriſtnum mönnum Ey ſu er Salar Ey heitir, önnur Þydings Ey, þá er fiördur er Malangur heitir, hann ſkilur Finnmörk vid Bumenn, fyrer ſunnan Málangur ſtendur kirkia er heitir í Leingiuvyk, er menn hyggia norduſtu kirkiu í heiminum, þá er Ey er Senniab heitir, þá Trukney (d), Durex Ey, Andyria, Roölld, Brimilsey, Biarkey, Sóneſta, Qvidiney, hun er meſt, þá er í Kvidufyrde, þá Þrandarnes.

18. §.

Gautelfur ſkilur Noregs Kongs Ryke, og Svya Kongs Ryke, hun fellur ur Vatnenu Væni, og veſtur í haf, geingur Svyavellde fyrer ſunnan elfina. Hysing liggur veſtur vid haf í ár Kvyslum, og á hálfa hvor konganna, Aſkheimsherad liggur ut vid ſio fyrer ſunnan Elfi, Sæfudalur næſt upp frá modunne, þá Fluduherad, þá áler, þá Biarkherad, þá Hufunes, þá Vetlaherad, Kaupſtadur í Liodhuſum er vid elfina fyrer ſunnan.

19. §.

Fyrer veſtann Væni eru Sunndaler og merkur í Svya Kongs vellde, fyrer nordann Vatnsenda liggur Vermaland; enn

(d) Trakney pro Trukney. B.

CAP. V.

DE INSULIS JUXTA NORVEGIAM SITIS.

§. 17.

His immediate Styli officio ſubjungam aliqvid de Inſulis juxta Norvegiam ſitis: Hæ Inſulæ Halogalandiæ præjacent: Chriſtianorum territorio viciniſſima exiſtit Inſula, qvæ dicitur Salareya, Inde altera Thydingseya. Tum ſinus occurrit, qvi appellatur Malangum & Finnomarchiam a Bumene diſcriminat. Ab auſtrali parte Malangi ſitum eſt templum qvod appellatur Leingiuvikum & in toto orbe borealiſſimum exiſtimatur, tum occurrit Inſula cui nomen Senniaba, Inde Trukneya, Durexeya, Andyria, Roolda, Brimilseya, Biarkeya, Soneſta, Qvidineya qvæ omnium maxima, tum occurrit Qvidufiördus, Inde Prandaneſum.

§. 18.

Gautelfa Regnum Norvegiæ a Regno Sveciæ dirimit, illa ex lacu Væno elapſa, & occaſum verſus currens in mare ſe exonerat, a parte fluminis auſtrali excurrit Sveciæ Regnum, ad littus maris occidentale inter ramos fluminum, ſita eſt Hysinga, cujus dimidiam partem poſſidet utervis Rex. Aſkheimsheradum (Tractus Aſkheimius) eſt ab auſtrali parte fluminis maritimum; viciniſſimus flumini verſus ſuperiora jacet Sæfudalus. Tum Fluduheradum, tum Ali, inde Biarkheradum, tum Hufunesum, inde Vetlaheradum, in ripa fluminis auſtrali exiſtit Emporium Liodhuſum.

§. 19.

Ab occidentali parte Væni occurrunt Sundali & Markiæ in Sveciæ Regno. Ad ſeptentrionalem terminum fluminis jacet

enn þá fyrer auſtann Vatnsbu, þá Gautland ed veſtra, miked land, þar er Kaupſtadur í Skorum og Biſkupsſtoll rykur ſvo ſeigia Gauter ad under þeim Biſkupe ſie XI. hundrud kirkna, í hinu eiſtra Gautlande er Falan miked hierad, þá er Saulu kaupangur, þar er friádagsþing alla XII. mánude.

20. §.

A auſtanverdu veſtra Gautlande eru hleinar, og nockuru veſtar er Elgiarás, fyrer veſtann hleinar er ſá Skogur er Tvividur heitir, hann er XII. raſta breidur, fyrir auſtann Tvyvid heita Smálönd, þá er vatn þad er meſt er kallad í Svyavelldi, heitir Veitur. Þá er Viſnisey og kaſtale rykur er kongur geimir í gersemar ſynar, og þar er meſt trauſt hanns í öllu rykenu.

VI. Cap.

UM GRÁT CHRISTS, HANNS BLODS UTRENNSLE OG HINN SYDARSTA DAG.

21. §.

Eige er þad leſed ad Drotten hafe optar grated edur tárfelldt, enn þrisvar. Einuſinne þá er hann kom til Jorſalaborgar og ſagde fyrer audn Borgarennar og nidurbrot. Annad ſinn gret hann ad leide Lazari, þridia ſinn í þyningu ſinne, enn án grats var Drottinn fæddur, því þar var eigi efne til fyrer hönum ad gráta ſem adrer hafa, þeir ſem í Verröldina koma, hann var getin af helgum anda enn aller adrer afmánáder.

22. §.

Vermalandia, tum vero ortum versus excurrit Vatnsbuum, inde Vestrogothia vastus tractus, Skora existit ibi Emporium, & sedes Episcopalis locuples. Asserunt Gauti Episcopo illi undecies centum templa subesse. In Ostrogothia existit Falan vastus tractus; tum occurrit Saulu kaupangum, ibi singulo mense die veneris forum celebratur.

§. 20.

In Vestrogothiæ orientali parte sunt Hleinæ, & aliquanto inde versus occasum spatio existit Elgiarâsum, a Hleinis occasum versus occurrit silva illa quæ Tvividus appellatur vastas duodecim lata; a Tvivido versus ortum dicuntur Smalandiæ. Tum occurrit lacus qvi in Sveciæ regno maximus habetur, & Veita vocatur. Tum occurrit Visniseya & castellum ibi opulentum, in qvo Rex sua asservat pretiosa, & in toto Regno, ejus vires ibi existunt maximæ.

CAP. VI.

DE FLETU CHRISTI, SANGVINIS SUI EMANATIONE EE JUDICIO EXTREMO.

§. 21.

Dominum Jesum sæpius qvam ter flevisse vel lacrimâsse non leginus. Una vice cum Hierosolyma viniens, vastationem & destructionem Urbis prædiceret; secunda vice flevit ad Lazari sepulcrum; tertia vice in passione sua. Verum sine fletu natus est Dominus, qvippè qvæ aliis hominibus, dum in lucem eduntur, causa lacrimandi existit, apud ipsum locum invenit nullum: Is enim a Spiritu Sancto conceptus est; at omnes alii corrupto flamine concipiuntur.

22. §.

Svo ſeigir Ritning ad Drottne vorum hafe fimſinnum blodrunned, fyrſt er hann var ſkyrdur ummſkurnar Skirn, annad ſinn um nottena ádur hann var teken, þá ſveitteſt hann blode á bæn ſinne, þridia ſinn þá er hann var bunden vid ſtolpa og bardur, fiorda ſinn þá er hann var krofsfeſtur, og hendur hanns og fætur voru negldar, fimta ſinn er Longinus lagde ſpiote á ſydu hönum, og rann ur ſárinu bædi blod og vatn.

23. §.

Þad ſeigia helgar ritningar ad domur hinn efſte ſá er Drottin kemur ad dæma um allt mannkyn, ſkule verda í loptinu, yfer dalnum Vallis Joſaphats, þar ſem Maria Guds moder var jördud, og horfe vinſtre hönd Drottins til ryke Jardar, enn hin hægre til himens, og ſkal ecki hallt verda nie ſkakt, þviad iafn ervidt er ad renna huganum til himens og Jardar, auſtur og veſtur, og hvörge fer hann hallt hvört ſem hann rennur.

24. §.

Enn þá er öndin tekur likama í ödru lyfe, þann hinn ſama ſem madur ber hier í lyfe, þá ſkulu godra manna likamer taka ferfallda pryde, fyrer þvi ad hvor madur er ſkapadur af fiorum höfudſkiepnum, Ellde og lopte, Vatne og Jördu, og er þad efne ſaman haft til allra likamlegra hluta af Gude, Enn önden er af öngvo efne ſköpud enn likame ſá er Gude hefur þionad þeſsa heims, tekur þá laun á Domsdeigi af Gude, ad hann ſkal vera liettfær og ſva ſkiotur ſem hugur manns, ſvo gagnsær (e) og ſmáſmugull þo ad hid ſterkaſta fiall væri fyrer, þá være hann þegar í gegnum, og þröng var öngvan Stad edur minkar, og

þarf

(e) Gagnfær Penetrabile. B.

§. 22.

Asserit scriptura Sacra Domino nostro qvinqvies sangvinem manavisse, prima vice, dum baptismo circumcisionis baptizaretur; secunda vice, dum ea nocte qva captus, antequam caperetur, inter precandum sangvinem exsudaret, tertia vice, dum columnæ alligatus verberibus afficeretur; qvarta vice dum crucifixo manus & pedes clavis transfixi essent; qvinta vice dum ejus latere a Longino hasta trajecto, e vulnere sangvis & aqva effluerent.

§. 23.

Asserunt libri Sacri, Dominum ad iudicandum totum genus humanum venientem, iudicium extremum in æthere super valle Josophati esse celebraturum, ubi Maria Dei mater fuerat sepulta. Sinistra Domini terram, dextra cælum respiciente, non tamen inclinatum iri (Corpus Domini) nec in situ obliqvo fore. Qvia pari facilitate animus cælo ac terræ, orienti ac occidenti sistitur præsens, & cuicunqve objecto intenditur, ad ipsum nuspiam inclinatur.

§. 24.

Qvum vero in altera vita assumserit anima idem, qvod homo in hac vita gestat corpus; Corpora bonorum qvadruplex decus accipient, eo qvod omnis homo ex qvatuor elementis est conditus, igne, aere, aqva & terra; qvas materias Deus in rebus omnibus corporeis combinavit, animam vero ex nihilo creavit. Corpus autem illud, qvod in hac vita inserviit Deo, die judicii id accipiet præmii; ut sit futurum levissimum & tam pernix ac animus humanus, tam acuti visus ac subtile, ut statim vel solidissimum montem sibi objectum penetret, ut locum nullum reddat angustiorem vel minorem, nec spatium in qvo

existit

þarf ecki rum þo ad ſie í hann ſkal vera VII. hlutum biartare enn ſol og liſa án öllum ſiuk leikia og ryka ad eylyfu med Gude.

VII. Cap.

UM REGNBOGA.

25. §.

I Regnboga eru þryr liter, vatns og brenneſteinsloga og ellds. Þad minner oſs á ad ottaſt þrefallda reide Guds, þá er kemur yfer heimen; Vatn kom í Noa flode, brenneſteins logie kom yfer Sodomam og Gomorram, Elldur mun koma yfer allan heim fyrer domsdag.

26. §.

Þeſser enu ſömu liter í regnboga merkia þrefallda fyrergefning ſyndanna. Ein er í Skyrn, onnur er í Idran ſynda, þridia er í lyfláte fyrer Guds ſaker, Vatnslitur merker fyrergefning ſynda íSkyrn, þvi filger blydleiki mikell og eingi Torvellda. Brenneſteins logie merker Ydran ſynda, þvi fylger beiſkleikur mikell.

27. §.

Og þeſsa þrefallda reidi Guds táknar Regnbogie. hann var ei ſien fyrer Noa flod, ſydan er hann ſyndur í minning fyrerheits þeſs er Gud hiet Noa ad ey ſkyllde optar flod koma þad er heim kefde, ſvo ſem á hanns dögum hefde vorded, Elldslitur merker fyrergefning ſynda í lyfláte, fyrer Guds ſaker, þar filger Ogn mikel og biartleikur mikell.

VIII.

exiſtit repleat, ut ſeptula claritate ſolis ſplendeat, ac ſine omni ægritudine vivat ac regnet cum Deo in æternum.

CAP. VII.

DE IRIDE.

§. 25.

In Iride tres ſunt colores, aqveus ſulphureus & igneus. Id ipſum triplicis iræ Dei, qvæ mundo ſupervenit pertimeſcendæ nos admonet. Diluvio Noemico orbi terrarum aqvæ; flammæ ſulphureæ Sodomæ & Gomorræ ſupervenerunt; ante diem judicii Ignis toti mundo ſuperveniet.

§. 26.

Hi ipſi ter gemini in Iride colores, triplicem denotant remiſſionem peccatorum, qvarum una in baptiſmo, ſecunda in pœnitentia peccatorum, tertia in Martyrio evenit. Color aqveus deſignat remiſſionem peccatorum in baptiſmo, qvam grata admodum ſenſatio, & moleſta nulla comitatur. Flamma ſulphurea indigitat pœnitentiam peccatorum, qvæ multam acerbitatem habet comitem.

§. 27.

Ergo hanc triplicem iram Dei deſignat iris. Ante Diluvium Noemicum illa conſpecta non eſt, Poſt id ipſum in memoriam ejus promiſſionis eſt oſtenſa, qva Noæ Deus pollicitus eſt, non ſæpius venturum diluvium, qvo totus. ut ſuo tempore factum, ſubmergeretur orbis. Color igneus denotat remiſſionem peccatorum in Martyrio; comitatur ipſum magnus terror & ingens claritas.

VIII. Cap.

um þau IIII. storþing.

28. §.

Fiögur hafa Storþing vered, þau er einkum er ſkylldt kallad ad hallda þau bodord er þar hafa boden vered af helgum fedrum. Eitt var í Nicea á dögum Conſtantini Keiſara og Julii Páfa, þar var Arius fordæmdur og villa hanns af CCC og VIII Biſkupum. Annad var í Conſtantinopoli á dögum Gratiani Keiſara og Damaſi Páfa, þá var Macedonius fyrerdæmdur, og hans villa af CLIIII. Biſkupum, Macedonius talde helgan Anda ei Guddom.

29. §.

Þridia þing var í Efeſo, á dögum Theodoſii Keiſara og Celeſtini Páfa, þá var Neſtorius fyrerdæmdur af CC. Biſkupa, ſu var hanns villa ad hann talde annan vera ſon Guds, enn annan ſon manns, og kallade hann af þvi Chriſt Drottin mann ad eins vera, enn ei Gud, enn ſu er riett trua ad hann er bæde Gud og madur. Ed fiorda þing almennelegt var í Calcedonia á dögum Marciani Keiſara og Leonis Páfa, þá var Evtiches fordæmdur og hanns villa af DC. Biſkupa og XXX. Evtickes var gagnſtædelegur Neſtorio í villu ſinne, hann talde ſvo, ad ſonur Guds var gud og madur, medan hann var hier í heimi, Enn nu kallade hann manndom hafa horfid í Guddom og talde ſon Guds ad eins vera, enn ei mann, Enn heilög trua iatar ad hann er í tvöfölldu edle, bædi Gud og madur.

IX.

CAP. VIII.

DE CONCILIIS OECUMENICIS.

§. 28.

Qvatuor fuere concilia oecumenica, qvorum præcepta a Sanctis patribus ibi tradita, inprimis putantur esse servanda. Unum exstitit Niceæ, imperante Constantino Cæsare & Julio Pontifice maximo, qvo Arius & suus error, a trecentis & octo Episcopis est damnatus. Secundum fuit Constantinopoli, imperante Gratiano Cæsare, & Damaso Pontifice maximo, tunc Macedonius ac hæresis ejus a centum qvinqvaginta qvatuor Episcopis est damnatus. Macedonius Spiritus Sancti Deitatem negabat.

§. 29.

Tertium Concilium exstit Ephesi, imperante Theodosio Cæsare & Celestino Pontifice maximo, tum Nestorius a ducentis Episcopis est damnatus; hæc hæresis sua consistebat in eo, qvod filium Dei a filio hominis diversum statuit, unde Christum Dominum pro homine tantum, non autem pro Deo habuit. Recta vero fide & Deus & homo esse creditur. Qvartum Concilium oecumenicum fuit Calcedoniæ, imperante Marciano Cæsare & Leone Pontifice maximo, tunc Evtiches ac hæresis sua a sexentis & triginta Episcopis fuit damnatus. Evtichiana hæresis Nestorianæ fuit opposita: Statuit ille filium Dei, & Deum & hominem fuisse dum hic in terra versabatur; Nunc autem naturam humanam in divinam esse conversam, & Dei filium esse duntaxat, at non hominem. Sancta vero fides asserit eum in duplici natura esse cum Deum tum hominem.

IX. Cap.

FRÁ SONUM NOA.

30. §.

Syner Noa voru þryr, þeir ſkiptu öllum heimenum med ſier, hvar hvörs þeirra kyn ſkyllde biggia, ſkyllde Sem hafa þann hlut heims til bygdar er Aſia heitir, þad er kallad helmingur heimſins. Japheth het annar ſonur Noa hann ſkyllde byggia nordur alfu heimſins, þad er kallad Europa. Cam het enn þridie ſonur Noa, hann ſkyllde byggia þad ed Affrica heitir, þad er um uſtudurs átt heimſins.

31. §.

Sem átte V. ſonu og bygdu þeir um auſtur álfu heimſins, Eirn þeirra het Elam, annar Aſſur, III. Arphaxat, IV. Iludi, V. Aram, þeſse eru þar þiodlönd í þeim hluta heimſins: Indialand, Perſidialand, þar bygde Elam, Aſſyrialand, þar bygde Aſſur, Medialand, Kalldealand, þar bygde Arphaxat, Syrland, Bactrialand, þar bygde Iludi, Albanialand, Kvennaland, Svipiod hin mikla, þar bygde Aram. Enn alls eru talen Þiodlönd í þeim hluta heims CCCC. og VI. Enn þá er Tungur ſkiptuſt, þá komu í þann hlut Tungur VII. og XX.

32. §.

Japhet átte VII. ſonu, þeirra nöfn voru þeſsi, Gomer, Magog, Madan, Joſian, Tubal, Moſok, Tiras: þeſse eru þar Þiodlönd, ſvipiod en mikla; þar bigde Gomer, Kylfingaland, þar bigde Magog, þad köllum vier Gardaryke, Grickland þar bigde

CAP. IX.

DE FILIIS NOÆ.

§. 30.

Tres fuere filii Noæ, illi totum inter se tribuerunt orbem, qvam partem genera singulorum inhabitatum irent; partem illam qvæ dimidia orbis terrarum habetur, & Asia dicitur, Semus obtineret. Secundo Noæ filio erat Japheti nomen, cui pars orbis borealis, qvæ Europa vocatur, inhabitanda cederet. Tertio Noæ filio nomen erat Chamo, cui incolenda obveniret Africa, qvæ circa Africi plagam sita.

§. 31.

Qvinqve Semus habuit filios, qvi in oriente sedes posuerunt, horum unus dicebatur Halamus, secundus Assyrius, tertius Arphaxatus, qvartus Iludus, qvintus Aramus. In illa orbis parte sunt hæ regiones habitatæ: India, Persia, ibi Elamus habitavit; Assyria, ibi Assyrius habitavit, Media, Chaldea, qvas Arphaxatus incoluit, Syria, Bactria, ubi Iludus sedes fixit, Albania, Terra Amazonum, Tartaria Asiaticu, ibi Aramus habitavit: In ea vero orbis parte numerantur in universum, Regiones habitatæ sex & qvadringentæ, lingvis autem divisis, illi parti lingvæ viginti & septem cessere.

§. 32.

Japheto fuere filii septem, qvorum hæc nomina: Gomerus, Magogus, Madan, Josian, Tubal, Mosochus, Tirus. Sunt in ea orbis parte hæ regiones habitatæ: Tartaria Europæa, ubi Gomerus habitavit. Kylfingalandia qvam Magogus inhabitavit, & Russiam appellamus. Græcia, qvam incoluit

bygde Jofian, Bolgaraland (f), þar bygde Tubal, Saxland, Frackland, Spanland, þar bygde Mofok, Ruminaland, Svipiod, Demzo, Noregur, Gallia, Cappadocia, þar bygde Tiras. Enn alls voru þar talin Þiodlönd CC. Enn Tungur III. og XX.

33. §.

Cham fonur Noa átte IIII. fonu þeir hetu Cus, Mefraim, Phut, Canaan; þefse eru þar Þiodlönd, Ethiopia, Egiptaland, þad bigde Cus, Libialand, Rabitaland bigde Mefraim, Serkland, Getulaland bigde Phut, Numidialand, Mauritanialand, þad er enn Bláland, þar bigde Canaan, þar eru Tungur II. og XX. Enn þiodlönd fex minnur enn CCCC. og verda alls talldar tungur II. og LXX. enn þiodlönd þusund.

34. §

Indialönd eru III. eitt er í nánd vid Bláland, annad vid Serkland, enn hid þridia í enda heims. þvi ödru meigin þefs liggur mirkva herad enn ödru meigen er haf, á þetta Indialand, for Bartholomeus Poftoli ad eyda blotum þeirra er trudu á lykneſke þad er Aſtaroth heiter. (g)

X. Cap.

NÚ SKAL SKRIFA UM MARGSKINS ÞIÓDA SKÖPUN OG EDLE, SEM Í HEIMENUM ER.

35. §.

Svo feigia frodleiksbækur ad í heimenum fieu marghátta-dar Þióder, bæde ad Vexte og Edle, Rifar eru kallader þær Þióder,

(f) B. leggur til Ungaraland, h. e. addit Ungariam.

(g) B. hiet, h. e. appellabatur.

Josian, Bulgaria in qva sedes fixit Tubal. Saxonia, Gallia, Hispania ubi Mosochus sedes posuit. Italia, Svecia, Demzo, (Dania) Norvegia, Gallia, Cappadocia, ubi Tiras sedes habuit. Sed in universum ibi ducentæ Regiones habitatæ. At lingvæ viginti tres numerantur.

§. 33.

Chamus Noæ filius, qvatuor habuit filios, qvorum hæc nomina; Chus, Mesraim, Phut, Chanaan. sunt in ea orbis parte hæ regiones habitatæ: Æthiopia, Ægyptus, ibi habitavit Chus. Libya, Arabiam incoluit Mesraim, Saracam, Getuliam inhabitavit Phut. Numidia, Mauritania, qvæ adhuc est Blálandia, ibi sedes fixit Chanaan. Existunt ibi lingvæ viginti duæ, Regiones vero habitatæ qvadringentæ, sex minus. Unde in universum putantur lingvæ septuaginta duæ. At mille regiones habitatæ.

§. 34.

Indiæ sunt tres, una vicina Mauritaniæ. Secunda Saracæ; tertia vero in extremo orbis sita, habet enim ab uno sui latere Mirkva heradum, ab altero oceanum, in hanc Indiam profectus est Bartholomæus Apostolus, ad abolendum cultum idololatricum eorum qvi in statuam, qvæ Astaroth dicitur, crediderunt.

CAP. X.

DE VARIARUM GENTIUM FORMA ET NATURA.

§. 35.

Scribam nunc de multarum gentium, qvæ in mundo sunt forma & natura. Asserunt scriptores eruditi in mundo varias

&

der, er ſtærſtar eru, þeir eru ſumer vidureignar ſem adrer menn, enn ſumer eru mann ſkiæder.

36. §.

A Blálande er Þiod ſu er Panfagi heitir, þeir eta allt þad er tönn feſter á, Trogudici heita þeir enn er eru þar, þeir renna hvöriu dyre hardara. Anthiofagi nyta ecki nema fiſka eina. Antropofagi eru mann ætur. Ardabuditæ eru biuger ſem fenadur, Magog eta ecki nema hratt ſie, og eta bæde menn og dyr.

37. §.

Su Þiód er enn þar, ſem ala ſem ſeinaſt (h) födur ſinn og moder, þá er þau hrymaſt af elle, enn ſydan bioda þeir vinum og frændum til ſin, ſkal þau þá afláta og eta þau ad Erfe ſynu, og þiker þeir illa giöra, er lata þau þola elle til ohægenda og verde þaug mögur. Einfætingar hafa ſvo miken fotvid Jörd, ad þeir ſkyggia ſier med hönum vid ſolarhita í ſvefne. (i) Su þiód er enn í Affrica, er ey grandar orma eitur og Börn í wöggu leika ſier ad eitur ormum.

38. §.

Þeir eru enn þar er höfudlauſer eru, enn á bringunne er bæde nef og augu. Sumer eru enn höfudlauſer og er munnur á ofann verdum buknum, enn Eyru eru á bádum hlidum (k) og er hár á ſem á dyrum. á Indialandi eru þeir menn er Satyri heita ſvo biugleiter ad krokur er á nefium þeim, þeim vex horn í enni, og fætur vaxnar lykaſt Geita fotum.

Þeir

(h) B. A. ala ſemfeituſt, h. e. ad ſummam pingvedinem ſaginant.

(i) B. þeir eru ſvo ſkioter ſem dyr, inſtar ferarum pernices.

(k) B. á herdarblödum, h. e. inſcapulis.

& ſtatura & natura exiſtere gentes. Gigantes dicuntur populi omnium maximi ſtaturâ, horum alii ad inſtar hominum cæterorum ſunt tractabiles, at nonulli pernicioſi.

§. 36.

Eſt in Mauritania gens, qvi Panphagi dicuntur, comedunt illi qvicqvid mandere poſſunt. Præterea exiſtunt ibi locorum qvi Trogudici appellantur. illi qvodvis animal vincunt pernicitate pedum. Antpiophagi (ichthyophagi) piscibus duntaxat veſcuntur. Antropophagi carnes humanas comedunt, Ardabuditæ pecudum ad inſtar proni ſunt. Magogi cibis nonniſi crudis & incoctis veſcuntur, ſed & homines & animalia manducant.

§. 37.

Præterea exiſtit ibi gens, qvi patrem & matrem, ad ultimum qvando ſenectute macreſcunt ſaginant. Poſtea amicos & cognatos invitant, tum cæſis illis exeqviali convivio veſcendum, & malè agere putantur, qvi ſui incommodo eos ſenectutem ſuſtinere & macreſcere ſinunt. Monipedes plantam pedis tam amplam habent, ut ipſis dormientibus ſit umbraculo. Inſuper occurrit in Africa gens, qvibus venena vermium nihil nocent, & liberi in incunabulis venenatis vermibus ludunt.

§. 38.

Præterea ibi terrarum exiſtunt homines capite carentes. Sed in pectore naſum & oculos habentes, inſuper nonulli carent capite, in trunco ſupremo os, & aures in utroqve latere habent. Suntqve ut animalia piloſi. Sunt in India homines qvi Satyri dicuntur tam curva facie præditi ut naſum habeant ad uncum. cornu illis creſcit ex fronte, & pedes maturi pedibus

Þeir eru og þar er á bak aptur horfa tær, og eru átta tær á hverium fæti.

39. §.

Cerocephali (l) heita þeir menn er á er hunds höfud og hafa gaud fyrer mál, enn á fingrum og tam klær enn ei neglur. Cituplex (m) heita þeir er eitt er auga í höfde, og er þad í enne midiu. Þar eru sumer menn XII. alna háer, þeir heita Aeroli, sumer eru álnar háer þeir heita Pigmæi. þar eru konur þær ed börn ala V. vetra gamlar, enn einge verdur elldre enn VIII. vetra.

40. §.

Ermafroditæ heita þeir er ena hægre geirvörtu hafa sem karlar, enn hina vinstre sem konur, þeir meiga bæde vera fedur ad börnum, og svo mædur. Þad er enn þar kvenna edli sumra, ad eitt mega barn ala alls á æfe sinne, er þad barn hvytt fyrer hærum nyaled, enn sortnar þá er alldur færest yfer. Þeir lifa CC. vetur, og hrymast ei nie ellast.

41. §.

Hiá forse þeim er Ganges heitir og fellur af Paradisar biarge, er Þiód su sem ecki hefur munn, enn þeir lifa vid Ilm, þeim er verdur af eplum þeim og grase er þar vex. Þar eru vider þeir er utann vaxa sem ull sie á, og hafa þeir þad eitt til klæda er þadann er af, þeir deigia þegar er þeir meiga ei ilma af áldininu.

42. §.

(l) B. Cenocephali.
(m) B. Citoplex.

caprinis asſimilantur. Occurrunt etiam eo loci homines, qvibus digiti pedum retrorſum vergunt. Octo digitis in utrovis pede exiſtentibus.

§. 39.

Cerocephali (Cynocephali) dicuntur homines qvi Caput caninum habentes, latratu utuntur pro loqvela; ſed in digitis manuum & pedum habent non ungves at ungulas. Cyclopes dicuntur illi qvibus unus eſt oculus in medio fronte. Occurrunt eo loci homines nonulli duodecim cubitos alti qvi Aeroli vocantur. nonulli unum cubitum alti qvi Pigmæi dicuntur. Sunt ibi mulieres qvæ qvinqvennes pariunt, ſed qvarum plus qvam octennis evadit nulla.

§. 40.

Hermaphroditi dicuntur, qvibus dextra papilla maſculina, at ſiniſtra fœminina. illi liberorum & patres & matres exiſtere poſſunt. Præterea ibi locorum fœminarum qvarundam ita comparata eſt natura, ut per totam ætatem unicum pariant infantem, qvi nuper in lucem editus canet, at inter adoleſcendum nigreſcit. illi ducentos annos ita vivunt, ut neqve macrescant, neqve (adſpectu) ſeneſcant.

§. 41.

Apud Cataractam illam, qvæ Ganges vocatur, & a petra Paradiſiaca ſe præcipitat, gens habitat ore carentes, ſed odoribus pomorum & herbarum ibi creſcentium vivunt. Exiſtunt ibidem arbores, e qvarum ſuperficie enaſcitur qvid lanæ ſimile, ex qvo veſtimenta conficiunt, qvibus unicè utuntur. At cum herbas non amplius odorantur, confeſtim exiſtingvuntur.

42. §.

Þeir menn eru enn, er lodner eru aller ſem dyr, og þurfa eingen klæde, eru IX. fota háer edur ſumer meir, og eru ei ſkemur í vatne enn á lande, þeir hafa öngva fædſlu nema hráfiſka og vatnsdrick. A Svipiód hinne miklu eru Albani, þeir eru hviter ſem ſnior, bæde á hárslit og hörunds, þegar þeir eru alner, þeir hafa gul augu í höfde, og ſiá betur um nætur enn daga.

43. §.

Þar er enn land þad er kallad er Kvennaland, þaug biggiaſt hid næſta og Albani, þar eru opt oruſtur á mille, og ſvo hafa þær og ſiálfar iafnlega bardaga ſyn á millum um ryke ſvo ſem karlar annarſtadar, og eru þær konur ecki omattkare nie hugminne enn karlar í ödrum ſtödum.

44. §.

Þeir menn eru enn er neflauser eru, og er ſlíett allt andlit nema munnur og augu, ſumer hafa vör hina nedri ſvo mikla, ad þeir kaſta henni aptur fyrer höfud ſier, og ſkiggia andlite vid ſolu, þá er þeir ſofa. Þeir eru enn þar er ſvo eru munnlitler, ad ongva hafa fædslu nema drecka af pypu. Sumer eru tungulauser, og merkia allt af bendingu.

45. §.

Ciromandori heita þeir, ſem utann eru tindotter, ſem Biarn Igull, þeir liggia í ſkogum, hafa gul augu og tennur ſem hundar, og hafa eige mans ródd nie mál. Panadios heita þeir er eyru hafa ſvo mikel ad þeir hylia med þeim allann likama ſinn. Þeir menn eru enn ſem hroſsafætur hafa, enn mönnum lyker ad

ödru

§. 42.

Insuper exiſtunt homines, qvi ferarum ad inſtar, toti piloſi, nullo indigent veſtitu, novem pedes alti vel etiam non ulli altiores, neqve minus temporis inhumido qvam ſicco degunt. Nullo cibo præterqvam piſcibus crudis & aqvæ potu veſcuntur. In Tartaria Aſiatica ſunt Albani, illi in lucem editi inſtar nivis, cutem & crines albi, oculos flavi, noctu qvam diu acutius cernunt.

§. 43.

Præterea exiſtit ibi Regio qvæ dicitur Amazonum, cui earum qvæ inhabitantur, Albania vicinisſima. qvæ ſæpe numerò ſe cum bella gerunt; qvin etiam ipſæ fœminæ, qvemadmodum alibi locorum viri, ſecum de regno identidem certant. nec mulieres illæ corporis & animi robore, viris alibi terrarum qvicqvam cedunt.

§. 44.

Inſuper occurrunt homines naſo carentes, qvibus præter os & oculos tota facies æqva. nonnullis labium inferius eſt tam amplum, ut capiti ſuper injectum usqve ad occiput, ſit umbraculum vultus dormientibus. Præterea exiſtunt ibidem, qvibus tam anguſtum os, ut cibo veſcentes nullo, tubo tantum bibant. Nonnulli elingves mutibus omnia ſignant.

§. 45.

Ciromandori vocantur illi, qvi extrinſecus in modum Echini urſini aculeati ſylvas inhabitant, oculos flavos & dentes caninos habent, humana voce & loqvela deſtituti. Panadii dicuntur illi, qvi aures tam amplas gerunt, ut ipſis totum corpus contegant. Exiſtunt etiam homines, qvi pedes habentes eqvinos, ſunt qvoad cætera ſimiles hominibus & hyppopedes

ödru og heita þeir hypopedes. Þá er ſu Þiód ſem hornfinnar heita, á þeim er horn nidurbiugt í enne, og eru þeir mannætur. Þeir eru enn er haka er groenn vid bryngu, þeir heita hundingiar, þeir eru ſvo vid menn ſem olmer hundar.

XI. Cap.

um ár í heimenum.

46. §.

Fiorar ár falla ur Paradys í þennan heim. Ein heiter Ganges, hun fellur á Indialande, önnur heiter Gyon og Nil ödru nafne, hun fellur um Egyptaland og Blaland. Þridia heiter Tyger, hun fellur um Serkland, fiorda heiter Euphrates, hun fellur um Mesopotamiam.

47. §.

Bacthol heiter á Aſialande, þar er gull numed upp í ſöndum, (n) Tanais heiter á, er ſkilur Europam frá Aſia, Duná er meſt á Europa, þar falla LX. ſtorär í hana, og kemur í ſiö ſtödum mikel hvor ſaman í ſio, í þeim hluta heims eru þeſsar ſtorär adrar, Hepur, (o) Hyia, (p) Seimgel, (q) Dyna, Olkoga, Vina, Kinna, Saxelfur, Padus, Tifur, Rodon, Betus.

XII.

(n) Ermur heiter önnur á, þar eru enn Gullſandar hiá. Tög heiter á Spani, þar eru oc Gullſandar. Ryn er á Fracklandi þar er enn Gull í ſöndum. B.D.A. *i. e. Ermus dicitur alius amnis, ibi aureæ ſunt arenæ, in Spania Tagus appellatur, ubi etiam arenæ aureæ; Renus in Gallia, ubi etiam aurum arenis commixtum.*

appellantur. Qvin etiam occurrit gens, qvi Hornfinni dicuntur, (Finni cornuti) illi in fronte cornu gerunt deosfum incurvatum & sunt Antropophagi. Adhuc exiſtunt, qvibus mentum pectori accrevit, qvi Hundingi (canini) appellantur. Sunt erga homines ut canes rabidi.

CAP. XI.

DE FLUMINIBUS IN GLOBO TERRAQVEO.

§. 46.

Qvatuor flumina ex Paradiſo in hunc terrarum orbem labuntur. Unum Ganges vocatur, qvi per Indiam fluit. Secundum Gyon & altero nomine Nilus, qvi per Egyptum & Mauritaniam excurrit. Tertium Tigris audit qvi per Saracam labitur. Qvartum Euphrates appellatur, qvi per Meſopotamiam fertur.

§. 47.

In Aſia Bactholus dicitur amnis, ibi aureæ colliguntur arenæ. Tanais appellatur fluvius qvi Europam & Aſiam dirimit Duna (Danubius) eſt fluvius Europæ maximus, cui ſexaginta magni amnes inferuntur, & ſeptem magnis oſtiis in mare ſe exonerat. Cætera in ea orbis parte, magna ſunt hæc flumina, Hepur, Hyia, Seimgel, Dyna, Olchoga, Chinna, Saxoniæ flumina, Padus, Tifur, Rodanus, Betus.

CAP.

(o) Nepur. B.
(p) Nyia. B.
(q) Saimgol. B.

XII. Cap.

UM VOTN OG BRUNNA.

48. §.

Nu filger epter af vötnum og brunnum. Vötn og Tiarner eru med mörgu mote, ſum eru ſkyr, enn ſum oſkyr. Dauda ſior er á Gidingalande, þad er LXXX. ſkeida ens átta hundrads langur, enn halfs annars hundrads ſkeida breidur í ſkeide einu eru V. fadmar og XX. annars hundrads, á vatne þeſsu er Bikslitur, þar má ecki lifandi vera í þvi vatni, þvi að allt flytur medan lifer, enn ſöckur þegar daudt er, þar eru ongver fiſkar í, og alldrei ſetiaſt þar fuglar á, og ei er þar ſkipum halldid, þvi menn deya ef yfer fara, enn þá ſöckur þegar er andar miſser. Ef kerte er láted í vatned, þá er log er á þvi, þá flytur þat medan lifer, enn ſöckur þegar ſlocknar.

49. §.

Avernus heiter Vatn á Campania, þar er daun ſvo illur af, ad deir allt þad er afkenner, og öngver fliuga þar fuglar yfer, þvi ad þeir deia þegar ef þeir kenna af. A Italia er Brunnur eirn ſem heitir Ciceron, hann græder augna mein ef þvi vatne er árided.

50. §.

Veſtur á Boecia eru II. brunnar, vexminne mans vid ef hann dreckur af ödrum, enn þver ef af ödrum dreckur. Þar er og Cizicus brunnur, ſá tekur af lostaseme, ef madur dreckur af, hvört ſem er Karl edur kona. Þá er ſá annar er kveiker lostasemi bæde mönnum og fie. Su Tiörn er á Blálande er ſá tekur vatnſsott er af dreckur.

51. §.

CAP. XII.

DE LACUBUS ET FONTIBUS.

§. 48.

Sequitur iam de lacubus & fontibus: lacuum & fontium multæ exiſtunt ſpecies, ſunt alii limpidi alii turbidi, in terra Chanaan occurrit mare mortuum, ſeptingenta & octoginta ſtadia longum, at centum & qvinqvaginta latum. Stadium unum continet paſſus centum viginti qvinqve. lacus ille piceo eſt colore, omnia viventia reſpuit, omni vivo ſupernante, & qvam primum exſtingvitur, deſidente. Ipſum piſces ſuſtinet nullos, nec unqvam ei aves inſidunt, neqve ibi naves detinentur, namqve homines inter transeundum exſpirant, & exſtincti confeſtim ſubmerguntur. Qvodſi in lacu teneatur accenſa candela, viva ſupernat flamma; exſtincta ſidit.

§. 49.

In Campania lacus nominatur avernus, qvi tam tetrum emittit odorem, ut omnia qvæ ſenſerunt, exanimentur. Super ipſo aves tranvolant nullæ, qvippe qvam primum ſuboluerint, exſtingvuntur. In Italia fons Cicero appellatur, cujus aqva obliti oculi a morbis curantur.

§. 50.

Verſus occaſum in Bæotia gemini occurrunt fontes, e qvorum uno ſi biberit homo, memoria capit incrementum; Sin ex altero, decrementum. Qvin etiam exiſtit ibidem Cizicus fons, qvi venerem exſtingvit e ſe bibentis ſive viri ſive fœminæ. Eſt & alius, qvi & in hominibus & animalibus brutis venerem excitat. Exiſtit in Mauritania fons, e qvo qvi biberit hydropicus evadit.

51. §.

I Sikiley eru tveir brunnar, annar giörer þau kvikende fræ er ádur eru ofræ, enn annar giörer þá ófræ, er ádur eru fræ. A Gricklande er á su er Saude giörer hvita, þá er afdrecka. Enn su er önnur á er alla giörer svarta, enn þeir verda fleckotter er af imsum drecka ánum. Siden heiter sior á Indialande, þar söckur allt það er akemur. Vatn heiter Alcus, þar sockur eckert sem á kemur. Marsida heiter vatn á Frigia, þar vaxa steinar í.

52. §.

Jobs brunnur er á Idumæa, hann skipter litum fiorum sinnum á áre, hann er um vored grár, enn um sumared raudur sem blod, um haustid grænn sem sior, um veturen gagnsær sem vatn skyrt. Vatn er það er þrisvar er ramt á II. dægrum og gott avallt þess á mille. Þá er sá brunnur er svo er kalldur, hvorn dag ad odreckandi er, enn um nætur er hann svo heitur, ad hann má þá ei helldur drecka, þad vatn er enn er hverfur brott stundum, svo ad ecki er eptir nema leirar, og veit ecki nær á brott man hverfa, enn fordum hafde hvorfed brott þridia dag viku hvörrar.

53. §.

I Sardinus Eyu er varmur brunnur, þar bætast mönnum augnamein ef þad vatn ber í augu sier, Enn ef Þiófar bera þad vatn í augu sier, þá verda þeir blinder af því vatne. Þad vatn er enn ad log brennande slokna sem von á er, ef í er láted þad vatn, enn þegar kemur loged á kerted er upp kemur ur vatnenu; vötn eru þaug er svo eru heit, ad þegar brennur er vid mann kemur. Þau vötn eru enn, er snarast í Lopt upp þá minst er von, svo giörsamliga öll ad ei sier til vatns epter, Enn ef hiá þeim liggia klædi eda ull eda trie, þá verdur allt ad steini.

XIII.

§. 51.

Dantur in Sicilia duo fontes, qvorum unus animal qvod nondum concepit concipere facit, alter qvod fœtum concepit conceptu privat. In Græcia occurrit amnis, qvi oves e se bibentes albedine tingit, est & alter amnis, qvi omnes nigredine tingit. At diversi colores evadunt, qvæ ex utroqve biberunt fronte. In India Siden appellatur lacus, cui qvæcunqve injecta fuere, desidunt. Alcus dicitur lacus, cui qvæcunqve impositа fuere, supernatant. In Frygia lacus vocatur Marsida, in qvo lapides crescunt.

§. 52.

Occurrit in Idumæa fons Hiobi cujus color singulis annis qvater variatur, vere griseus existit, æstate sangvineus, autumno marinus, hieme ad instr aqvæ mundæ limpidus. lacus existit, qvi uno die civili ter amarescit, & per intervalla semper dulcescit. Qvin etiam existit fons, interdiu præ frigore; at noctu præ colore impotabilis. Existit etiam lacus, qvi solo residente limo qvandoqve disparet, neqve præsciri potest qvando sit abiturus, at olim qvovis die Martis disparuerat.

§. 53.

In Sardinia calidus occurrit fons cujus aqva si oculi fuerint obliti a morbis sanantur, fures vero si aqva illa oblinerint oculos, excæcantur. Adhæc existit lacus, cui immersæ ardentes candelæ, uti necessum est, exstingvuntur, at qvam primum ex aqva emergunt, flammæ revivisсunt. Dantur aqvæ tam calidæ, ut corpus humanum contingentes statim adurant. Præterea sunt aqvæ, qvæ inopinato totæ penitus in aera saliunt, nullis apparentibus reliqviis, qvodsi vero adjacuerint vestimenta lana vel lignum, omnia lapidescunt.

XIII. Cap.

AF ORMUM.

54. §.

Drako heiter ſterkaſtur Orma, og hefur hann ſvo miked afl í ſporde, ad ecki er ſvo ſterkt dyr, ad ei fáe bana ef hann getur ſpordinum vafed um, bæde má hann fliuga og ganga, hans höfud ſkulu hiner göfuguſtu menn hafa til fædſlu ut a Blálande og þiker þad gott til minnes.

55. §.

Ormur heitir Baſiliſcus hann hefur eitur í augum, ſvo ad hvervetna deyr ef hann getur ſion á komid, og er ecki þad kvikindi ad hönum bane nema (r) Hreisiviſia. Dipſas heiter Ormur ſá er þann piſter til heliar ef ſá getur höggved. Ipualis heiter Ormur, af hans eytre fær madur ſvo bana ad hann ſefur í hel. Ermorarus ſveiteſt blode, hann höggur ſvo ad blod rennur epter, ſvo ad þad ſtödvaſt alldrei og fær af þvi bana.

56. §.

Seps heiter Ormur, af eitre hanns ef hann höggur brádnar madur allur ſem vax vid elld, ſá er lytell Ormur. Ceraſtes heiter Ormur, hann er hirndur ſem hrutur, enn hvad er ſmyd ad er ur horni hanns, þá má þegar vita ef eitur kemur í nánd, þviad þá verdur þegar horned vott, ſá Ormur hefur ecki eitur, hann liſter dyr med hornum ſer til matar, hann er ſlægſtur allra Orma.

57. §.

(r) Hreysiviſla. B.

CAP. XIII.

DE VERMIBUS.

§. 54.

Draco vocatur vermium robuſtiſſimus omnium, & in cauda tantum fovet roboris, ut tam validum detur animal nullum, cui necem non inferat, ſi caudam ipſi applicare potuerit: Eſt ille tam volatilis qvam ambulatorius, fertur in Mauritania illius capite viros nobiliſſimos vesci, id qvod memoriæ prodeſſe putatur.

§. 55.

Vermis dicitur Baſiliſcus oculis ita venenatis, ut exſtingvatur animal omne, cui inſeruerit oculos, nec ullum datur animal niſi Hreiseviſia ipſi perniciosum. Dipſas appellatur vermis, qvi eum cui ictum intulerit ſiti enecat. Ipualis dicitur vermis cujus venenum ſomno hominem interimit. Ermorarus ſudat ſangvinem, ille homini ejusmodi ictum infert, ut ſangvis emanet, cujus emanatio qvia ſiſti neqvit; mortem infert.

§. 56.

Seps appellatur vermis, cujus veneno ſi ictum intulerit, totus homo, ut ad ignem cera colliqvescit; at eſt vermis ille ſtatura parvus. Ceraſtes vocatur vermis, eſt ille cornutus ut aries, ſiqvid autem ex ejus cornu fuerit fabrefactum, ſiqvidem venenum in vicinia ſit, mox innoteſcit, qvod tum cornu extemplo madeſcat. Vermis ille veneni expers, cornubus infert animalibus ictus lethales ad veſcendum, vermium callidiſſimus omnium.

§. 57.

Scitalius er fegurſtur allra orma hann er ſeirn ormur, og fær þö opt höggved mann, er hann verdur undradur fyrer fegurdar ſaker, hann er ſvo heitur ſem hann er glóande ad ſiá, og eru alldrei þeir kuldar ad ei gloe hus þeirra; Amphisbena heiter Ormur, hann hefur höfud í hvorutveggia enda, og (s) hefur fram höfuden enn dregur lyckiuna epter, hanns afl er nær ecki, nema froſt ſie, í hönum eru ſvo biört augu ſem kertislios.

58. §.

Rimatrix blandar eytre hvört vatn er hann kemur til. Preſter heiter Ormur ſá, ad af hanns blæſtre verdur madur ſvo digur ſem naut og fær af þvi bana, hanns munnur er avallt opin. Aspis heiter Ormur, þar hefur madur edur dyr þegar bana ef hann höggur. Jaculus heiter ſá Ormur, er flygur ſvo ſkiott í gegnum mann, ſem ör ſie ſkoted. Sirena heiter Ormur hann hefur vænge og flygur, hann má og renna hardara en heſtur, þar hefur madur fyrr bana enn hann kenni ſottar ef hann höggur.

59. §.

Salamandra má lifa, þott hann ligge í Elldi, hann hefur eitur ſvo illt, ad þá er hann legſt under viddarrætur, þá verdur þegar eitur í öllu alldine á þvi trie, ſvo verda og öll vötn ef hann leggſt í þaug, eitre blanden, ſá Ormur giörer veſi til husa ſier, og þar giöraſt klæde af veſum þeim, og ſkal þau klæde ellda ſem málm, enn þvo alldrei nie láta vot verda, þviad eitur blandad verdur vatned allt er vidkemur.

VIV.

(s) hverfer fram höfuden. B. *i. e. caput antrorſum dirigit.*

§. 57.

Scitalius exiſtit vermium omnium pulcherrimus, ille tardigradus tamen ſæpenumero homini infert ictus, interea, dum ſua pulchritudo admirationi eſt contemplanti. Eſt ille tam calidus tactu, qvam candidus adſpectu, nec unqvam tanta ingruunt frigora, qvin ſua domicilia candeant. Vermis Amphisbena vocatur, corporis utrumqve extremum illi eſt capitatum, capitibus antrorſum directis plicam corporis poſt ſe trahit. omni fere robore deſtituitur, niſi aere frigente, ipſi nitent oculi ut candelæ flamma.

§. 58.

Rimatrix qvamcunqve aqvam accesſit, veneno inficit; Preſter eſt nomen illi vermi, cujus afflatu homo inſtar bovis craſſeſcit, ac inde moritur, os illi ſemper hiat. Aspis dicitur vermis, qvi ſi ictum intulerit, homo vel animal inde ſtatim exſtingvitur. Jaculus audit vermis, qvi jaculi emiſſi ad inſtar hominem transvolat. Sirena vermi eſt nomen, is alatus volitat; eſtqve currendo pernicior eqvo, qvi ſi ictum intulerit, homo exinde prius exanimatur, qvam ſentiat morbum.

§. 59.

Salamandra jacens in Igne vivit, ille venenum fovet tam malignum, ut, dum ſub radicibus arborum jacuerit; omnes ſui fructus veneno mox inficiantur; Similiter ſi aqvas occupaverit, omnes veneno miſcentur. Vermis ille telas ſibi ad domicilia conſtruit, & ex telis illis veſtimenta parantur, qvæ ſicuti metalla igne ſunt candefacienda, at nunqvam lavanda, nec humectanda, qvia veneno inficitur aqva tota qvæ attigerit.

CAP.

XIV. Cap.

AF KOLNIS MEYUM.

60. §.

Svo ſeiger í Bretaſögum ad Cononus brodurson Octavianus Kongs, bad Urſulu dottur Dionotus Kongs af Cornbretalande, enn hun villde ei ganga med heidnum manni, og fær hun ſier Meyalid og for til Roms med ellefu þusund meya. Enn er hun kemur í Kolne frá Rome ſunnam, þá var þar fyrer her Gracianus Keisara, þar riedu fyrer þeir Gnarus Hunakongur og Melga, þeir letu drepa allt þetta Meialid, og eru kalladar ſydan Kolnis meyar. Sydan heriudu þeir á England, og giördu margt illt enn ecki gott.

XV. Cap.

AF FURDANLEGUM MANNSKIEPNUM Á GIDINGALANDI.

61. §.

I þeim kaſtala Emaus heiter fæddæſt á nockrum tima eirn ſmáſveirn, allgiör ad allri ſköpum upp til nafla, enn upp þadan voru tveir, hafande hvortveggiu mannligt vit og form, tvö höfud og tvenn brioſt, med fior um höndum, halldandi hvörteggi med ſier mannlegt vit og ſkilning, og iafnan át og drack ſynu ſinne hvor þeirra og med likum hætte vakte annar er annar ſvaf, enn alldrei hvortveggi ſenn, bádir voru þeir ſytandi og ſin á mille hnitlandiſt, og hvor annan liostandi, tvö ár lifdu heir og eige framar, og annar þeirra fiorum dægrum leingur. evenit hoc imperante Theodoſio Cæſare ſeniore, Anno 387mo.

XVI.

CAP. XIV.

DE VIRGINIBUS KOLNENSIBUS.

§. 60.

In Britannorum hiſtoriis refertur, Cononum Regis Octaviani ex fratre nepotem, petiiſſe nuptias Urſulæ filiæ Dionoti Regis Cornaviæ, nolens autem illa homini Ethnico nubere virginum comitatum ſibi comparat, & Romam undecim mille virginibus comitata conceſſit, verum Româ ab auſtro Kolnem veniente, exercitus imperatoris Graciani ibi præſto fuit, cui Gnarus Hunnorum Rex & Melga præfuere, qvi univerſum hunc virginum comitatum interfici juſſerunt. Et exinde virgines Kolnenſes appellantur. Poſtmodum Angliæ bellum intulere, multaqve mala at nihil boni fecere.

CAP. XV.

DE MIRIS IN JUDÆA HOMUNCIONIBUS.

§. 61.

In Caſtello cui nomen Emaus, aliqvando natus eſt masculus infans, omni corporis fabrica, ab imo ad umbilicum perfectus; Verum abinde ſurſum cxſtabant gemini, habentes ambo mentem & formam humanam, duo capita, bina pectora, qvatuor manus, qvorum uterqve ſibi proprium habebat ingenium intellectumqve atqve diſtinctis ſemper vicibus comedebat ac bibebat utervis. & ſimiliter uno dormiente vigilabat alter, at nunqvam ſimul uterqve, ambo ſubtriſtes, & ſe mutuo concutientes, mutuos ſibi ictus inferebant. biennium & non amplius vixerunt, altero ſuperſtite qvadriduum diutius.

XVI. Cap.

UM ARTAL HEIMS.

62. §.

Eige kunnum vær ſegia í Sannleika, hvörſu mörg ár hinn ſiötte heims alldur man í ſier hafa, helldur er þad epter þvi ſem bækur viſa til í eins Guds vitordi, þott finneſt í nockrum bokum ſkyrt á kveda hversu langt mune til heims enda, er þvi þö ei framar truandi, helldur enn hverium lykar hellſt. Svo finſt ſkrifad í einum Sermone de Septuageſima, og ſamſett er med Latinu, ad fyrer þau ſiötyu ára, ſem Israels folk dvaldeſt íBabilon, merkeſt ſiötyu hundrud ára, á hverium mannlegt kyn utlægdeſt í þeſſare veröldu.

63. §.

Og ſvo ſem heimuren og öll ſkiepna var ſköpud og greind á VII. dögum, ſvo trueſt og ad heimuren ſkule ſtanda VII. þuſund ára, og ſvo ſem hann umrennur á hvörium VII. vikudögum, ſvo mun hann og umrenna, eidaſt og endurnyaſt ad VII. þusundum ára umlidnum. Enn þá er þeſſer hluter voru ſkrifader, voru lidner frá upphafe heims VI. þusund og V. hundrud LXX og V. ár. Enn þa verda epter heims ſtödunnar, fiögur hundrud XX og V. ár.

XVII. Cap.

AF TRAJANO KEISARA.

64. §.

Trajanus var Keiſare XIX. ár og VI. mánude. Romveria Ryke hafde helldur minkad (t) enn vaxed þadann frá er Auguſtus do,

(t) minkaſt. B.

CAP. XVI.

DE ÆTATE MUNDI.

§. 62.

Qvot annos ætas mundi sexta sit comprehensura, pro certo definire non valemus. Sed uti sacri libri docent, solus id Deus novit. licet apud scriptores nonnullos præcisè definitum reperiatur, qvantum temporis ad mundi finem sit fluxurum; his tamen non plus habendum fidei qvam placuerit. In Sermone qvodam de Septuagesima latinè compositio, scriptum reperitur, Septuaginta illos annos, qvibus populus Israeliticus Babilone commoratus est; denotare Septuaginta centum annos, qvibus genus humanum in hoc mundo exilio sit afficiendum.

§. 63.

Et qvemadmodum mundus & omnis Creatura septem diebus condita distinctaqve sunt; ita etiam septem annorum millibus mundum hunc duraturum esse creditur; & ut singulis hebdomadis septenis diebus in orbem redit, ita revolutum consumtumqve, & septem millibus annorum elapsis, renovatum iri. Dum vero hæc literis consignarentur; a mundi primordio anni sex mille qvingenti Septuaginta qvinqve præteriere, undè durationis mundi remanent anni qvadringenti viginti qvinqve.

CAP. XVII.

DE TRAJANO IMPERATORE.

§. 64.

Trajanus annis novemdecim & sex mensibus imperavit. Imperium Romanum ab Augusti morte, donec Trajanus imperator

do, til þeſs er Trajanus vard Kongur, enn hann jok þad á marga vega á ſinum dögum. I þann tyd var ofridur Chriſtnum mönnum, og liet Clemens Páfe lyf ſitt fyrer Guds ſaker af bodorde Trajani og var margt vel um hann: hann var ſvo lytelatur ad hann for opt ad finna ſiuka menn, og huggade þá og heilſade hann ödrum fyrre, hann var ſvo jafndæmur ad hann liet eigi rada hvört menn voru tigner edur otigner, edur hönum miked adlángt edur lited; fyrer þvi var ſvo giört likneſki hanns, ad hann hiellt á ſkálum. Trajanus do af Kudſott (u) og er ſkrifad ad Gregorius Páfe hafe þeiged önd hans ur helvitis kvölum.

XVIII. Cap.

FRA ANTONIO.

65. §.

Antonius hinn millde og ſyner hans Aurelius og Lucius voru Kongar II. ár og XX. og III. mánude, hann var ór og odrápgiárn, um hanns daga vard hallære miked, ſvo ad Romveriar villdu hann griote beria, og lietu ad batna munde ef hann være drepin, enn annar til Kongs tekin, hann bad ſier freſta og talde um ad annars munde umgiallda (x) og hvurfu þeir af þeſsu oráde, enn hann liet öngvan mann drepa fyrer þetta, hann giörde öngvan ofrid Chriſtnum mönnum.

66. §.

I þann tima vitradi Guds Engill Hermes Biſkupe, ad Drottinsdag ſkylldi Páſka hallda. Antonius vard ſottdaudur. Sydan ſette Victor Preſtur Páſkahalld, ſvo ſem á vallt hefur vered hallded ſydan, Philippus og Philippus ſon hanns, þeir toku báder

(u) Kvidſott. B. (x) adgiallda. A. B.

rator crearetur, plus decrementi, quam incrementi ceperat, at se imperante id multis partibus auxit. Tunc temporis Ecclesia persecutioni erat objecta, & jussu Trajani Clemens Pontifex maximus martyrio obiit. fuit ille multis dotibus egregiis, tam humilis ut ægros sæpènumero inviseret ac solaretur & alios prior salutaret. Tam justus Judex, ut neque nobilitatis neque ignobilitatis, neque propioris sive remotioris consangvinitatis, rationem haberet ullam; cujus ideo Statua ita fuit elaborata ut libram teneret. Trajanus passione iliaca exstinctus, & memoriæ proditum est, Gregorium Pontificem maximum, illius animam ex cruciatibus infernalibus impetrâsse.

CAP. XVIII.

DE ANTONIO.

§. 65.

Antonius clemens & ejus filii Aurelius & Lucius annos viginti duos & tres menses imperaverunt, fuit ille liberalis & a cædibus abhorruit, illo imperante tanta ingruit annonæ charitas, ut in ipsum Romani lapides conjicere vellent, ac eo occiso, & alio Rege creato annonam in melius abituram prætenderent, ille dilationem petens, alioqvin pœnam secuturam illis persvasit, & hinc a malo isto consilio destiterunt, verum ille hac de causa neminem morte mulctavit. Ecclesiam pace frui permisit.

§. 66.

Eo tempore Angelus Dei Hermi Episcopo revelavit die Dominicæ Paschæ celebrandum esse. Antonius morbo exstinctus est. Postmodum Victor Pastor celebrationem Paschatis ita determinavit, uti abindè semper est celebratum. Philippus pater

báder vid rette tru, og höfdu öngver Keisarar firr vid tru teked, þá kristnade Origenes Prestur. hann var svo mikell kenninga madur, ad Jeronymus Prestur hafde lesed V. þusunder boka, þeirra er Origenes hafde giört, Enn hann villteſt ad lokum í skilninge, og er ecki vyst kallad, hvorsu hönum mune hlytt hafa til hiálpar, þad er sagt frá Philippo hinum yngra, ad þess giördest ecki ad hann hlæe þá helldur enn ádur, þá báda liet vega Decius fyrer þad þeir voru christner.

XIX. Cap.

FRÁ THEODOSIO OG JUSTINIANO KEISARA.

47. §.

Theodosius hinn unge son Arcadii var Keisare VI. ár og XX. hann var svo mikell afburda madur, ad eingi madur matti iafnast vid hann, hann var svo vitur og rett ordur, ad iafnt var vyrd tilsögn hanns, sem þá er madur hafdi reint adur allt þad er hann sagdi, umfram adra menn mátte hann miked vid kullda og hita, hann fastade hvörn föstudag og midvikudag, svo sem hann være eirn mukur.

68. §.

Svo var hann lærdur vel, ad su bok, var einge ed ei þotte hann glöggvast skilia kunna, einginn höfdingi var hönum jafn milldur, svo jafn þolin modur, edur jafn ohefnisamur meingiörda, spurdur var hann af Riddurum sinum, því hann villde ei menn drepa láta, enn hann svaradi svo: Eg villde giarna hálfu helldur bæta lyf manna, sagdi hann, helldur enn fyrerfara (y), því menn sáu hann alldrei reidan og alldrei hriggvan.

69. §.

(y) fara því. B. *i. e. hoc perdere.*

& Philippus filius ambo fidem rectam amplexi sunt, nec ulli Imperatorum prius fidem acceperant, eos sacerdos Origenes religionem christianam edocuit. Tantus erat ille Doctor, ut Hieronymus sacerdos quinque millia librorum, quos Origenes confecerat legisset. Cæterum ad ultimum in hæreses prolapsus est, nec certò constat, quomodo successerit ei ab erroribus ad salutem conversio. De Philippo juniore fertur, nihil unquam evenisse quod risum ei tum quam ante moverit, ambos ob acceptam religionem christianam Decius interfici jussit.

CAP. XIX.

DE THEODOSIO ET JUSTINIANO IMPERATORIBUS.

§. 67.

Theodosius junior filius Arcadii sex & viginti annos imperatorem egit, ille tantis præditus fuit excellentiis, ut cum ipso comparari posset nemo, tam sapiens & in suis eloquiis accuratus, ut sua institutio paris æstimaretur, ac si per experientiam antea constaret quicquid asseruit. Frigoris & caloris tolerantia alios multum antecelluit. Quovis die Mercurii & Veneris tanquam Monachus jejunavit.

§. 68.

Ille tanta polluit eruditione, ut liber exstaret nullus, quem non distinctissimè intelligere crederetur. Nemo principum ei clementia acpatientia par, vel a vindictæ cupidine pro illatis injuriis tam alienus. Interrogatus ab equitibus suis, quare homines occidi nollet, respondit: exoptarem, inquit, duplo potius vitam hominibus largiri quam auferre. Quippe nunquam iratus vel tristis apparuit.

§. 69.

69. §.

Hann vyrdi meſt menn ad radvendi, hann hafdi hárklædi hart næſt ſier, hann vard ſottdaudur og harmadur meir enn aller menn. A hanns dögum andadiſt Auguſtinus Biſkup, dyrlegur kenne madur í Affrica, Enn Eudoxia kona Theodoſii færde helgandom Stephani til Romaborgar, og er hann þar nu ſydan göfgadur í Kirkiu h. Laurentii. þá ſette Victor ad ráde Hilarius Páfa Páſka alldar tal, þad verda ár V hundrud og XII. og XX.

70. §.

Juſtinianus hinn mikle let giöra í Miklagarde Chriſtsmuſteri, þad er á grisku heitur Hagioſophia, Enn vier köllum ægiſif, og er þad hus beſt í heimi og meſt ſvo ad menn viti.

Cap. XX.

af constantino.

71. §.

Tiberius Conſtantinus hafde ryke VII ár, hann var madur, ſvo ör vid volada menn og ſtodarlausa, ad hann hafde vid þá midlad öll audæfe þau, er ener fyrre Keiſarar höfdu ſafnad, og þá er Sophia Drotning hans talde ad vid hann um Örleik hanns, ſvaradi hann ſvo: verde ei þad ſagde hann, ad gull edur annad fe liggi onytt, enn þurfamadurin miſſe, helldur vil eg miſſa fiár hier og hafa annars heims, enn hafa hier og miſſa þar. A hans dögum var Gregorius ſendemadur Pelagius í Miklagarde, og hafde mikel metord af Tiberio, og af öllum godum mönnum, þá ſkyrde hann bok Jobs ſvo ſem Leander Biſkup bad hann.

XXI.

§. 69.

Homines pro virtute potissimum æstimabat, cilicio pro induſio utebatur. Morte exſtinctus plus hominibus omnibus deſideratus eſt. Illo imperante Auguſtinus Epiſcopus, Doctor glorioſus in Africa deceſſit. Verum Eudoxia uxor Theodoſii ſanctas Stephani reliqvias Romam deportavit; ubi nunc abinde in templo ſancti Laurentii veneratur. Tunc Victor conſilio Hilarii Pontificis maximi, computum cycli Paſchalis inſtituit, qvi eſt annorum qvingentorum triginta duorum ſyſtema.

§. 70.

Juſtinianus magnus Conſtantinopoli templum Chriſti ædificandum curavit, qvod græce dicitur Hagioſophia, nos autem Ægiſiſiam ſalutamus, qvæ domus in toto terrarum orbe, qvantum conſtat, habetur optima & maxima.

CAP. XX.

DE CONSTANTINO.

§. 71.

Tiberius Conſtantinus ſeptem annos imperavit, fuit ille in pauperes inopesqve tam liberalis, ut omnes opes, qvas priores imperatores collegerant, ipſis impertiverit, & Sophiæ Reginæ, cum ipſum liberalitatis reprehenderet, ita reſpondit: minimè contingat inqvit, aurum vel pecunias alias inutiles recondi, & pauperes indigentiam pati, malo pecuniam hoc Seculo amittere, & altero Seculo habere, qvam hic habere & ibi carere. Illo imperante Gregorius Pelagii legatus fuit Conſtantinopoli, a Tiberio & bonis omnibus magnis honoribus affectus. Tunc ille librum Jobi, uti Leander Epſcopus ipſum rogavit, conſecravit.

XXI. Cap.

AF MAURITIO, PHOCA OG HERACLIO.

72. §.

Mauritius Keisari var XXI. ár hann var rykur madur og ecki vinfæll, fyrer þvi ad hann var madur fegiarn ur hófe, enn þo var margt vel um hann annad, um hans daga tok Carianus Navara Kongur fiöllda manna ad herfangi, hann baud ad giallda mann fyrer pening í fkatt; enn Mauritius neitte þvi, þá baud Carianus ad hann leifte þá ut, fvo ad eirn peningur være fyrer II. menn, hann villde ei þad, þá reiddeft Carianus og let drepa margar þufunder hertekins lids, enn af þefsu vard Keifarenn ovinfell miög.

73. §.

Sydar miög miklu dreimde Keisarann, ad hann þotteft ftanda fyrer likneíki þvi er Chriftur var pindur, þad mællte vid hann, hvört villtu giölld taka þefsa heims edur annars, hann þottift fvara, Drottin unnandi manna og rettdæmur domandi; vyft heldur hier; þá mælti Rodan, felied hann og Conftantinu konu hanns, frændur hanns og fonu í valld Phocas Riddara. Enn epter draum þennan elfdeft í mot hönum grimmur Riddari hanns fá er Phocas hiet, fá gat tekid Keifaran höndum og fonu hanns fimm, og liet hann þá höggva alla fyrer augum hönum, enn Keifarenn mælte fvo, þá er hvör þeirra var höggvin, Drottin þu ert rettlátur og retter eru domar þyner, fydan var hann fiálfur meiddur og höggven fydan, epter þad let Phocas bana bæde konu hanns og dætrum þrem, og fyftur og fleftu frændalide.

74. §.

CAP. XXI.

DE MAURITIO, PHOCA ET HERACLIO.

§. 72.

Mauritius annos viginti & unum imperavit, erat ille dives & parum dilectus, qvippe qvi in excessu pecuniæ cupidus exstitit, attamen qvo ad cætera, multis donatus bonis reqvisitis. Ipso imperante Rex Carianus Navara, multos cepit captivos. Ille obtulit (Imperatori) singulos captivos, pro singulis numismatibus dimittendos, loco tributi pendendi. At Mauritius se facturum negavit. Tum Carianus singulos binos pro singulis numismatibus ei obtulit redimendos, qvod ille noluit, tunc Carianus irâ excandescens, multa captivorum millia occidi jussit, cæterum hæc Cæsari multam conflaverunt invidiam.

§. 73.

Longo post tempore vidit Cæsar per qvietem, stantem se coram statua Christi crucifixi: illa dixit ad ipsum: num in hoc an altero Seculo mavis pœnas dare? ille sibi respondere visus: Domine amator hominum & juste judex! Certe malo in hoc Seculo; tum statua reposuit, tradite ipsum, Constantinam uxorem ejus, cognatos & filios potestati Eqvitis Phocæ. At vero post hoc somnium invaluit adversus eum Eqves suus atrocis animi, cui Phocas nomen, ille Cæsarem & filios ejus qvinqve manu prehendere potuit, & omnes in oculis ejus cædi jussit, singulis autem cæsis dixit Cæsar: Domine justus es & recta sunt judicia tua. Postea ipse læsus ac deinde cæsus est. Postmodum Phocas & uxorem ejus & filias tres & sororem & cognatos plerosqve interficiendos curavit.

74. §.

A hanns dögum tok Gregorius Páfadom hann ſendi Auguſtinus Biſkup til Englands, er chriſtnadi meſtan hluta þeſs lands. Tok Edelbrigt Kongur vid tru og allt hanns ryke, hafde Auguſtinus Biſkupsſtol í Cantarabyrge, þar ſem nu hviler hinn h. Tomas Erki Biſkup. A dögum Gregorii giördi Angilfus (z) Langbarda Kongur mörg vandræde Romverium, adur Theodelinda kona hanns bad hann afláta, henne ſendi Gregorius bok þá er hann giördi og Dialogus heiter.

75. §.

Focas var Keiſare VIII. ár, hann gaf Bonifacio Páfa blóthus þad er Pantheon het, þad hreinſade hann frá blotum og giörde ad Mariu kyrkiu og allra heilagra, þadan af hofſt allra heilagra Meſſuhalld; I þann tima heriade Cosröe Kongur á Jorſalaland, hann tok kroſs hinn helga í burt ur Jeruſalem, og giörde þar margt illt. Focas var í elldi brendur ad alþidu vilia. Heraclius var Keiſare VI og XX ár, hann vann ſigur á her Cosröe og drap hann ſiálfan, ſydan færde hann kroſs Drottins í Jeruſalem, og er þadan af hallden Kroſsmeſſa á hauſt, á þeim deige er Kroſsen helgi kom í Jeruſalem.

XXII. Cap.

AF IIII. ERKI BISKUPUM.

76. §.

Biſkupa allra er Páfe hædſtur, ſá er helldur Petursſtol í Rómaborg, hönum eiga aller ad luta, fiorer Erkebiſkupar er

(z) Agnilfus. B.

§. 74.

Illo imperante Gregorius Pontifex maximus creatus, Auguſtinum Epiſcopum miſit in Angliam, qvi maximam partem regionis ejus religionem chriſtianam edocuit. Rex Edelbrictus ac totum regnum ſuum fidem chriſtianam accepit. Auguſtinus Epiſcopus Cantabrigiæ ſedem epiſcopalem habuit, ubi nunc ſanctus Thomas Archiepiſcopus defunctus qviescit. Gregorio Pontifice maximo, Angilfus Rex Longobardorum Romanis multa negotia faceſſebat, donec Theodelinda uxor ſua rogaret eum deſiſtere, cui Gregorius librum, qvem confecerat, miſit, qvi Dialogus inſcribitur.

§. 75.

Phocas octo annos imperavit, ille Bonifacio Pontifici maximo delubrum dedit, qvod Pantheon vocatur, qvod a cultu Idololatrico purgatum fecit Mariæ templum & omnium ſanctorum abinde cæpit celebratio Feſti omnium ſanctorum. Eo tempore Cosröe bellum intulit terræ Hieroſolymorum, crucem illam ſanctam ex Hieroſolymis ſuſtulit, ac multa ibi mala patravit. Phocas voluntate publici vivi comburium luit. Heraclius annos ſex & viginti imperatorem egit, Cosröis exercitum ſuperavit ac ipſum occidit. Poſtea crucem Domini Hieroſolymas deportavit, & abinde Feſtum crucis autumnale celebratur eo ipſo die qvo crux ſancta Hieroſolima venit.

CAP. XXII.

DE QVATUOR ARCHIEPISCOPIS.

§. 76.

Pontifex maximus eſt ſummus Epiſcoporum omnium, qvippe qvi ſedem Petri Romæ tenet, qvem omnes venerari tenentur.

eru Patriarchæ kallader, eirn var í Jerusalem, þar var fyrstur Jacobus postule er kallast broder Drottens, annar er í Antiochia, þar hof Petrus Postuli Biskupsdom Ignatius sat þar næst hönum. enn þridie er í Alexandria á Egiptalande, Petrus sette þar Biskupsstol. Marcus Gudspiallamadur sat þar þvi næst, þadan er færdur stóll Patriarcha í Feneyar, í borg þá er Aqvilegia heiter. Enn fiorde Patriarchastóll er í Miklagarde.

XXIII. Cap.

AF JOSUA HÖFDINGIA, DOMURUNUM OG SAUL KONUNGE.

§. 77.

Su Jardteikn giördest í för Israels, þá er þeim var mein ad ormum og eitre þeirra, þá let Moses giöra eirn orm ur eyre, og draga uppi hatt trie, enn hvad ed augum rendi til eyrormsins, þá vard sá þegar alheill, þó ad hann være ádur miög blásen af eytre, enn þá er Moises og syner Israels voru komner til Jordanar, þá leiddi Gud Moisen burt frá ödrum mönnum og andadest hann þar á fiallenu Sinai, og grof hann þar, svo ad eingi madur hitter leidi hanns.

78. §.

Enn epter Andlát Mosis tok Josua fostri hanns höfdingiavelldi yfer Gidingum, hann kallast stundum Iheſus, hann giördest hinn dyrlegasti madur og giördi margar Jardteiknir í Guds nafni, ad hanns fyrersögn geingu syner Israels yfer Jordan þurrum fotum, þá er Lógmáls örkin var borin á midia ána, þá rann áinn til sióar þadan alla leid epter vana. Enn fyrer

ofan

Qvatuor Archiepiſcopi dicuntur Patriarchæ. Unus fuit Hieroſolymis, primus ibi Jacobus Apoſtolus exſtitit Patriarcha, qvi frater Domini vocatur. Secundus Antiochiæ, ubi Petrus Apoſtolus Epiſcopatum eſt exorſus. Cujus proximus ſucceſſor Ignatius ibi reſedit. Tertius Alexandriæ in Ægypto, ibi Petrus ſedem Epiſcopalem poſuit, ſecundus ibi reſedit Marcus Evangeliſta, inde ſedes Epiſcopalis in Venetias translata fuit, in urbem illam, qvæ Aqvilegia dicitur. Qvarta ſedes Epiſcopalis eſt Conſtantinopoli.

CAP. XXIII.

DE JOSUA PRINCIPE JUDICIBUS ET SAULO REGE.

§. 77.

In profectione Iſraelitarum, cum a ſerpentibus ac veneno ſuo læderentur, id miraculi accidit, ut Moſes ſerpentem ex ære conficiendum & ſuper arborem aeriam trahendum curaret, ſed qvicunqve oculos ſerpenti inſeruerat, ut ut antea veneno multum inflammatus, mox ſanitati reſtitutus eſt. Verum Moſes & Iſraelitæ cum ad Jordanum perveniſſent, Deus eum a cæteris hominibus ſeduxit, ac in monte Sinai exſtinctum ſepelivit, ut ſepulcrum ſuum offenderit nemo.

§. 78.

Cæterum Moſe mortuo, Joſua alumnus ejus principatum in Judæos accepit, ille qvandoqve ſalutatur Jeſus, & in virum glorioſiſſimum evaſit, & in nomine Dei multa miracula patravit. Ipſo ducente Iſraelitæ Jordanem ſicco pede tranſierunt, & Arca legis in medium amnis deportata, amnis (inferior) inde, ut ſveverat totâ viâ, mari inferebatur; at pars amnis ſuperior

ofan geck áinn ſvo hatt upp ſem eit fiall hid hædſta være, enn allur lyduren gieck yfer ár farveigin þurran medan áin ſtod, enn þegar allt folk var yfer komid, þá rann áinn epter veniu ſinne ſem fyrr, ad vatn allt fiell til ſiófar.

79. §.

Þad vard enn í annadſinn ad Borgarvegger fiellu aller, þeir er voru um Jericho af hornblaſtrar þit og herópi þeirra, ſidan áttu þeir margar oruſtur, vid þær þióder er þar voru fyrer á landenu, og eignuduſt þær Jardir allar, er Gud hafde heited Abraham, ad hanns Kyn munde biggia, þad vard enn einu ſinne ad Joſua dvalde ſolena miög lánga ſtund, ſvo ad hun geck ecki fram ad veniu ſinne, þá er hönum vard ádur dag fatt til ſoknar þeirrar, er hann hafdi.

80. §.

Hann ſkipte landenu med öllum ættum Gidingalyds, hvöriar Borger eda heród hvör ættin ſkillde hafa. Enn þad landaſkipte hiellſt alla æfe ſydan, medan Gidingalydur bigde landed. Enn epter Joſuam toku þeir menn ad ſtyra Gidingalyd, er kallader eru XII. domendur, í þeirri tölu voru þeir, Gedeon og Samſon ſterki, og Samuel Spámadur, þeir voru fleſter aller helger menn, og leiſtu margt Gudsfolk undan hernadi heidinna konga med Gudstrauſte.

81. §.

Fyrer Gedeon vitrade Engill Guds ad hann munde leisa Gidingafolk ur heidinna manna höndum, enn hann bad Gud ad þad være med ſönnum merkium nockrum, ad þad være Guds vilie. Sydan ſagdeſt hann munde leggia ullar reife í lauka-

perior in montem altissimum surgebat, & amne consistente, totus populus canalem siccum pertransivit: & universo populo transgresso, annis ut prius soleverat fluxit, aqvis omnibus in mare se exonerantibus.

§. 79.

Insuper alia vice contigit ut parietes Hierechuntis clangore buccinarum & vociferationibus eorum collaberentur. Postea multa prælia cum illis gentibus commiserunt, qvæ in illa terra præexstiterunt, & omnes illas terras possessum iverunt, qvas Deus semini Abrahami inhabitandas promiserat. Præterea aliqvando evenit, ut Josua solem per longum tempus detineret, ne, sicuti svescit, procederet, cum dies eum prius ad rem propositam exsequendam destitueret.

§. 80.

Ille terram inter omnes tribus Israelis divisit, qvas urbes & qvosnam tractus singulæ tribus possessum irent, qvæ terræ tributio ab inde per omne ævi tempus obtinuit, dum populus Israeliticus terram illam incoleret. Verum post Josuam populum judaicum regere cæperunt illi, qvi duodecim judices appellantur, in horum numero erant Gedeon & Samson robustus & Samuel Propheta, illi plerique omnes sancti exstitere viri, & multos ex populo Dei, divino auxilio a jugo regum Ethnicorum liberarunt.

81. §.

Gedeoni angelus Dei prænunciavit, ipsum, populum Judaicum e manibus Ethnicorum esse liberaturum, at ille certum aliqvod a Deo signum petivit, ex qvo id velle Deum sibi constaret. Postea dixit se vellus horto alliorum impositurum, &

laukagard og bad ad dögg fielle á reifed, enn laukagardurenn være þurr, og veitte Gud hönum þad þegar, þá bad hann hins ad Reifed være þurt, enn dogg fielli á allan gárden, og giördiſt þad epter hanns beidni og Guds vilia á ſomu nott epter.

82. §.

Enn er þaug merki urdu hvorutvegge, þá for hann med litlu lide ad Guds bodorde til ſoknar vid miken her, þeir hófdu í hægre hendi blástrar horn, enn í vinſtre hendi Leirkluckur og lioskier innani, enn þá er lided ſokteſt á moti, þá bliesu þeir í hornin, og brutu leirkluckurnar ſydan. Enn þá er oviner þeirra ſiá ad liosen ſkínu vid, þá lögdu þeir á flotta aller.

83. §.

Samſon var domande, hann hafdi ſvo miked afl, ad hann braut Borgarhlids umbuning, af handmagni einu ſaman, og bar á fiall upp. A dögum Samuelis Spámans toku Gydingar ſier Kong þann er Saul hiet, hann var ſonur hinns fyrſta Kongs þeirra, hann var fyrſt gódur öndverda æfe ſyna, enn illur ofanverda, á hanns dögum fellde David ungur ſveirn Goliat Risa heidin, Saul var Kongur XX. vetur, enn þeſse tydende öll giörduſt á þridia alldre heims.

XXIV. Cap.

UM MERKING ÞESSARA HLUTA.

84. §.

Aurken ſu er helger domar Gidinga voru hirder í merker Drotten vorn er allar manndyrder hefur í ſynu brioſte.

petivit, ut ſicco manente horto alliorum, ſuper vellus plueret, id qvod Deus ei ſtatim conceſſit; tum alterum rogavit, ſc. ut ſicco manente vellere, ſuper totum hortum plueret, id qvod juxta petitionem ejus ac Dei voluntatem eadem nocte inſeqventi evenit.

§. 82.

Cæterum utroqve miraculo patrato, juſſu Dei, parva manu ad magnum exercitum oppugnandum eſt profectus, dextrâ buccinas, ſiniſtrâ hydrias figulinas gerebant, qvæ lampades in ſe continebant, cum vero adverſus eos exercitus contenderet, buccinis clangebant, & dein hydrias figulinas frangebant, ſed cum hoſtes lumina exſplendeſcere cernerent, omnes fugam capeſſebant.

§. 83.

Samſon judex, tanto erat præditus robore, ut apparatum portæ Urbis ſola vi manuum perfringeret, & ſuper montem deportaret. Tempore Samuelis Prophetæ, Judæi virum nomine Saulum, Regem declararunt, ille primi Regis eoruudem filius, parte priore ætatis ſuæ, primò qvidem bonum, poſteriore malum Regem egit. Illo regnante David adoleſcens, Goliathum gigantem ethnicum proſtravit. Saulus annos viginti regnavit, hæc autem omnia tertia mundi ætate geſta ſunt.

CAP. XXIV.

DE SIGNIFICATIONIBUS HARUM RERUM.

§. 84.

Arca illa, in qva res ſanctæ Judæorum aſſervabantur, denotat Dominum noſtrum, qvi omnes humanas excellentias in

brioſte. Eir ormur ſá er í tre hieck er hvör vard heill er tilleit merker Jeſum Chriſtum, hangandi á krosſinum er græder öll ſár anda vorra, ef vier rennum hugſkots augum vorum til Pyſlar hanns. Enn þad er vegger Jericho fiellu fyrer herope og hornblæſtre Gidinga, merker þad ad allt trauſt og afl heidinnar Þiodar fiell nidur fyrer hliome heilagra kenninga.

85. §.

Reife þad er Gedeon lagde í laukagarden, er dögg var á Reifenu, enn Garduren allur þurr hiá, merker þad ad miſkunar dögg Guds fell á Gidingalyd fyrſt er reifed merker, enn öll heimsbygd önnur var þá án miſkunar enn ſydan toku þioder allar adrar er laukagardin merkia vid þeirre miſkunardögg er Gidinga lydur miſte.

86. §.

Enn í þvi er Gedeon vann ſigur á fiöndum ſinum med hornblæſtre ſinna manna, og med liosum þeim er hulld höfdu vered med leirkluckum, enn ſydan tok ad ſkyna er leirkluckurnar voru afbrotnar, er þad markad ad Gud væge ſigur á ovinum ſynum med hliome kenninga heilagra manna er lioskerenn merkia (2 a) og biartar Jardteikner þeirra er liosen merkia. Samſon merker Jheſum Chriſtum í þrekvirke þvi er hann braut hlids umbuning er hann gieck á fiall upp; þviad Drotten vor braut helvytis birgi og ſtie til himens upp.

XXV.

(2 a) Þá er likamer þeirra voru lamder er leirklukkur merkia. B. A. *h. e. Cum ipſorum corpora quæ hydriæ figulinæ denotant, verberibus afficerentur.*

pectore fovet. Serpens aeneus ab arbore suspensus, cujus adspectu qvivis ipsum respiciens sanitati est restitutus, Jesum Christum in cruce pendentem denotat, qvi omnia animarum nostrarum vulnera sanat, si oculos mentis in ipsius passionem convertamus. Qvod autem parietes Hierichontis Judæis vociferantibus & buccinantibus corruerunt, significat omnem fiduciam ac vim religionis ethnicæ, sonitu sanctarum doctrinarum collapsam esse.

§. 85.

Vellus, qvod Gedeon horto alliorum imposuit, in qvod, toto horto existente sicco, pluebat; designat pluviam divinæ misericordiæ, primò in populum Judaicum, qvem vellus indigitavit, incidisse, toto interim orbe reliqvo misericordiæ Dei experte. Postea vero omnes gentes reliqvas, qvas hortus alliorum notavit, pluviam hanc misericordiæ, qvam populus Judaicus amisit, adeptas esse.

§. 86.

Qvod autem Gedeon de hostibus victoriam reportavit, buccinantibus suis, & luminibus intra hydrias figulinas absconditis, sed qvæ postea fractis hydriis exsplenduerunt, id ipsum indigitat, Deum de hostibus suis victoriam reportare, sonitu doctrinarum, a sanctis viris traditarum, qvas denotarunt lampades, & splendidis miraculis eorundem, qvæ lumina significarunt. Samson præfigurat Jesum Christum in eo facinore, qvo portarum apparatum perfregit, & in montem ascendens deportavit, qvia Dominus noster portas infernales perfregit, & in cælum ascendit.

XXV. Cap.

AF DAVID.

87. §.

Enn fiorde alldur heims hefſt þá er David tok kongdom, og er taled til herleidingar Babilons, þad er CCCC. vetur Xræd og hálfur atte tugur vetra, David var Kongur XL. vetra, hann var vygdur til kongs í æſku ſinne, af þeim Guds dyrdlinge er Samuel het, David var adur ſmalamadur fyrer þue fodurſins í Betlehem, og ſvo miög leinge ſydan, enn Gud efilde hann til margra ſtorvirkia.

88. §.

Hann reif í ſundur kiapta hins óargadyrs, og braut Biarnar hramma af handmagni ſinu, þá er hann giætte ſauda födur ſins, og hann felldi Goliath riſa med Slönguſteins halli einum, og tok ſvo af Guds lyd ſkemd og ótta; Enn þá er Saul kongur ſá ad hann fieck frægd og metnad af verkum ſinum, þá lagdi hann miken fiandſkap á hann, og leitade langa æfe vid ad drepa hann.

89. §.

Enn David vard leingi landflotta af þeim ſökum þolenmodlega og lytelátlega, þviad þad vysar ad hann let kongin ur færi gánga, þá er hann átte Koſt ad drepa hann. Enn ſydan er hann frág Saul kong fallin vera í oruſtu, þá gret hann ſvo fall hanns ſem hins beſta vinar ſins, enn hann tok ſydan kongdom epter Saul mág ſinn og var kongur VII. vetur í Ebron, yfer kyne Juda ad eins, enn III. vetur ens fiorda tugar í Jeruſalem yfer öllu Israels kyne.

90. §.

CAP. XXV.

DE DAVIDE.

§. 87.

Ætas mundi qvarta cæpit, dum David Rex crearetur, & ad captivitatem Babilonicam putatur, ea conſtat annis qvadringentis denariè ſumtis, & Septuaginta qvinqve. David annis qvadraginta Regem egit, is adoleſcens a viro Dei glorioſo Samuele ad officium Regium conſecratus eſt. Antea & abinde per longum tempus David paſtor oeconomiæ paternæ Bethlehemi præfuit, ſed Deus eum ad multa facinora corroboravit.

§. 88.

Ille roſtra leonis dilaceravit, & vi manuum pedes urſinos perfregit, dum oves paternas cuſtodiret, atqve Goliathum gigantem uno fundæ jactu proſtravit & ita populum Dei a clade & timore liberavit. Saulus autem Rex rebus geſtis claritatem & exiſtimationem conſeqvutum cum cerneret, multas cum eo ſimultates gerens, longo tempore ipſum occidere conabatur.

§. 89.

At vero ex his cauſis David, diu patienter ac humiliter in exſilio egit, illud ex eo conſtitit, qvod Regis interficiendi copia ſibi data, ipſum elabi ſineret. Poſtea vero, cum Saulum Regem in prælio occidiſſe cognóſcet; morti ſuæ ut amici optimi illacrimavit, deinde Saulo ſocero in regno ſucceſſit; & ſeptem annos Hebronæ ſoli Judæ tribui, & annos tres & triginta Hieroſolymis toti populo Iſraelitico regnavit.

§. 90.

90. §.

Gud gaf hönum ſigur hvar ſem hann átte oruſtu vid ovine ſyna, enn hann var drickiadur (2 b) af mörgum manndyrdum, og allra meſt af lytelæte ſinu, hann hafde ſpáleik af helgum anda, hann giörde bok þá er Pſalltare heitir, er allſkins lof er Gudi ſunged, enn ſá glæpur ſotte David, ad hann tok konu Riddara ſins og átti lag vid hana, enn ried hönum banarád, enn Gud ſendi vin ſinn eirn ad avyta kongin þann er Nathan hiet, um þetta verk, enn hann fieck ydran mikla ſydar.

91. §.

Gud lagdi þá á hann refsing þá til ſyferbótar, ad ſon hanns ſá er Abſalon het, giördi uppreiſt á mote hönum, og vard David ad flyia ur landi fyrer hönum, þeir attu oruſtu harda ſydan, og fell Abſalon þar, vid þeirri konu átte David ſon þann er Salomon het er ſpakaſtur madur hefur vered, og aller kongar Gidinga eru frá komner. Salomon giörde hus þad Gude til Dyrdar, er beſt hefur giört vered og itarlegaſt, þad var utan giört med hvitum ſteine, enn innan var þad þaked allt gullſþöngum, ſvo ad ecki mátti bertinnan ſiá nema gull eitt, ker voru þar og mörg og kertaſtikur og margar gerſemar adrar ur gullibrendu. Hus þetta var í ſmyde VII. vetur og VII. mánude og vygt á enum átta mánude hins ſama arsins þadan frá, þvi er ſmyden var byriud. Muſtere þad er Salomon liet giöra í Jorſalaborg er kallad Salomons muſteri edur Templum Domini.

92. §.

Salomon giördi þriár bækur helgar, hann misgiörde miög í elle ſinne af epterlife vid heidnar konur þær, er hann átte og unne

(2 b) dyrkadur. B.

§. 90.

Ubicunqve cum hoſte conflixit, Deus ei victoriam ceſſit, multis autem virtutibus & ſumma humilitate præditus a ſpiritu ſancto Prophetia donatus, librum illum cui nomen Pſalterio, confecit, qvo omnifaria laus Deo canitur, verum id ſceleris David patravit ut cum uxore eqvitis ſui abducta conſuetudinem haberet, ipſi vero mortem conſiliaret, ſed Deus amicum ſuum, cui nomen Nathan, ad Regem hujus facti reprehendendum miſit, at poſtea multum pœnituit.

§. 91.

Tunc emendando ei Deus id inflixit penæ, ut filius ſuus cui nomen Abſalon, contra ipſum rebellaret, qvare David fugam e ſuo territorio capeſſere coactus eſt, poſtea acri commiſſo prælio Abſalon occubuit. Ex ea muliere David filium ſuſcepit, qvi Salomon ſalutatus mortalium ſapientiſſimus; a qvo omnes Judæorum Reges deſcenderunt. In gloriam Dei Salomon ædificavit domum illam, qvæ omnium unqvam conditarum optima nec non excellentiſſima; extrinſecus conſtructa fuit albo marmore; at intrinſecus laminis aureis tota contecta, ut nihil interius auro nudum cerneretur. Qvin etiam exſtabant ibi vaſa numeroſa, & candelabra, & alia multa pretioſa ex auro combuſto elaborata. Structura domus hujus ſeptem annis & ſeptem menſibus abſoluta, octavo menſe anni ejusdem a cæpta conſtructione fuit initiata. Hoc templum qvod Salomon Hieroſolymis condendum curavit, templum Salomonis, ſive templum Domini ſalutatur.

§. 92.

Salomon tres libros ſacros compoſuit. ex indulgentia in uxores qvas habebat ethnicas, & nimium deperibat graviter

unne ofmiked, þó vænta menn hönum miſkunar af Gude ad lokum ad þvi er helger fedur ræda af, Ambroſius, Auguſtinus og Jeronymus. Epter Salomon var Roboam ſonur hanns kongur ad Jorſölum undan hönum hvarf mikell fiölde Gidingafolks, og toku þeir ſier kong þann er Jeroboam het, hann giördeſt blotmadur og ſvo voru kongar miög ſvo aller þeir, er hanns ryke höfdu hvör epter annan.

93. §.

Epter Roboam var Abia ſonur hanns kongur ad Jorſölum, enn þá Asa ſonur hanns. Enn þvi næſt Joſaphat ſon hanns, þadan frá voru Kongar af Kyne Davids yfer Jorsalaryke, hvor epter annan, ſvo ſem Gud hafde heited allt til herleidingar Babilons, enn ſydann tok ávallt kongdom ſonur epter födur ſinn, medan kongar hiellduſt í Gidingakine, þeir voru ſumer Gudsviner enn ſumer villtuſt frá Gude til blóta og til annara osida marger, þeir voru fleſter ſinduger ad þvi er helger fedur kalla. I þeirre tölu voru helger Kongar og dyrdleger Ezechias og Josias er Páſka hiellt beſt manna í þann tyd.

94. §.

A dögum hinna efſtu Jorsala Konga kom Nabogodonoſor Babilons kongur med her ſinn, í Jorſalaland, og braut alla Jeruſalem til Jardar og ſvo Salomons muſteri. Þadan tok hann fiár hluti mikla, og færde í Babilon, hann hafdi og ad herfangi Jechonias Kong og allan Jorsalalyd med hönum, í þeirre herleidingu var Daniel Spámadur og þeir Ananias, Asarias, og Misael er ortu Benedicte í ofne ellds brennande.

95. §.

in senectute peccavit. Ex iis tamen, quæ sancti patres, Ambrosius Augustinus & Hieronymus docuere, ad ultimum gratiam Dei consequutus existimatur. Salomoni Roboam filius in Regno Hierosolymis successit, magna pars populi Judaici ab eo deficientis, Regem, cui nomen Hieroboam sibi elegerunt. Is & Reges plerique omnes qui in ejus regno se exceperunt, in idololatriam prolapsi sunt.

§. 93.

Roboamo Abia filius Hierosolymis in regno successit, tum Asa suus filius. At tum proxime Josaphatus suus filius. Abinde Reges e stirpe Davidis regnum Hierosolymitanum, usque ad captivitatem Babilonicam, uti Deus promiserat, tenuerunt. Post modum vero, quam diu ex stirpe Judaica Reges exstiterunt, semper filius patri in regno successit. Erant illorum alii amici Dei, at alii multi a Deo aberrantes in Idololatriam, ac alios malos mores prolapsi, plerique peccatores exstiterunt, pro uti loquuntur sancti patres. In horum numero fuere sancti & glorioſi reges, Ezechias & Josias, qui ea tempestate optimè Pascha celebravit.

§. 94.

Temporibus Regum ultimorum Hierosolymis regnantium, Rex Babyloniæ Nebuchadnesar in Judæam venit, & totam Hierosolymam ac templum Salomonis solo æquavit, multam inde pecuniam abstulit, & Babylonem deportavit. Regem etiam Jechoniam & cum ipso universum populum Hierosolymitanum captivum duxit, fuerunt in ea captivitate Daniel Propheta, ac viri illi, Ananias, Azarias & Misael, qui in fornace Ignis ferventis, Benedicite, cecinerunt.

95. §.

Um þeſsara Konga æfe voru fleſter helger Spámenn uppi í Gidingalyd, þeir ed Jardteikner giördu. Helias var í fyrſta lage hann gaf lyf daudum mönnum, og ſvo riede hann vedre med Gude bæde til Oárans og til ársbótar, hann liet koma elld af himne yfer blotmenn til reſſingar, og brunnu þeir í ellde þeim, hann faſtadi XL. daga ſo ſem Moiſes faſtadi, enn epter þad var hann upphafin af Guds Englum í kerru þeirri er í elldslyki ſyndeſt, og er nu hirdur af ödrum mönnum í hvylld mikelle, hann mun koma í ſyn vid menn litlu fyrer domadag, og hann mun pyndur verda af Antichriſto, til bana og þeir Enoch báder.

96. §.

Enn þegar uppleid á æfe konga Gidingalyds, þá uxu blot og ófider marger adrer í Jerúſalem af Kongum og öllum Gidingalyd, ſvo ad þeir blotudu börnum ſinum til diöfla þocka, enn Gud ſendi Spámenn ſyna Iſaiam og Jeremiam og marga adra ad avyta, biodande ad ſeigia þeim, ad hefndin munde fram koma verda, fyrer oſidu þeirra, ef þeir hyrfe ei af. Enn þeir ráku fionum alla Guds Spámenn, þá er hanns erinde bodudu þeim.

97. §.

Epter Elias var fyrſtur Spámadur hanns Eliſeus er mörg tákn giörde, þeſser fiorer eru kallader ener meire Spámenn, Ysaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, þeirra hvör hefur giört mikla Bok af tilviſan heilags Anda, enn eru adrer XII. þeir er hiner minne Spámenn eru kallader, þeirra nöfn eru þeſse, Osea, Amos, Jonas, Micheas, Joel, Nahum, Zophonias,

Aba-

§. 95.

Temporibus horum Regum, plurimi ſancti Prophetæ, in populo judaico floruere, qvi miracula patrarunt. Inter eos primarius exſtitit Helias, ille vitam mortuis largitus, una cum Deo tempeſtatibus ad annonæ vilitatem & charitatem, moderandis præfuit, ignem de cælo ſuper homines Idololatras puniendos demiſit, in qvo etiam illi vivi comburium luere. Diebus qvadraginta ſicuti Moſes, jejunavit, poſtmodum vero ab angelis Dei, in curru, qvi igneus apparuit, in cælum ſublatus, nunc ab aliis hominibus in magna qviete cuſtoditur, ille paulo ante judicium extremum mortalibus apparebit, & una cum Enocho ab Antichriſto ad mortem excruciabuntur.

§. 96.

Cæterum ætate Regum Judæorum jam provecta, cultus idololatricus ac multi mali mores alii Hieroſolymis, Regibus & toti populo judaico ita increverunt, ut Diabolis placandis liberos ſuos offerrent; Sed Deus Prophetas ſuos, Eſaiam & Jeremiam ac multos alios ad eos increpandos miſit, & ipſis nunciari juſſit, pro malis moribus ultionem eventuram, niſi converterentur. At vero illi omnes Dei Prophetas, qvi negotium Dei ipſis nunciabant inimicos ſibi effecere.

§. 97.

Heliæ in officio prophetico primus ſucceſſit Heliſæus, qvi multa miracula patravit. Hi qvatuor appellantur Prophetæ majores: Eſaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel. Qvorum qvilibet inſtinctu ſpiritus ſancti magnum librum conſcripſit, præterea ſunt alii duodecim qvi Prophetæ minores vocantur, qvorum hæc nomina: Oſeas, Amos, Jonas, Micheas, Joel, Na-

Abakuk, Aggeus, Abdias, Zacharias, Malachias. þeir hafa aller bækur giört af helgum Anda, enn þar likſtat hinn fiorde alldur heims.

XXVI. Cap.

MERKINGAR HEILAGAR HIER AF.

98. §.

David Kongur iardteikner Chriſt í lytelæte ſynu, og Þólinmæde þeirri er hann hafde vid Saul Kong, enn Saul iardteikner í öfund ſinne og opocka vid David, fiandſkap Gidinga vid Drottin vorn. Enn í þvi er Ryke Sauls Kongs eiddeſt, enn Davids ryke vox og þróadiſt, er þad merkt í þvi, ad velldi Gidinga hefur þrottnad, enn velldi Drottins vors er Chriſtnena merker hefur vaxed.

99. §.

Salomon er ſpakaſtur madur var alin, og þydeſt nafn hanns fridſamur, merker Iheſum Chriſtum er frid eilyfan gefur öllum ſinum vinum, og kirkia ſu er hann liet giöra til Dyrdar Gude, merker almennelega Chriſtne vora, enn Gulled merker þad er hun var þaken öll innan veggia med, merker aſt þá er Gud byrter brioſt ſinna manna med, enn Steinarner hvyter er utan mátte áſiá, merkia ſtyrkleik godra verka Gudsvina, og helldur ſvo upp hvör Gudsvina annars koſte til þrifa, ſem ſteirn en helldur upp annar odrum í ſteinveggiunum.

100. §.

Enn lym er ſaman helldur ſteinunum, og feſter allan veggen, merker áſtud þá er ſamanteinger alla adferd godra manna

hum, Zophonias, Habachug, Aggæus, Abdias, Zacharias, Malachias. Hi omnes inſtinctu Spiritus ſancti libros confecerunt, tunc autem (in captivitate Babylonica) qvarta mundi ætas terminatur.

CAP. XXVI.

DE SANCTIS SIGNIFICATIONIBUS QVÆ HINC ELICIUNTUR.

§. 98.

Rex David ſua humilitate & patientiâ, qva in Saulum Regem utebatur Chriſtum; Saulus vero ſuâ invidiâ & ſimultatibus in Davidem, Judæorum in dominum inimicitias præfigurat. Cæterum eo qvod Regnum Sauli peſſumivit Davidis autem crevit & confirmatum eſt, denotatur regnum Judæorum peſſumiiſſe, at Regnum Domini noſtri, qvod ſignificat Eccleſiam, incrementa cepiſſe.

§. 99.

Salomon mortalium omnium ſapientiſſimus, & cujus nomen denotat pacificum, præfigurat Jeſum Chriſtum, qvi pacem æternam omnibus ſuis amicis largitur, & templum illud, qvod in Dei gloriam condendum curavit, denotat Eccleſiam noſtram catholicam, at aurum, qvo totum intra parietes erat contectum, indigitat amorem illum quo Deus illuminat pectora ſuorum, ſed lapides albi, qvi exterius conſpiciebantur, ſignificant valorem operum bonorum Dei amicorum, uno alius vitam ita ſuſtentante, ut lapis unus alium in pariete lapideo ſuſtinet.

§. 100.

Cæterum Gluten lapides continens ac totum firmans parietem, denotat charitatem illam, qvæ omnium bonorum opera con-

manna og ſtirker þá til allra þrifa; Vetur VII. og manuder VII. er kyrkian var ſmydud á merker þeſsa heims æfe, þá er Chriſtnen tekur vöxt og þroſka ſinn og fiölmenniſt. Enn ſu æfa lydur fram á VII. dögum viku hvörrar. Enn vetur hinn átte ſá er vygd var Kirkian á, og Gude helgud, merker upprisu dagen ſiálfan, þann er öll Chriſtnen tekur eilyfa helgan í himnum af Gude. Helias Spámadur merker í uppſtigning ſinne, uppſtigning Drottens vors til himna.

XXVII. Cap.

AF VTA ALLDRE HEIMS.

101. §.

Sá er taldur enn fimte alldur heims er hofft í Babilons herleidingu enn laukſt í hingadkomu Chriſts drottins vors. I þeim alldre eru V. hundrud vetur tyræd, átta tyger og IX. vetur. Þaú tydendi giörduſt á hinum fimta heims alldrinum ad Gidingalydur var herteken af Nabogodonosor Konge auſtur í Babilon, enn Jeruſalem öll nidurbrotenn til iardar, og Salomons muſteri brotid og brent, enn gull þad allt og gerſemar er þar var giört til dyrdar Gude, þad var hertekid.

102. §.

Konguren Zedechias og allt Stormenni ur Jorſölum, og margur lydur var brottfærdur og ſendur í Babilon og þiádur þar LXX. vetur og í þvi herfángi vurdu tekner marger menn, riettláter og dyrdleiger menn, þeir er í Guds nafni og trauſte giördu mörg takn og ſtormerki þar, til þeſs ad hugga þann auma lyd, er þar þiönudu heidnum Konge.

§. 103.

conjungit & ad omnem progressum confirmat; Anni septem ac menses septem, qvibus structura templi absoluta, designat ævum hujus mundi, qvo Ecclesia crescit adolescit ac multiplicatur. Ævum autem illud per dies septem hebdomadis cujusqve decurrit. Annus autem octavus, qvo initiatum ac Deo consecratum est templum, præfigurat, ipsum diem resurrectionis, qvo Ecclesia cuncta æternam sanctimoniam in cælo a Deo accipit. Helias Propheta ascensione sua præfigurat Domini nostri in cælum ascensionem.

CAP. XXVII.

DE QVINTA MUNDI ÆTATE.

§. 101.

Ea mundi ætas putatur qvinta, qvæ a captivitate Babylonica cæpta, at in adventu Christi domini nostri est terminata, continet ætas illa annos qvingentos denariè sumtos & octoginta novem. Ævo mundi qvinto, ea nova evenerunt, ut populus Judaicus a Rege Nebuchadnesare versus orientem captivus Babylonem duceretur, tota vero Hierosolyma Solo æqvata sit, templumqve Salomonis destructum & combustum. Aurum vero universum, & qvæ in Dei gloriam elaborata fuerant pretiosa capta sint.

§. 102.

Rex Zedechias, & omnes magnates Hierosolymorum, magnaqve populi multitudo, deportati ac Babyloniam deducti, annos septuaginta ibi vexabantur. In ea captivitate multi viri justi & glorioſi capti, in nomine ac fiducia Dei multa ibi miracula & facinora patrârunt, ad miserum illum populum consolandum, qvi Regi ethnico ibi serviebat.

103. §.

Þar var Daniel ſpámadur eirn af þeim, er þad meinlæte lagde á ſig á ungum alldre í Kongshöll, at hann hafde ei adra fædu enn Ertur eda Bauner, enn Gud gaf hönum ſpeki og mannvit meira, og getſpeke meire enn ödrum mönnum, ſvo ad hann ſagde Konginum draum hanns, þann er hann munde ei ſiálfur ádſeigia, og ried Daniel draumen ſydan til þeirra ſtortydenda, er ſydan giörduſt um alla veralldar bygdena, Kongur hof hann til metorda hinna meſtu, epter þeſsa Jardteikn, og giörde hann ſier kiæraſtan manna. Annan draum Kongſens riede hann til þeſs, ad Kongur munde gánga af vitenu og ad giallte verda, og lifa ſem dyr eda fenadur ute á ſkogum VII. vetur, fyrer ofmetnadur ſaker ſins og offtopa, enn epter þad kvad hann Kongin munde vitkaſt, og koma aptur í ryke ſitt, og gieck þad allt epter ſem Daniel ſpáde. Nabogodonosor var Kongur XL. vetur og III. vetur..

104. §.

Gidingafolk var LXX. vetra í Babilon í anaud, ſvo ſem Jeremias Spámadur hafde fyrerſagt. Epter Nabogodonosor hiellſt kongdomur í Kyne hanns, um nockura Konga æfe uns Balthaſar Kongur var veigin. enn epter þad var Darius yfer Kongur. Daniel vard fyrer öfund vondra manna, af því ad Darius Kongur hafde á hönum elſku mikla og vyrding, Enn þeir beittu vielum ſydan Kongen, ſvo ad hann vard nær naudugur ad ſelia hann þeim í hönd.

105. §.

Enn þeir ſettu hann í gröf med dyrum enum oörgum, þeim er ſvellt voru adur til þeſs, aud þaú virde því ölmare enn

ádur

§. 103.

Unus eorum erat Propheta Daniel, qvi in aula Regis sibi adolescenti id malæ conditionis imposuit, ut nullo cibo nisi pisis vel fabis vesceretur; Deus autem illi plus qvam aliis sapientiæ intelligentiæ & oneiromantiæ dedit, ut somnium suum Regi revelaret, qvod oblivioni datum ipse enarrare non potuit; qvare deinde Daniel somnium illud interpretatus est denotare res illas ingentes qvæ postmodum in toto terrarum orbe gestæ sunt, post hoc miraculum Rex eum ad summam dignitatem evexit & charissimum sibi fecit. Alterum somnium regium conjectans prædixit, Regem usu rationis amisso, in porcum transformatum iri, & ob superbiam & insolentiam, instar ferarum pecorumve septem annos in sylvis victurum, postea vero Regem ad usum rationis redituram & in regnum restitutum iri, qvæ omnia sicuti prædixerat Daniel, evenere. Nebuchadnesar annis qvadraginta tribus regnavit.

§. 104.

Populus Judaicus annos septuaginta Babylone in calamitate detinebatur, prouti Jeremias Propheta prædixerat. Post Nebuchadnesarem regnum aliqvot Regum ætates in stirpe sua permansit, donec Rex Balthasar occideretur, postea vero Darius summus exstitit Rex. Daniel in malorum hominum invidiam incurrebat, qvod Rex Darius magno eum honore & amore prosequeretur, verum postea Regem astu ita circumvenere, ut invitus ferè Danielem illis tradere cogeretur.

§. 105.

At vero illi ipsum apud leones cryptis imposuerunt, qvos prius esuriones effecerant, ut tanto atrocius qvam alias in

ádur vid Daniel, enn þaú munde ella vera. Enn Gud giætte ſvo til vinar ſins, ad hann var heill og omeiddur med dyrum nær viku, enn þaú lagu hiá hönum faſtande, nær viku iafngiæf ſem ſauder. Gud ſendi hönum mat þángad, er færdi hönum Abakuck Spámadur af Gidingalande, ſvo ad Eingell Guds bar hann þángad á einu augabragde, ad hann hiellt í eitt hár á hönum og ſvo aptur þángad.

106. §.

Sidon, Miſak og Abednego, þeir voru foſtbrædur Daniels og frændur, þeim var ſkotid í elld brennande ad ráde Nabogodonoſoris Kongs, ſvo ad þeir voru bundner ádur ſterklega, enn í elldenum brunnu af þeim böndin þegar, enn ſidan geingu þeir lauser í elldenum, og ſungu lof Gude, ei brunnu helldur hár áf höfde þeirra, Eingell Guds kom í ellden til þeirra, og ſtökte loganum frá þeim, þeir ſungu loſſaung þann er Benedictie er upphaf.

107. §.

Epter Darium var Cyrus frænde hanns yfer Kongur, hann var godur Kongur og þó heidin, ad hanns lofe foru Gydingar aptur til Jorſalalands, þeir voru höfdingiar fyrer þeim Zorobabel hertoge og Jeſus kennemadur hinn mikle, þeir tóku ſydan upp ad bæta borgina Jeruſalem og muſtered helga er brendt hafde vered, med vexte enum ſama, og ſkraute minna, enn fyrr hafde vered, þeir voru ad Kyrkiugiörd þeirre VI. vetur ens fimta tygar, af þvi ad þeir urdu ad veriaſt þiodum þeim er tállma villdu verk fyrer þeim.

108. §.

Þá ſtyrdu Biſkupar Gidingafolke frá þvi er þeir komu aptur ur Babilon lánga æfe. Epter Cyrum var Cambyſes ſonur hans

Kongur

Danielem ſævirent, ſed Deus amicum ſuum ita ſervavit, ut incolumis ac illæſus ſeptimanâ ferè cum feris eſſet, verum furiones apud ipſum prope hebdomadâ inſtar ovium manſvetæ cubabant. Deus eò cibum ei deportandum curavit, qvem ipſi ex Judæa Propheta Habachuch attulit, qvem angelus Dei, unum in corpore ſuo pilum tenens, in momento illuc portavit ac eôdem reportavit.

§. 106.

Sidon, Miſach & Abednego, Danielis collactanei & conſangvinei, juſſu Regis Nebuchadneſaris, validè prius vinculis conſtricti, Igni ardenti ſunt injecti, at vinculis mox combuſtis, ſoluti in Igne ambulârunt, & laudes Dei cecinerunt, ut ne pili qvidem capitum conflagrarent. Angelus Dei ad ipſos in ignem veniens flammam ab ipſis repercuſſit, illi hymnum cecinerunt, cujus initium, benedicite.

§. 107.

Dario Cyrus ſuus conſangvineus, Rex ſummus ſucceſſit, is licet ethnicus tamen bonum Regem egit, illius permiſſu, Judæi in terram Canaan redierunt, Principes ipſis præfuerunt, Zorobabel dux & Jeſus Pontifex maximus. Deindè Urbem Hieroſolymam & templum ſanctum qvod combuſtum fuerat, reparare cæperunt, eadem amplitudine, at ornatu priſtino minore, templo illi condendo annos qvadraginta ſex immorabantur, qvod ſe a gentibus illis, qvæ in opere conficiendo ipſos interpellare nitebantur, tueri cogerentur.

§. 108.

Tum poſt reditum ex Babylone Epiſcopi longo tempore populum judaicum regebant. Cyro Cambyſes filius in regno Ba-

Kongur í Babilon, hann liet giöra Babilon hina nyu á Egyptalande, Enn hann er ſtundum kalladur Nabogodonoſor, á hans dögum var Holophernes hertugi veigin, hönum banade Judith eckia heilög. Epter Cambiſes hiellſt Babilons ryke allt til þeſs ad Alexander hinn mikle Grickia Kongur, fellde Darium Kong Babilons manna og eignadeſt allt ryke hanns. Alexander kannade alla ſudurálfu heimsins og bardeſt vid marga Konga, og hafde hvervetna gagn, hann lagde ok á háls Kongum og liet þá draga kierru under ſier um Borger. Alexander var yferkongur XII. vetur, og drack eitur til bana í Babilon, hann liet giöra höfudborg á Egyptalande þá er Alexandria heiter, Alexander ſkipte ryke ſinu adur hann dæe med XII. mönnum, þeir voru aller Kongar epter hann. Þádan frá hellſt Grickia ryke allt til þeſs Romveria ryke hofſt.

109. §.

Epter Alexander var Ptholomeus Rongur á Egyptalande, þadan frá hiet hvör og eirn kongur Ptholomeus á Egyptalande ödru nafne, medan ryked hiellſt, ſo ſem Pharao hafde heited í fyrndenne, Ptholomeus hinn fyrſte var Rongur XL. vetur. Anthiocus het Kongur á Syrlande, grimmur og vondur, vid hann er kend höfudborg ſu er Antiochia heiter, og hann liet giöra, hann tok Kongdom þá lided var C. vetra og III. vetur þadan frá er Alexander eignadeſt Babilon.

110. §.

Anthiocus geck á hendur Gidingum hart og ſaurgadi Jeruſalem og ſvo Templum Domini í blotum heidenna manna, hann færde marga Gidinga til bana, þá er hallda villdu Guds lógmál, þá ſtod Matthias og ſonur hanns á mote hönum,

Mat-

bilone ſucceſſit, ille Babylonem illam novam in Egypto condidit; & interdum Nebuchadneſar ſalutatur, eo regnante Holophernes dux occiditur, qvem Judith vidua ſancta interfecit. Poſt Cambiſen Regnum Babylonicum continuavit, donec Alexander magnus Rex Græcorum, Dario Rege Babyloniorum profligato, toto regno ejus potiretur. Alexander cunctam cognovit Affricam, & cum multis Regibus confligens victoriam ſemper reportavit, ille Regum cervicibus impoſito jugo, eos currum ſuum per Urbes trahere juſſit. Alexander annos duodecim monarchiam tenuit, ac Babylone venenum lethiferum hauſit, in Ægypto Metropolin condidit, cui Alexandria nomen, Alexander ante mortem, inter viros duodecim tribuit Imperium, qvi omnes ei Reges ſucceſſerunt. Abinde regnum Græcorum continuavit donec inciperet imperium Romanum.

§. 109.

Poſt Alexandrum Ptholomæus fuit Rex Ægypti, exindè qvilibet Rex Ægypti cognomine Ptholomæus ſalutabatur, qvamdiu regnum perduravit, qvemadmodum qvondam Pharao fuerat appellatus. Ptholomæus primus regnavit annos qvadraginta. Antiochus dicebatur Rex Syriæ mali ac ferocis animi, ab eo denominata eſt Metropolis illa, qvæ Antiochia vocatur, qvam ædificandam curavit, ille centum ac tribus annis, poſtqvam Alexander Babylone potiretur, Rex creatus eſt.

§. 110.

Anthiochus Judæos atrociter invadens Hieroſolymam ac Templum Domini cultu ethnico profanavit, atqve multos Judæorum qvi legem Dei ſervare volebant interfecit, tunc ei Matathias ac filius ejus reſtiterunt. Matathias legatis Anthiochi occi-

Matthias drap ſendemenn Anthiocus og giördeſt höfdinge Gydinga, enn epter hann vard Judas Machabeus höfdinge, hann atte oruſtur margar vid heidnar þióder, og hafde iafnan ſigur, og vördu þeir brædur odde og eggiu landſitt og lög, og vunnu verk ſvo mikel á heidnum þiódum, ad ei höfdu vered meire afreksmenn og ſigur ſælle med Gidingalyd enn þeir. Enn þeſs lyds var ſydarſt höfdinge Joan Sonar ſonur Mathathias, enn hans lyfdagar voru ei löngu fyrer burd Chriſts, epter Judas voru brædur hanns Simon og Jonathan.

III. §.

Enn þeſsar Jardteikner filgia þeſsum tydendum. Jeruſalem merker Chriſtne vora almennelega, enn Nabogodonoſor merker fiandan ſiálfan, hernadur ſá er Nabogodonoſor heriade á Jeruſalem, merker þad er fianden heriar menn ur Chriſtnenne og leider í ſyndalyf, þad er Babilon merker, af þvi ad Babilon þydeſt ſkiemd, enn þad er þeir koma aptur til Jeruſalem med forrádi og umſyſlu kennemans göfugs þeſs er Jeſus het, merker þad, ad menn leidrettaſt af ſynda lyfe, og hverfa aptur til ſamvelldis chriſtennar þiódar, med ydran afgiörda og yferbot undir trauſti og forradi Jeſu ens gofúgaſta kennemanns.

XXVIII. Cap.

AF BELO, NINO, SEMIRAMI OG ÞEIM FIORUM KONGARYKIUM.

112. §.

Belus hiet Kongur á utlöndum, þadan hafa blót hafeſt, er hann var blótadur daudur, hönum var göfgad ſkurgod

þad

occisis; Dux Judæorum creatus est, cui in principatu successit Judas Maccabæus, ille cum ethnicis multa prælia fecit, ac victoriam semper reportavit, atque ambo fratres patriam & legem armis tutabantur & ethnicos debellando, tanta facinora patrabant, ut in populo judaico, illis, ob res gestas clariores & victoriosiores exstiterint nulli. Hujus autem populi ultimus princeps fuit Jonas Matathiæ nepos, qui non longo ante Christi nativitatem vixit, Judæ fratres Simon & Jonathan successerunt.

§. III.

Cæterum hæ significationes has res comitantur: Hierosolymæ denotant Ecclesiam nostram catholicam, at Nebuchadnesar significat ipsum Diabolum, oppugnatio illa qva Nebuchadnesar Hierosolymas oppugnavit, id designat, qvod Diabolus homines ex Ecclesia expugnatos, ad vitam peccaminosam seducat, qvæ Babylone indigitatur, qvia Babylon corruptionem significat, qvod autem Hierosolimas redeunt ductu & cura nobilissimi sacerdotis, cui nomen Jesus, denotat homines a vita peccaminosa emendatos, ad commune Ecclesiæ regnum reverti, cum pœnitentia peccatorum & renovatione vitæ per fidem, & ductum Jesu nobilissimi sacerdotis.

CAP. XXVIII.

DE BELO, NINO, SEMIRAMIDE & QVATUOR MONARCHIIS.

§. 112.

In terris exteris Belus Rex appellatus est, inde cultus idololatricus initium cepit, cum mortuo cultus religiosus præsta-

þad er ſumar þioder kölludu Baal enn Gydingar nefndu Belzebub og þar lietu þeir í bua höfdingia allra diöfla. Ninus var ſon Belus, hann liet giöra Niniveborg, þá er meſt hefur giör vered í heime. Ninus átte Konu þá er Semiramis het, hun let giöra Babilon hina gömlu í þeim ſtad ſem Babel hafde ſtaded, ſvo hiet Stöpull ſá er Riſar giördu, og hugduſt þádan munde gánga uppi himinen, og þeſs væntu þeir ad þeir mundu holpner verda, ef flod yrde ei minna enn Noaflod.

113. §.

Fiögur hafa Kongaryke vered mattkuſt ádur Romveriaryke hofſt, eit var í Ninive, þad var Ryke Aſyriorum, annad var ryke Caldæorum í Babilon, frá dögum Nabugodonosor, hid þridia var ryke Perſarum, þadan frá Cyrus vard kongur, Grychiaryke var hid fiorda, þadan frá er Alexander hinn vydförli vard kongur; ſydan ſyner Mathathiæ önduduſt, þá höfdu Gidingar öngva höfdingia þá med ſier er í helgum bokum verde fráſagt miög margt, Ariſtobulus hiet yfermadur þeirra, ſá er bæde kalladeſt Kongur þeirra og Biſkup, og ſvo kölluduſt aller yfermenn þeirra, þeir er frá Ariſtobulo voru, til þeſs er Herodes heidin Kongur hafde ryke yfer þeim ad umráde Romveria í þann tima Chriſtur var borin.

XXIX. Cap.

af trojumönnum.

114. §.

Sú hefur oruſta agiætuſt vered giör í heidnum bokum er Gricker unnu borg þá er Troja heiter, ſú oruſta hofſt ei miklu

epter

retur. Ille sub eo Idolo colebatur, quod gentes nonullæ Baal vocarunt at Judæi Belzebub nominarunt, in quo principem Diabolorum omnium habitare stutuerunt. Beli filius Ninus, Niniven condidit, Urbem in toto orbe maximam. Uxorem habuit Ninus, cui nomen Semiramis, quæ Babylonem veterem eo loco quo Babel constiterat, ædificavit, ita turris illa appellabatur quam Gigantes excitârunt, ac inde se in cælum ascensuros putârunt, & salvos fore se crediderunt, si diluvium non minus Noemico contingeret.

§. 113.

Quatuor exstiterunt Imperia potentissima, antequam imperium Romanum caperet exordium. Unum fuit Ninive, quod imperium Assiriacum; Secundum Caldæorum Babylone a Nebuchadnesaris tempore. Tertium imperium Persarum, quod inde a Cyri regno duravit; Quartum imperium Græcorum, inde a regno Alexandri latè peregrinantis inchoatum. Mathathiæ filiis exstinctis, Judæi nullos principes, de quibus in sacris libris multa admodum memorentur, habuere. Princeps eorundem Aristobulus salutabatur, qui & Rex & Episcopus eorundem vocabatur, & eo nomine appellabantur principes eorundem omnes qui ab Aristobulo descenderunt, usque dum Herodes Rex ethnicus Romanis subjectus, circa tempora nativitatis Christi, illis regnaret.

CAP. XXIX.

DE TROJANIS.

§. 114.

Apud scriptores profanos nobilissimum occurrit illud bellum, quo Græci urbem, quæ Troja dicitur expugnarunt, istud

epter daga Moisis og Josuæ. Priamus het kongur í Troju syner hanns voru þeir Hector og Helenus, Alexander, Deiphobus og Troilus. Alexander nam sier konu af Gricklande þá er Helena het, og var forkunliga væn, hana átte Menelaus broder Grickia Kongs þess er Agamemnon het, þeir brædur biuggust og efldust ad lide og foru til Troja med XV. Skip minnur enn XII. hundrudum tyrædum.

115. §.

Priamus hafde og so ógrinne lids og marger Kongar soktu til hanns ad veria Tróju med hönum, í því lide var mestur kappe Hektor son Priami og Troilus broder hanns, þar næst Æneas mágur Priami var og mikell kappe. I Grickialide voru þeir mester kappar Achilles og Ajax og Diomedes, enn spekingar þeirra voru þeir Nestor og Ulisses. Gricker sátu X. vetur um Trojuborg, ádur þeir giæte hana eignast. I orustum þeim er þeir áttu ádur Borgen yrde vunnen fell mikell hlute lids hvorutveggiu og flester aller höfdingiar, þar fiellu aller syner Priami nema Helenus, ur Grickialide fiell Achilles og Palamedes er þá var kalladur Kongur þeirra.

116. §.

Þá er farner voru miög forstödumenn þeirra Trojumanna, enn Priamus villde alldrei til handa ganga, þá sviku þeir Antenor og Æneas Priamum, og luku upp um nott borgina fyrer Gryckium, þá var Priamus felldur og mikell hlute Borgarlids. Antenor og Æneas og Helenus komust undan, sydan brutu Gricker Troju alla og brendu. Menelaus hafde Helena konu syna med sier, og þeir Agamemnon

certamen haud longò post Mosis & Josuæ tempora est exortum. Regi Trojæ nomen erat Priamo, ejus filii Hector & Helenus, Alexander, Deiphobus & Troilus. Alexander ex Græcia raptam uxorem duxit, cui nomen Helena excellentis formæ, qvam Menelaus Regis Græcerum frater, qvi Agamemnon dicebatur in matrimonio habebat. Hi fratres ad iter & bellum se pararunt, & valido exercitu comparato, Trojam classe navium qvindecim minus qvam duodecies centum denarium sunt profecti.

§. 115.

Priamus etiam ingentem habuit exercitum, & multi Reges ad Trojam cum ipso tuendam convenerunt, in eo exercitu Hector filius Priami, ac Troilus frater ejus summi exstiterunt Athletæ, secundus ab illis Æneas affinis Priami magnus etiam athleta. In exercitu Græcorum summi exstiterunt athletæ Achilles & Ajax & Diomedes; At Philosophi eorundem Nestor & Ulisses. Græci decem annos Trojam obsederunt, anteqvam ipsa potirentur. In præliis illis, qvæ, anteqvam urbs expugnaretur, committebantur, magna pars exercitus utrorumqve & magnates pleriqve omnes ceciderunt, omnes filii Priami, nisi Helenus ibi sunt profligati, ex Græcis occubuere Achilles & Palamedes, qvi tunc Rex eorundem salutabatur.

§. 116.

Cum Trojanos duces ferè deficerent, nec unqvam Priamus se dedere vellet, Anthenor & Æneas, prodito Priamo, noctu urbem Græcis aperuere. Tunc priamus & magna pars exercitus Urbani sunt profligati, Anthenore, Æneâ & Heleno fuga elapsis, postea Græci Trojam universam destruxerunt & combusserunt. Menelaus Helenam uxorem suam & Rex Agamem-

non kongur broder hanns. Epter Oruſtu ried Antenor og ſyner hanns ryke þvi er Frigia heiter og Troja hafde í vered, Helenus ſon Priami eignadeſt litlu ſydar ryke þad er Epirus heiter, med hönum foru frá Troja þær Ecuba og Andromacha er Hector broder hanns hafde átta, ſtundu ſydar eignuduſt ſyner Hectoris Troju ryke, med fulltingi Heleni födurbrodur ſins.

117. §.

Æneas for burt af Trojulandi og med hönum fader hanns gamall er Anchiſes hiet, og ſonur hanns ungur er Ascanius het, enn Nilus ödru nafne. Æneas fór vyda og fieck ſier hvörge ſtadfeſtu, ádur hann kom á land þad er Italia heiter, þar fellde hann kappa þann er Turnus hiet, hann var ſon Kongs þeſs er Dacenus hiet, og ryke hafde í þeim ſtad er nu er Romaborg; Sydan geck Æneas ad eiga Laviniam (2 c) dotter Kongs þeſs er Latinus het, og latinu Tunga er af köllud, af þvi ad kona hanns Nicoſtalia fann latinu ſtafro.

118. §.

Æneas var Kongur á Italialande III. vetur, Epter hann var Aſkanius ſon hanns XXX. og VII. ár, hann giörde borg þá er Alba heiter er ſtendur ſkamt ut frá Romaborg. I þeirre borg hielldu þeir lángfedgar XV. kongdom, alt til þeſs þeir brædur Remus og Romulus giördu Romaborg. Epter Aſcanium ried Silvius XX. og IX. ár, af hanns nafne hetu Silvii aller þeir Kongar er epter hann voru, Æneas Silvius XXX. og I. ár, Latinus Silvius L. ára, Alba Silvius XXX. og IX. ára, í þeim tyma ried Salomon hinn ſpaki fyrer Gidingum, Egiptus Silvius XXIV. ár, Capis Silvius XXVIII. ár, Car-

(2 c) Latiniam. B.

non frater ſuus ſecum abduxerunt. Finito bello Antenor ac filii ſui, regnum qvod Frygia dicitur, ubi exſtiterat Troja, tenuerunt. Helenus Priami filius paulo poſt regnum, qvod Epirus audit adeptus eſt, illum Troja profectum Hecuba & Andromaca, qvam Hector frater ejus in matrimonio habuerat comitabantur. Paulo poſt filii Hectoris, auxilio Heleni patrui regnum Trojanum obtinuere.

§. 117.

Æneas e Phrygia patre ſuo Anchiſe ſene, & filio juvene comitatus, cui unum nomen Aſcanius, at Nilus alterum, diſcesſit, & late peregrinatus, nullibi ſedem fixit, anteqvam in terram illam, qvæ dicitur Italia, veniret, ibi Athletam nomine Turnum proſtravit, erat ille filius Regis qvi Dacenus ſalutabatur, & eo loci qvo nunc eſt Roma regnabat. Deinde Æneas Laviniam filiam Regis cui Latinus nomen, uxorem duxit, a qvo lingva latina denominatur, qvod uxor ſua Nicoſtalia alphabetum latinum invenerat.

§. 118.

Æneas in Italia regnavit annos tres, poſt eum filius Aſcanius annos triginta ſeptem, is Urbem condidit, qvæ Alba vocatur, & parum a Roma diſtat. In Urbe illa Majores iſti qvindecim regnarunt, donec fratres Romulus & Remus condiderunt Romam. Poſt Aſcanium annos viginti novem Silvius regnavit a ſuo nomine Reges omnes, qvi ei ſucceſſere, Silvii ſunt cognominati. Æneas Silvius annos triginta & unum, Latinus Silvius annos qvinqvaginta; Alba Silvius triginta novem. Tunc temporis Salomon ille ſapiens Judæis regnavit. Ægyptus Silvius annos viginti qvatuor. Capis Sylvius annos viginti

Carpentus Silvius XIII. ár, Tiberius Silvius VIII. ár, hann druknade í á þeirre er sydan er köllud Tibur, og fellur í gegnum Romaborg, Agrippa Silvius XL. ára, Amulius (2 d) Silvius XXX. ára, hann drap ellding, Aventinus Silvius XLVII. ár (2 e) Procas Silvius XXIII. ár, Amulius Silvius XLIV. ár.

119. §.

Mulitor broder Æmulius átte dotter, hun het Rea, hun var moder þeirra Remus og Romulus, þeir letu göra borg mikla, enn er hun var gior þá urdu þeir ei asátter, hvad borgen skylde heita, og vilde hvor láta draga af sinu nafne, því ad sá þókteſt ágæted af hafa, er hun være vidkend, ætludu sydan til Bardaga syn á mille, þá sender Romulus Fabium hertuga sinn til brodur sins, og gat hann vieltan Remum og dreped, enn Romulus liet Borgina kalla af sinu nafne Rómam.

120. §.

Hiet allt þangad til Albania ryke, enn sydan hiet Romveriaryke, Romulus var Kongur XXXVIII. ár, hönum vard ellding ad bana. I þann tyma ried Ezechias fyrer Gidingalande, Numa Pompilius XL. og I. ár, hann fann iþrotter til fiölkingia, og hann sette mörg blot, þau er Romveriar hielldu leinge sydan og vard sottdaudur, Tullius Hostilius XXXII. ár, hann drap ellding, Ancus Martius XXIII. ár, hann vard sottdaudur, Tarqvinius Prisscus XXXVIII. ár, hann var veigin, Servilius Tullius XXXIII. ár, hann drap Tarqvinius hinn drambláte, og var sydan Kongur XXV. ár, hann ráku þeir af ryke Romveria höfdingiar Brutus og Tarqvinius, því ad þeir þóldu eigi dramb hanns og illsku.

121. §.

(2 d) Aremulius. B. (2 e) Aventinus Silvius XXXVII. ár. B.

viginti octo. Carpentus Silvius annos tredecim, Tiberius Silvius septem annos; Is in flumine submersus est, qui abinde Tiberis dictus per Romam labitur; Agrippa Silvius annos qvadraginta; Amulius Silvius annos triginta; ille fulguris tactu exstinctus est. Aventinus Silvius annos qvadraginta septem; Procas Silvius annos viginti tres; Amulius annos qvadraginta qvatuor.

§. 119.

Mulitor frater Æmulii filiam habuit, qvæ Rhea dicta mater erat Remi & Romuli, illi urbem magnam ædificandam curarunt; qvâ ædificatâ, de nomine ei imponendo inter ipsos non convenit, & a suo nomine denominari eam uterque volebat. Etenim is, a qvo denominata esset, claritatem nominis inde parari sibi arbitrabatur. Deinde prælium inter se committendum decreverunt, tunc Romulus Fabium ducem misit ad Remum, qvem astu circumventum interimere potuit. Romulus vero urbem de nomine suo appellavit Romam.

§. 120.

Eousqve Regnum Albaniæ, & abinde Romanum est appellatum. Romulus annos octo & triginta regnavit, fulmine tactus interiit. Eo tempore Rex Ezechias Judæis regnavit. Numa Pompilius annos qvadraginta & unum, is artes magicas adinvenit, & multos cultus idololatricos instituit, qvos Romani abindè diutenebant, & morbo exstinctus est. Tullius Hostilius annos triginta duos, ille fulmine tactus morti occubuit. Ancus Marcius annos viginti tres; ille morbo exstinctus est. Tarqvinius priscus annos triginta, ille occisus est. Servius Tullius annos triginta tres, illum Tarqvinius superbus interfecit, & abinde annos viginti & octo regnavit, qvem Principes Romanorum, Brutus & Tarqvinius regno pepulere, cum superbiam & malitiam ejus non sustinerent.

121. §.

Epter þad voru tveir höfdingiar yfer Romverium á hvöriu áre, þeir voru Conſules kallader, þad er Rædesmenn ad voru måle, ſvo lidu fram CCCCXL. og IV. ár ad Conſules riedu Romverium, á þeirra dögum vox meſt Romaborgar ryke, á ofanverdre æfe þeirra, voru þrir höfdingiar yfer Romveria ryke, eirn var Pompejus hinn mikle, annar var Marcus Craſſus, enn þridie var Julius Cæſar, þá for Pompejus í auſturveg og bardeſt vid marga Konga og hafde iafnan gagn, hann ſkattgilldte Gidingafolk under Romveria, og margar adrar þióder, Marcus Craſſus fór á Serkland med her ſinn og háde þar margar oruſtur, hann vard handtekinn af Babilonsmönnum, enn þeir lietu hann ſvo degia ad ſteipt var gulle vellande í munn hönum, og mællt ſvo vid hann, til gullſens þiſte þig, dreck þú nu gulled.

122. §.

Julius Cæſar fór nordur um fiall og átte margar oruſtur vid Saxa, og vid Fracka og allt nordur á England kom hann, tyu ár var hann fyrer nordan fiall, og ſkattgillte under Romveria öll ryke þau er fyrer nordan fiall eru, Epter þad giordiſt miſsætti med þeim Julio og Pompejo, þeir efduſt ad lide miög ſvo um allan heim, og áttu margar oruſtur, ſu var meſt og efſt er þeir börduſt í Theſſalia, þad er á Bolgara lande, þar var allmiked mannfall, Julius hafde ſigur, enn Pompejus flyde á Egiptaland, og ſveik hann þar Ptolemæus Kongur er hann vænte trauſt af.

123. §.

Sydan fór Julius á Egiptaland, og villde Ptolomæus og

ſvykia

§. 121.

Postea singulo anno duo Principes populo Romano præfuere, qvi Consules salutabantur, id qvod nostra lingva Rædsmenn (præfectos) significat. Abinde anni qvadringenti qvadraginta qvatuor fluebant, qvibus Romani erant sub consulibus. Sub illis Imperium Romanum maxima cepit incrementa. Ultima illorum ætate tres Principes Imperium Romanum tenuere, unus Pompejus magnus, secundus Marcus crassus, at tertius Julius Cæsar. Tunc temporis Pompejus in orientem profectus, cum multis regibus confligens, semper evasit superior, is Judæos & multos populos alios Romanis fecit tributarios. Marcus crassus in Saracam exercitum duxit ac multa ibi prælia fecit, illum Babylonii manu prehensum tali mortis genere affecerunt, ut aurum fervens ori suo infunderetur, & ad ipsum diceretur; aurum sitivisti, bibe jam aurum.

§. 122.

Julius Cæsar trans Alpes profectus, multas pugnas cum Saxonibus & Gallis pugnavit & versus boream in Angliam usqve penetravit, decem annos trans Alpes commoratus, omnia Regna trans alpina Romanis fecit tributaria. Postmodum inter Julium & Pompejum orta discordia, per totum orbem magno exercitu instructi multas inter se pugnas commiserunt, maxima ultimaqve exstitit illa, qvæ in Thessalia, id est Bulgaria, decertârunt, ibi magna edita strage, Julius victoriam reportavit. At Pompejus in Ægyptum profugit, qvem ibi Rex Ptholomæus, a qvo auxilium sperabat, decepit.

§. 123.

Postea Julius in Ægyptum profectus est, qvem etiam Ptho-

ſvykia hann, Enn Ptholomeus druknade í á þeirre er Nilus heiter, þá er hann var adur yferſtigen í oruſtu af Julio, þá gaf Julius Egiptaland Cleopatræ ſyſtur Ptholomeus og fridlu ſinne, og ried hun ein fyrer þvi ryke langa ſtund. Julius Cæſar var fyrſtur Romverja yfer kongur alls heims, af nafne hanns hefur hvör Kongur Cæſar vered kalladur, ſá er þad ryke hefur ſem hann hafde. Julius ſetti Misſariſtal og taldi til hlaupárs, ſvo ſem Latinumenn telia nu, af hanns nafne tók manudur nafn, ſá er nu heitir Julius, enn ádur het hann Qvintilis. Julius hafde ryke V. ár hann var veigin í höfud blothuſe í Romaborg og var færdur med V. Sárum og XX, Brutus het madur enn annar Casſius, er Upphafsmenn voru ad bana hönum.

124. §.

Epter dauda Julii vurdu þeir höfdingiar heims, Octavianus Auguſtus og Antonius er vered hafde meiſtare Riddara under Julio. Antonius hafde ryked fyrer utan hafed, enn Auguſtus fyrer nordan, Antonius fyrerliet ſyſtur Auguſti og geck ad eiga cleopatram Drottning Egyptalands, þadan af vurdu þeir Auguſtus og Antonius oſátter, þeir áttu þriár oruſtur miklar; Antonius vard yferſtigen og banade ſier ſiálfur med eitre og ſvo Cleopatra kona hanns, þadan frá vard Auguſtus eirn Keiſare yfer öllu veralldar ryke, hann ſetti frid um allan heim, og liet ſetia allra manna nöfn á ſkrár, af hanns nafne heiter mánudur Auguſtus, ſá er ádur het Sextilis, af hönum heiter hvör yferkongur Auguſtus, hann hafde ryke VI. vetur ens ſiöttatygar.

lomæus decipere volebat, ſed in flumine, qvod Nilus vocatur, a Julio prius acie victus ſubmerſus eſt. Tunc Julius Ægyptum Cleopatræ Sorori Ptholomæi & ſuæ concubinæ conceſſit, cui regno ſola longum tempus præfuit. Julius Cæſar primus Romanorum, totius orbis exſtitit Monarcha, de illius nomine Rex qvivis Cæſar eſt cognominatus, qvi idem qvod ille regnum obtinuit. Julius computum annalem ordinavit & annum biſſextilem ſicuti Latini hodienum putant, introduxit, a nomine ſuo menſis ille, qvi antea Qvintilis appellatus, nunc Julius ſalutatur, nomen accepit. Julius qvinqvennium imperavit, ille Romæ in delubro principali (Curia) occiſus viginti qvinque vulneribus affectus eſt. Cædis ejus auctores fuere viri, unus nomine Brutus, & alter Caſſius.

§. 124.

Poſt mortem Julii Principes orbis facti ſunt, Octavianus Auguſtus & Antonius, qvi ſub Julio Magiſter eqvitum exſtiterat, Antonius transmarinum, at Auguſtus a mari boream verſus Imperium tenuit. Antonius Auguſti Sorore repudiata, Cleopatram Ægypti Reginam uxorem duxit. Exinde Auguſtus ac Antonius facti inimici, ſe cum prælia magna commiſere, Antonius ſuperatus, & uxor Cleopatra ſe veneno confecere. Abinde Auguſtus ſolus totius orbis Imperator factus, pacem fecit in toto orbe, & omnium hominum nomina libris inſcribi juſſit, a ſuo nomine derivatum eſt nomen menſis Auguſti, qvi antea ſextilis vocabatur, ab eo ſummus qvique Rex ſalutatur Auguſtus, annos ſex & qvinqvaginta imperitavit.

XXX. Cap.

AF VITA ALLDRE HEIMS.

125. §.

Enn siötte alldur heims er taldur frá burd Christs drottins til enda heims, þá hafde Augustus vered Keisare II. vetur ens fimta tygar, er Christus var borin, Augustus var vinsæll madur og fridsamur ad öllu, nema hann var kvennamadur mikell, hann reffade ofidu, og bannade ödrum miög kvenna ofidu, hann liet setia Ovidium í utlegd fyrer þad er hann hafde giört III. bækur til þess ad kienna ofidu um kvennahæge.

126. §.

I þann tyma var Herodes kongur yfer Gidingafolke, hann var heidinn ad burdum, hann liet drepa börn hin helgu, og litlu sidar vall hann allur módkum í hel, Epter hann var Archelaus son hanns kongur á Gidingalande, enn Gidingar rægdu hann vid Augustum keisara, og rak hann ur kongdomenum og þar dó hann, sydan sette Augustus fióra höfdingia yfer Gidingaland, þá ried Pilatus Jarl fyrer Jorsölum, enn Herodes kongur er kalladur var Thetrarcha, ried fyrer Galilæa hierade, hann var sonur hins illa Herodis, hanns kona var Herodias er Philippus broder hanns hafde átt ádur, þaú hiön völlu lyfláte Johannis Baptistæ. Sá hinn same Herodes sampikteft vid Pilatum Jarl um pyning Drottens. Herodem færde Cajus keisare í ut legd og do hann þar.

127. §.

Epter Herodem Tetrarcham var Herodes Agrippa son Archelai kongur á Gidingalande, hann liet höggva Jacobum broder

CAP. XXX.

DE SEXTA MUNDI ÆTATE.

§. 125.

Sexta mundi ætas a nativitate Christi Domini ad finem mundi putatur, cum Augustus Cæsar annos qvinqvaginta duos imperasset natus est Christus, fuit Augustus omnibus amicus & per omnia pacificus, sed valdè mulierosus, punivit malos mores ac alios malas cum fœminis consvetudines severè prohibuit. Ovidium, qvod tres libros ad malas cum fœminis consvetudines docendas confecerat, in exilium egit.

§. 126.

Ea tempestate Herodes ex ethnicis prognatus Judæis regnavit, ille liberos sanctos occidendos curavit, ac paulo post examine vermium exacervatus interiit. Post eum Archelaus filius Rex in Judæa creatus est. At Judæi nomen ejus apud Augustum detulerunt, qvi ab ipso regno pulsus exstingvitur. Postmodum Augustus qvatuor Principes Judææ præfecit. Tunc temporis Pilatus Comes Hierosolymis, sed Herodes Thetrarcha dictus, tractui Galilæano præfuit, is mali illius Herodis filius exstitit, uxorem habuit Herodiadem, qvam antea Philippus frater ejus in matrimonio habuerat, illi conjuges Johannis Baptistæ cædis auctores exstitere. Idem ille Herodes de excruciando Domino, Pilato comiti consensit. Cajus Cæsar Herodem in exilium egit, in qvo morti occubuit.

§. 127.

Post Herodem Thetrarcham Herodes Agrippa filius Archelai in Judæa regnavit, is Jacobum fratrem Johannis Apostoli detrun-

broder Jons Poſtula, og hann hafde í böndum Petur Poſtula, þá er Eingill Guds leiſte hann ur mirkvaſtofu, litlu ſydar drap Engell Guds Herodem. Epter Auguſtum var Tiberius ſtiupſon hanns Keiſare XXII. ár, Tiberius drack miög og var underhiggiu madur mikell. A hanns dögum ofanverdum var Drotten Jeſus kroſsfeſtur, og mislykade þad miög Tiberio er hann frá þad, hann villde Jeſum haft hafa í Goda tölu, enn ölldungar Romveria villdu þvi ei trua, epter Tiberium var Cajus.

XXXI. Cap.

128. §.

Færde hann á tru rietta, og elfde hann, til þeſs, ad hann hefnde brodur ſins og drap Maximum vid Borg þá er Acrilegio heiter. I þann tima do Juſtina drottning, ſydann fellde Theodoſius vyking miken, þann er Eugenius hiet, og ſier hafde adur eignad Romveriaryke. A þeim dögum var Ambroſius Melanusborgar Biſkup, harla frægur af mörgum Jard-

teik-

detruncari juſſit, & Petrum Apoſtolum in vinculis habuit, dum angelus Domini ipſum ex carcere liberaret. Paulo poſt angelus Dei Herodem interemit. Auguſto Tiberius ſuus privignus in Imperio ſucceſſit, is annos viginti duos imperavit, fuit Tiberius admodum vinoſus & ſubdolus. Ultimis ejus temporibus Dominus Jeſus crucifixus eſt, qvod cum Tiberio innotuiſſet, multum ei displicuit, ille Jeſum in numerum Divorum referre voluit, at magnates Romanorum credere noluerunt (eſſe vera, qvæ ab Jeſu geſta Romam referebantur) Tiberio Cajus ſucceſſit.

Pag. 128. *magna lacuna & hiatus & recurſus in antecedentia.*

- - - - - - - - -
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -
- - - - - - - - -

CAP. XXXI.

§. 128.

Ad fidem rectam perduxit eum & corroboravit, ut fratrem ultus, Maximum juxta urbem qvæ Ayrilegio vocatur, occiderit. Eo tempore Juſtina Regina deceſſit. Poſtea Theodoſius magnum ducem factioſum proſtravit cui Eugenio nomen; qvi Imperium Romanum antea ſibi vindicaverat. Tunc temporis Ambroſius urbis Melani Epiſcopus multis miraculis admo-

teiknum þá var og prestur sá er Jeronymus hiet, agiætur af frodleik sínum Arcadius og Honorius fyner Theodosii höfdu ryke XIII. ár. Honorius og med hönum brodurson hanns Theodosius hinn unge XV. ár.

129. §.

I þann tima eignadest Alarius kongur Gothorum Romaborg, hann brende nockurn hlut borgarinar og do litlu sydar; I þann tyd fanst heilagur dómur Stephani hinns fyrsta diakns, svo sem Gud vitrade Preste þeim er Lucianus het, og hann sagde sydan sialfur. Theodosius enn unge son Arcadii var Keisare XXVI. ár, á hanns dögum andadest Augustinus Biskup ágiætur kenneimadur uti Africa. Eudoxia kona Theodosii færde helgan dom Stephani til Romaborgar er hann þar nu göfgadur í Kyrkiu Laurentii. Martianus og Valentinianus höfdu ryke VII. ár. I þann tyma fanst höfud Jons Bapistæ, ut á Jorsalalande, svo sem hann sialfur vysade til munkum tveimur.

130. §.

Leo enn ellre var Keisare II. vetur. Leo hinn ingre hafde ryke XVII. vetur, þá sette Victorius ad ráde Hilarii Pafa, páska aldartal, þad verda V hundrud ára og XII. og XX. Zenon var Keisare XII. ár, á hanns dögum fanst Barnabas Postule, svo sem hann sialfur vysade til, og þar med Gudspiall Matthei af sialfum Mattheo skrifad. I þann tyd eignadest Theodoricus (Þidrekur Kongur af Bern) Kongur Gothorum, Romaborg, Anastasius var Keisare XXVIII. vetur, hann hvarf í villu þá Eutices tók upp, og baud ofrid þeim mönnum er rett trudu, hann laust ellding til bana.

131. §.

dum inclaruit. Tunc etiam ſacerdos cui nomen Hieronymus, eruditione ſua inclytus fuit. Arcadius & Honorius filii Theodoſii annos tredecim Imperium tenuerunt. Honorius & una cum ipſo Theodoſius junior ex fratre Nepos annos qvindecim.

§. 129.

Ea tempeſtate Alarius Gothorum Rex Roma potitus, partem aliqvam urbis combuſſit, ac paulo poſt deceſſit. Tunc temporis ſancti Stephani primi Diaconi ſanctæ reliqviæ ſunt inventæ, prouti Deus ſacerdoti nomine Luciano aperuit ac ipſe deinde indicavit. Theodoſius junior filius Arcadii, annos ſex & viginti imperavit, qvo imperante Auguſtinus Doctor egregius in Africa exſpiravit. Eudoxia uxor Theodoſii ſanctas reliqvias Stephani Romam deportavit, proindè ibi in templo laurentii hodie veneratur. Martianus & Valentinianus annos ſeptem imperârunt. Eo tempore caput Johannis Babtiſtæ in Judæa inventum eſt, qvemadmodum ipſe duobus Monachis monſtravit.

§. 130.

Leo ſenior duos annos imperavit, Leo junior annos decem & ſeptem imperium tenuit. Tunc temporis Victorius conſilio Hilarii Pontificis maximi computum Cycli Paſchalis introduxit, qvi annis qvingentis triginta duobus abſolvitur. Zenon annos duodecim cæſar imperavit, Eo imperante, Apoſtolus Barnabas inventus eſt, uti ipſe monſtravit, & præterea Evangelium Matthæi, ab ipſo Matthæo conſcriptum. Eo tempore Theodoricus Gothorum Rex (Thidrecus Bernæ Rex) Roma potitus eſt; Anaſtaſius annos viginti & octo imperavit, is ad hæreſin Euthichianam defecit, & rectam fidem profitentes perſeqvebatur; fulminis ictu interiit.

131. §.

I þann tyma heriade Traſamundur Vandala Kongur, hann eitte chriſtendome og ſette í utlegd tvö hundrud og XX. Biſkupa. Eutices ſagde ſvo, ad Jeſus Chriſtur ſonur Guds (er ſannlega er bæde Gud og madur) ſie nu Gud ad eins enn ei madur, Juſtinianus enn ellre, var Keisare VIII. ár. A hanns dögum ſvellte Jon Páfa Theodoricus Kongur í hel, og litlu ſydar drap hann II. höfdingia Romveria, annar het Simmaccus, enn annar Boetius, og litlu epter þad vard Theodoricus brád daudur. I þann tima giörde Benedictus Abbas í Montocaſium allſkins Jardteikner, ſem Gregorius ſeiger frá í bok þeirre er Dialogus heiter.

132. §.

Juſtinianus enn mikle Syſturſon Juſtini var Keisare XXX og VIII. vetur, hann ſigrade margar Þióder, þær ed ádur ſpilltu Romveriaryke, ſvo ad þeir mögnuduſt alldrei ſydan, þad voru Vandali og Gothi, er fleſt illt höfdu giört ádur. Juſtinianus liet giöra lagabok mikla, enn í þeirra ſamde hann ſaman en fornu lög Romveria og Chriſtenn bodord, ſvo ad aller menn máttu ein lög hallda, þeir er í hanns ryke voru, ſu bok heiter Codex Juſtiniani, og eru þau lög enn vyda halldin um Sudurryke, ſem ſu bok bydur. Þeirre bok liet hann ſilgia ny lög öll þau er hann ſette og heitir ſu bok Novella.

133. §.

Juſtinus enn yngre var Keisare XI. ár vid konu hanns Sophiam var rægdur af Romverium mikell aulldungur er Narſes hiet fyrer öfundarſaker, ſvo ad þeir toku af hönum

öll

§. 131.

Ea tempestate Trasamundus Vandalorum Rex bello grassatus Ecclesiam vastavit ac ducentos & viginti Episcopos in exilium relegavit. Eutiches asseruit Jesum Christum (qui & verus Deus & verus homo) nunc esse duntaxat Deum, at non hominem, Justinianus senior octo annos imperavit. Eo imperante Johannem Pontificem maximum Rex Theodoricus fame enecavit ac paulopost duos Romanorum optimates interfecit, uni Simmacco alteri Boethio erat nomen, & paulopost morti repentinæ occubit. Eo tempore Benedictus Abbas in Montocassio omnifaria patravit miracula, prouti Gregorius refert in libro, qvi Dialogus intitulatur.

§. 132.

Justinianus magnus Justini ex Sorore nepos imperavit annos triginta & octo, ille multas gentes subegit, qvæ prius imperium Romanum infestârunt, ut postea vires nunqvam recolligerint. Vandali Gothiqve isti fuere, qvi antea mala plurima perpetraverant. Justinianus codicem legum magnum conscribendum curavit, in qvo leges antiqvas Romanas & præcepta christiana combinavit, ut omnes suo imperio subjecti iisdem legibus tenerentur, liber ille codex Justinianus inscribitur; & leges illæ, qvas præcepit hicce liber, etiamdum passim in regno Austriaco servantur. Codici illi omnes leges novas a se latas adjecit, qvarum Volumen Novella intitulatur.

§. 133.

Justinus junior imperavit annos undecim, apud uxorem ejus Sophiam delatum est ex invidia a Romanis nomen magni Primatis, qvi Narses salutabatur; ut omnem ei dignitatem

öll met ordin, hann lifde ſkamma ſtund epter þad, Sá Narſes eidde öllu ryke Gothorum, og drap Kong þeirra Totilam ad umbodi Juſtiniani ens mikla. Tiberius Conſtantinus hafde ryke VII. ár. á hanns dögum var Gregorius ſendemadur Pelagius í Miklagarde og hafde mikel metord af Tiberio og af öllum godum mönnum, þá ſkyrde hann bok Job, ſvo ſem Leander Biſkup bad hann.

134. §.

Mauritius var Keiſare XXI. ár. á hanns dögum tók Gregorius Pavadom. hann ſende Auguſtinum Biſkup til Englands er Chriſtnade meſtan hluta þeſs lands, og tók Adelbrikt vid tru og allt hanns Ryke, og hafde Auguſtinus Erchebiſkuptſtol í Cantaraberge, þar ſem nu hviler enn helge Thomas Erchebiſkup. A dögum Gregorii giörde Agnilfus Langbarda Kongur mörg vandræde Romverium, ádur Theodelinda kona hanns bad hann aflata. henne ſende Gregorius bok þá er hann giorde og Dialogue heiter.

XXXII. Cap.

UM NÖFN AUSTURVEGS KONGA EINA SION OG DÆME SÖGU.

135. §.

Signader auſturvegs Kongar heita ſvo eignar nöfnum á Ebreſka Tungu edur á Ebreſku mále, fyrſte Damaſkus, annar Amethus, þridie Apollius; Enn á Griſku heita þeir ſvo Galgalath, Malaſath, Serachim. Enn á Tungu heidinna þióda kallaſt fyrſte Gespar, annar Balthasar, þridie Melchior, þeſser bleſsader

auferrent, ille brevi tempore supervixit. Narses ille totum regnum Gothorum subegit, & Justiniani magni imperio Regem ipsorum Totilam interemit. Tiberius Constantinus annos septem imperavit; eo imperante fuit Gregorius legatus Pelagii Constantinopoli, cui Tiberius & omnes boni magnum habebant honorem; Tunc temporis librum Jobi consecravit, uti Leander Episcopus ipsum rogavit.

§. 134.

Mauritius annos viginti & unum imperavit, quo imperante Gregorius Pontifex maximus est creatus. Is Augustum Episcopum misit in Angliam, qui maximam partem ejus Regionis Christiam religionem docuit, ut Rex Adelbrichtus ac totum ejus regnum fidem christianam acciperet, & Augustinus sedem Archiepiscopalem habuit Cantabrigiæ, ubi nunc sanctus Thomas Archiepiscopus defunctus quiescit. Gregorio pontifice maximo, Agnilfus Rex longobardorum, multa negotia Romanis facessebat, donec uxor sua, Theodelinda rogaret ipsum desistere, cui Gregorius librum misit, quem conscripserat & Dialogus intitulatur.

CAP. XXXII.

DE NOMINIBUS REGUM ORIENTALIUM, VISIONE QUADAM ET EXEMPLO QUODAM.

§. 135.

Benedicti Reges orientales propriis nominibus lingva Hebraica, sive idiomate Hebraico ita salutantur: primus, Damascus, secundus Amethus, tertius Apollius; at Græco idiomate ita: Galgalath, Malasath, Serachim. Verum Ethnica lingva, primus Gesper, secundus Balthasar, tertius Melchior, Reges

hi

bleſsader Kongar med Guds vilia eru ſvo langt komner í Nordur-álfuna ad þeir liggia í Colne, þad er í Saxlande ſvo er og dyrdlegur þeirra daude, ad þeir liggia med heilu lyke Gude til Lofs.

136. §.

Nærre þeſsum tima (ſeger Rymbeglu ſmidur) ſyndeſt einum einſetumanne ad Þidrek Kongur være leiddur berfæddur af Jone Páva og Symaco Patritio epter ſinn dauda og kaſtadur í elld, ad bundnum höndum og fotum í þá Ey er kallaſt Inſula Nulcum (2 f) ſeiger og Gregorius Páfe, ad hann hefde bana veitt þeim bádum, ſem hann leiddu til kvalaſtada.

107. §.

Epter andlát eins ryks manns er miög hafde vered grádugur til fiár ágyrne, þviad einum vitrum manne nærſtandande hanns andláte, var forvitne á fyrer viſkusaker, hvörnveg þeſse madur være innani búknum ſem þvilykan ágyrndarloga hafde innan bored í hugſkotenu, og ſem hann er krufin, byrteſt undarlegur hlutur á þennan hátt, ad hiartad var bruttu ur hönum, undraſt þetta aller menn er nærre voru; Enn ſá vitre madur bydur ad hanns Gullkiſtu ſie upploked er hann hafde framaſt elſkad, og þegar ſem þad var giört, ſiá aller nærverande menn ad efſt í kiſtunni ofaná peningunum liggur mannshiarta, og rauk af ſem nyteked være ur búknum. Syner þetta dæme, ad þad er ſatt ſem Drottin ſeigir ad þar er hiarta manns ſem fehirdſlan er.

(2 f) Nulcuni. B.

hi benedicti Dei voluntate tam longè in Europam penetrârunt ut Colni in Saxonia sepulti jaceant, tam etiam glorioſa mors eorundem, ut incorrupto corpore in Dei gloriam quieſcant.

§. 136.

Circa hæc tempora (asſerit Author Rymbeglæ) viſum eſt Anachoretæ cuidam, Regem Thidrecum poſt mortem nudis pedibus ab Johanne Pontifice maximo & Symaco Patricio duci in Inſulam, quæ Nulcum dicitur, & ligatis manibus pedibusque in Ignem conjici, & Gregorius Pontifex maximus aſſerit eum ambos, qui ipſum ad locum tormentorum abduxere, interfeciſſe.

§. 137.

Exſtincto homine quodam divite, qui avidiſſimâ avaritiâ laboraverat, Vir quidam ſapiens, qui adſtitit morienti ſciendi gratia ſciſcitatus eſt, quomodo hic homo, intra Corpus ſe haberet, qui tantam avaritiæ flammam in mente foverat, & aperto Corpore res apparuit mirifica hujusmodi; quod Corpori cor exemtum erat, id quod omnes adſtantes admirantur. Verum ſapiens ille vir præcipit ut aperiatur ciſta ſua nummaria, quam plurimum amaverat, quo facto omnes præſentes viderunt loco ſupremo ſuper nummis jacere cor humanum fumans, quaſi nuper deſumtum ex Corpore. Oſtendit hoc exemplum verum eſſe quod dicit Dominus: ibi cor hominis eſſe, ubi theſaurus.

FINIS TERTIÆ PARTIS RYMBEGLÆ.

RYMBEGLA

IV. PARTUR.

DE COMPUTO.

I. Cap.

UM ABRAHAM ER FYRSTUR UPPFANN STIÖRNULIST, FYRSTA PÁSKAHALD, UPPBYRIUN ISLENDSKRA MISSIRA, OG ANNAD FLEIRA ÞAR AD LUTANDE.

1. §.

Stiörnu bokar frædi hafa ymser menn fyrſt fundid um veraulldina, hana fann fyrſtur at þvi ſem bækur ſeigia. Þeirra manna er Guds viner voru Abraham, og ſkilldi hann margar merkingar af himin tungla gángi; þviat Gud ledi honum vits umfram adra menn þá ſem hönum voru ſamtida uppi hann ſkipade tungls aukun ſo ſem ſidan hefur verit vardveitt.

2. §.

Enn þá er Gud gaf Moyſi lógmál og bodord med lögmáli þá baud hann at tungl alldur ſkilldi ráda Páſkahalldi gydinga og ſkildi at XIV. nátta gömlu tungli vera Páſka aptan.

3. §.

DE COMPUTO.

CAP. I.

DE ABRAHAMO PRIMO ASTRONOMIÆ INVENTORE, PRIMA PASCHATIS INSTITUTIONE, SEMESTRIUM ISLANDICORUM INITIIS, ET ALIIS NONNULLIS INDE PENDENTIBUS.

§. 1.

In orbe terrarum Aſtronomiæ primi Inventores homines exſtitere varii. Primus eam, uti memoriæ prodiderunt Authores, amicorum Dei, Abrahamus invenit & multos ſignificatus ex aſtrorum motu intellexit. qvippe Deus ei præ aliis ſibi coætaneis intelligentiam conceſſit, ille lunas abundantes, uti abindè ſervatæ ſunt, diſpoſuit.

§. 2.

Cæterum cum Deus Moſi legem & una cum lege præcepta daret, juſſit per ætatem lunæ celebrationem Paſchatis Judæorum determinari, & lunâ decimâ qvartâ fore veſperam Paſchalem.

3. §.

(1) Sumar ſkal eigi nær koma Mariu meſſu á fauſtu enn XV. nottum epter og eigi fyr enn XXI. og ſkal V. dagur (2) vera fyrſtur í ſumri (3) þat er hin V. dagur frá Mariu meſſu og ſkal eigi þann telia er meſſudagur ſtendur á þá er ſo bertil (4). Þadan ſkulu lida XXIII. vikur og XIII. nætur til miðſumars og er Drottins-

(1) Qvia menſis veteris anni Norvegici qui Harpa appellabatur, cujus prima dies erat æſtatis prima, in nonum Aprilis Stylo veteri incidebat, & a Calendis Aprilis excluſivè ad vigeſimum qvintum Martii etiam excluſivè, cui Mariæ Feſtum adhæret, ſunt dies ſex, qvi novem illes additi qvindecim conficiunt: Seqvitur omnino primum æſtatis introitum a Feſto Mariæ Qvadrageſimali qvindecim dies breviſſimè diſtare, unde liqvet falſum eſſe qvod ſupra (P. 1. Cap. 8. §. 26.) ſtatuit Rymbegla, initium æſtatis â Mariæ Feſto ſeptemdecim, & qvod aſſerit Blanda, qvatuordecim dierum ſpatio breviſſimo abeſſe, qvos errores non authori Rymbeglæ, ſed Islandorum qvorundam qvi exſcripſerunt, imperitiæ & oſcitantiæ tribuerim, qvi ne proprium qvidem computum annalem intellexerunt. Cum autem æſtatis initium menſis Harpæ introitui eſſet affixum, Harpa vero in nonum Aprilis primò, in decimum qvintum ultimò incideret, nec in antecedentia nec in conſeqventia longius evagari poſſet, conſeqvens erat neceſſarium, æſtatem Aprilis decimo qvinto ultimò introire, qvibus adjecti ſex dies Martii ultimi, cum dies viginti & unum conficiant; ſeqvitur utiqve verum eſſe, initium æſtatis Stylo veteri apud Islandos a Mariæ Feſto Annunciationis excluſivè dies viginti & novem longiſſimè abfuiſſe.

(2) Cum annus vetus Norvegorum diebus trecentis ſexaginta qvatuor conſtaret, qvem numerum ſeptenarius metitur & ſingulos menſes tricenarios haberet, commodum evenit, ut in anno illo ſinguli menſes â certis feriis inirent, qvare, cum Harpa die Jovis in anno Norvegico perpetuo introiret, ſatis pulchrè veteres Islandi legem hanc computi ſui annalis tulerunt, ut ineunte Harpa æſtas ſemper iniret, fundamentalis igitur ratio cur æſtatis introitum feriæ qvintæ affigerent veteres Islandi, hæc erat, qvod menſis Harpa in anno Norvegorum, menſium æſtivorum exſtiterat primus, & â feria qvinta per aliqvot retro Secula introierat.

(3) Cum æſtatis introitus in feriam qvintam ſemper incideret & a nono Aprilis ad decimum qvintum per ſeptem dies vagaretur, priori autem in Calendario, A, qvæ ſecundo etiam Aprilis & vigeſimo ſexto Martii appoſita; ſed poſteriori hebdoma-

§. 3.

Initium æstatis a Festo Mariæ Qvadragesimali, noctes ad minimum qvindecim, ad Summum viginti & unam distabit. ac Dies Jovis æstatis initialis erit. Est illa dies a Festo Mariæ qvinta, eâ ipsâ, in qvam fortè Festum incidit non connumeratâ. Abinde tres & viginti hebdomadæ & tredecim noctes, ad medium

---

domadalis, G, sit adscripta, qvæ primo etiam & octavo appositæ; per intuitum Calendarii patet diem æstatis primam esse diem Jovis, a Festo Mariæ annunciationis exclusivè tertiam, non qvintam ut habet Author.

(4) Ille dominus Islandus qvicunqve fuerit computum annalem egregiè intellexit, qvi ab æstatis introitu ad medium hebdomadas tres & viginti & dies tredecim elabi scripsit, qvo nihil stultius & absurdius, sed fortassis figura characterum veterum numericorum sciolo imposuit, ut pro tredecim tres & viginti, & pro tribus, tredecim legeret; vult igitur author hoc loco ut supra P. 1. cap. 8. §. 26. ab æstate ineunte ad dimidiatam, tredecim septimanas & triduum effluere, at in P. 2. cap. 3. §. 25. dixit ab æstatis initio ad dimidium tredecim hebdomadas triduo minus elabi, qvod cum scriberet ex attentionis defectu, hallucinatus videtur, &, cum minus diceret, certè magis, scribere intendebat, sit enim pars æstatis prior tredecim hebdomadarum ac trium dierum, qvarum singularum prima est dies Jovis æstatis initialis, & consequenter ultima dies Mercurii, trium vero dierum appendicium ultima, dies Saturni, & per consequens pars æstatis posterior introit die Dominica, qvam §. cit. statuit Rymbegla tredicim septimanarum, uno die minus, h. e. duodecim hebdomadarum & sex dierum, qvibus ad illas tredecim ac triduum additis, summa confit viginti sex hebdomadum cum biduo, qvam obrem, cum ultimæ hebdomadis ultima dies sit Mercurii, adjecto biduo, æstas uti oportet terminatur in diem veneris, atqve centum octoginta qvatuor dierum est Systema; facit ibidem author Rymbeglæ hyemem die Saturni introire & tredecim hebdomadis una die minus, hoc. e. duodecim hebdomadis & sex diebus constare, qvarum prima cum sit dies Saturni, erit ultima dies veneris, & consequenter sex illorum dierum tredecimæ hebdomadis ultima dies Jovis, qvare sequitur, qvemadmodum & hoc loco & cit. §. habet Rymbegla, hyemis semissem posteriorem a die veneris inire, qvam tredecim hebdomadis minus una die, h. e. duodecim & sex diebus definit, qvam si priori addas; confit summa septimanarum viginti qvinqve & qvinqve dierum, qvarum prima cum sit dies Saturni, erit ultima

Drottinsdagur fyrſtur ad midiu ſumre (5). Sumar ſkal eigi fyr poma enn V. dag fyrer Pálmadag, og halfan manud epter Páſka enn eigi ſidar.

4. §.

Frá ſumri ſkulu vera VI. vikur til fardaga. Fimtudagur er fyrſtur í fardaugum. Þá ero IV. vikur til alþingis forna. Enn nu ſkal á þing rida næſta dag fyrer Peturs meſſu og Pauls. V. vikur eru af ſumri þá er á vor þing ſkal rida og II. nætur.

5. §.

---

tima Veneris, conſeqventer qvinqve illarum dierum prima qvoqve Saturni & ultima Mercurii uti oportuit, ut æſtas die Jovis introire poſſit. Eſt igitur hyems dierum centum & octoginta Syſtema, alia ratione calculo initio, nunqvam efficies, ut juſtæ prodeant ſemiſtrium qvantitates, & a certis feriis ineuntes, in certas etiam definant. Proinde locum Rymbeglæ ſupra citatum erroneum eſſe conſtat, & qvidem pro minus, magis, ſcribi oportebat, licet nec præciſè verum ſit, uti ex calculo inſtituto liqvet, ſemiſſem & partem æſtatis priorem, hebdomadis tredecim ac triduo conſtare, & poſteriorem a die Solis inire, hoc autem Islandi, præciſâ æqvalitate ſpretâ eâ fini fecere, ut naturale feriarum initium diem Solis & ordinem naturalem ſeqverentur.

(5) Per regulam antecedentem (n. 1.) æſtas nono Aprilis primò introît, cui in Calendario adſcripta hebdomadalis, A, qvare cum dies æſtatis initialis feria qvinta ſit, ſeqvitur eſſe Dominicalem, D, duodecimo Aprilis adſcriptam, proinde, ſiqvidem introitus æſtatis offendat diem Jovis ante diem Palmarum, ſeqvitur Paſcha in Aprilis decimum nonum incidere, termino Paſchali decimum octavum occupante, hinc in antecedentia qvatuordecim putando, qvintus Aprilis offenditur, cui adſcriptus aureus VIII, indicat annum Cycli decemnovennalis octavum, qvo æſtatis introitus in diem Jovis ante Dominicam Palmarum incidit, Cyclus autem Solaris julianus inſpectus, oſtendit idem, annis tertio, decimo qvarto, vigeſimo, & vigeſimo qvinto evenire, qvibus Dominicalis, D, adſcripta. Proinde cum decimus octavus Aprilis ſit terminus Paſchalis in conſeqventia, at nonus æſtatis in antecedentia longiſſimè ſummotus; liqvet utiqve veram eſſe hanc aſſertionem Rymbeglæ, relativè ad Feſtum Paſchatis æſtatem die Jovis ante Dominicam Palmarum primò introire. Per regulam antecedentem (n. 1.) introitus æſtatis in

con-

medium æſtatis labuntur, exiſtente die Dominica in ſemiſſe æſtatis prima. Ne capiat æſtas initium prius qvam feriâ qvintâ ante diem Palmarum, nec ſerius menſe dimidiâ poſt Paſcha.

§. 4.

Ab æſtatis initio ad dies migrationum ſex hebdomadæ labentur, dies Jovis eſt Migrationum prima, Tum qvatuor ſeptimanæ ad vetera comitia abibunt. Nunc autem die, qvæ Feſtum Petri Pauliqve proximè præcedit, ad comitia eqvitatum itur. qvinqve æſtatis ſeptimanis & binoctio elapſis ad forum vernum eqvis vehentur.

§. 5.

---

conſeqventia longiſſimè remotiis eſt decimus qvintus Aprilis, cui adſcripta hebdomadalis, G, oſtendit Dominicalem, C, obtinere, & cum in hoc caſu ab initio æſtatis Paſcha in antecedentia longiſſimè diſtet, Martii vigeſimum octavum occupabit, qvare termino Paſchali vigeſimum ſeptimum obſidente, qvatuordecim in antecedentia putatis, Martii decimus qvintus offenditur, cui adſcriptus aureus, X, indicat annum Cycli decemnovennalis decimum currentem eſſe, per dominicalem, C, a die Paſchatis in conſeqventia putando ad decimum qvartum Aprilis, apparebit putanti introitum æſtatis, in tertiam ab ipſa Paſchatis feria primâ, at in ſecundam ab hebdomade Paſchali excluſivè ſeptimanam incidere. Proinde, cum exiſtente dominicali, C, vigeſimus ſeptimus Martii ſit paſchalis terminus in antecedentia, at Aprilis decimus qvintus, in conſeqventia longiſſimè ſummotus; patet, anno Cycli lunaris currente decimo, æſtatem relativè ad Paſcha in tertia ab ipſo, at in ſecunda, ab hebdomada Paſchali ſeptimana ultimò introire, Cyclus vero ſolaris inſpectus id ipſum annis, ejusdem, qvarto, nono, decimo qvinto, & vigeſimo ſexto contingere monſtrat. Author igitur hoc loco minus accuratè ſe expreſſit, dum menſe dimidia poſt Paſcha æſtatem inire ſtatuit. Minus etiam accuratè Rymbegla P. I. §. 26. dum ſecundâ poſt Paſcha ſeptimanâ æſtatem introire dixit. accuratius vid. l. c. lect. var. Exempl. Biörnis de Skardsá & Blanda, dum in ſecunda a Paſchali hebdomade, ſeptimana æſtatem exordium capere ſtatuerunt.

5. §.

(6) Frá midiuſumri eru XII. Drottinsdagar til vetrar (7). Drottinsdagur hin fyrſti í vetri ſkal vera en III. frá meſsudegi. Cosmi & Damiami og ſkal þá eigi telia þann er mesu dagur ſtendur á. ef ſo ber til, enn ef þad ber ſaman at þá ſe vid ſumar lagt er Drottins dagur ſtendur á E, þá verdur ſá en IV. er fyrſtur er í vetrinum enn þad verdur en VIII. vetur Solar alldàr.

6. §.

(8) Frá Drottins deigi fyrſta í vetri eru vikur XIII. til midsvetrar og þvi midur ſem þat er friádagur. Sá friádagur er annar frá átta deigi Jola nema hin niunda vetur Solar alldar þá verdur ſá hin III. og ſkal þá þann eigi telia er átti dagur ſtendur á þá er ſo ber til.

II.

(6) Ex calculo ſupra (n. 4) inſtituto, pars æſtatis poſterior continet duodecim hebdomadas & ſex dies qvorum & qvarum dies initialis cum ſit Solis; ſeqvitur utiqve in parte æſtatis poſteriore tredecim Dominicas contineri, qvas Author ſive ex attentionis defectu, ſive qvod mendum irrepſerit, non niſi duodecim fecit.

(7) Qvia Feſtum Cosmæ & Damiani vigeſimo ſeptimo Septembris adhæret, cui adſcripta hebdomadalis D, at hiems undecimo Octobris primò introit, cui ſecundavice & decimo octavo tertiavice, excluſivè ab ipſo Feſto appoſita; ſeqvitur, currente Dominicale D, & hiemis introitû in decimum ſeptimum Octobris cadente, Dominicam hyemis primam eſſe a Feſto Cosmæ & Damiani excluſivè tertiam; per qvinqve Dominicales F, G, A, B, C, putationem inſtituendo regulam etiam veram eſſe comperio. Si vero ſit Dominicalis E, & ſimul æſtati acceſſio adjungenda, erit computus annalis æſtivus anomalus, anno Cycli Solaris octavo currente, & per conſeqvens hyemis introitus anomalus, ut in decimum octavum Octobris incidat, ſed excluſivè ab ipſo Feſto Coſmæ & Damiani, decimo nono qvarta vice eſt appoſita litera E, & conſeqventer Dominica hyemis prima erit in hoc caſu uti ſtatuit Author a Feſto memorato excluſivè qvarta.

(8) Hæc authoris determinatio cum illa priore ſupra data (P. 2. c. 3. §. 25) conſentit. Cum, ut ordinem feriarum naturalem ſeqvatur, die Saturni hyemis primordiali præ-

§. 5.

Ab æſtate dimidiata ad hiemem dies dominicæ duodecim labuntur, Dominica hiemis prima ſit a Feſto Coſmæ & Damiani tertia, ea die, qvam fortè Feſtum obſidet, non connumerata; ſed ſi contingat, acceſſionem tum æſtati adjungi, cum dies Dominica inſiſtat (Dominicali) E, qvarta, fiet Dominica hiemis prima, id qvod octava hieme Cycli Solaris evenit.

§. 6.

A Dominica hiemis prima ad hiemem dimidiatam fluunt tredecim ſeptimanæ, tantoqve minus, qvantum hebdomadi ex eo ſubducitur, qvod ſemiſſis hyemis poſterior diem Veneris offendat, dies illa Veneris ab octava Feſti Nativitatis exiſtit ſecunda; Sed nona hieme Cycli Solaris ſit tertia, & ab ea die ne fiat initium numerandi, qvam fortè octava dies (Feſti Nativitatis) occupat.

prætermiſſo, hebdomadas a die Solis occipiat, ac tredecim biduo minus, partem hyemis priorem faciat, unde ſeqvitur in diem Jovis deſinere atqve partem poſteriorem die Veneris inire, verum ſupra loco cit. dixit, ab initio hyemis ad medium tredecim hebdomadas una die minus elabi; qvas cum a die Saturni putet incluſivè, ſeqvitur ſingulas in diem Veneris exire, qvare, qvoniam diem unam deficere dicit; liqvet etiam ita putando & determinando, partem hyemis priorem in diem Jovis terminari, & poſteriorem die Veneris introire. Cum ab undecimo Octobris incluſivè, cui adſcripta hebdomadalis D, obtinente Dominicali E; duodecimo appoſita, ſint ad finem Decembris incluſivè, undecim hebdomades & qvinqve dies, & a decimo octavo, cui etiam adſcripta hebdomadalis D, qvem hyemis introitus ultimò occupare poteſt, exiſtente etiamnum Dominicali E, decimo nono appoſita, ad exitum Decembris fluant decem hebdomades cum diebus qvinqve, qvarum ultima feria qvarta; ſeqvitur in caſu priore, duodecimam in ſecundo & decimam tertiam in nono, poſteriore caſu, in illo undecimam, in hoc duodecimam & in decimo ſexto, decimam tertiam terminari, qvi dies incidentiarum cum

ſint

II. Cap.

UM UPPHAF JÓLAFÖSTU OG JÓLA, HVAD LANGT SIE Í MILLUM JÓLA OG MIDSVETURS, UM ÁRID OG ÞESS PARTA, HVAD OG HVÓRSU LANGT ÞAD SIE, ITEM HVAD SOLAR OG TUNGLÁRID SIE LANGT, OG UM ALLDUR TUNGLS FEBRUARII ÞÁ HLAUPÁR ER.

7. §.

Jóla fasta skal jafnan hefiast næsta Drottindag fyrer Barbaru messu.

(9) *Adventum Domini noſtri eſt celebrare December. Poſt trinas nonas nec qvintas ante Kalendas.*

(10) Jóladagur skal vera í hine XI. viku vetrar nema han se á föstu dag eda laugar dag. þá er í X. viku vetrar og so þá ed Rimspiller er. (11) Einn midvikudagur skal iafnan vera í mille mids vetrar og Jóla nema í Rimspilli þá verda II.

8. §.

---

sint feriæ ſextæ; ſeqvitur in caſu primo diem illam Veneris, a qva pars hyemis poſterior introit, eſſe a prima Januarii ſive octava die Feſti Nativitatis excluſivè ſecundam, in caſu poſteriore excluſivè tertiam. In hoc autem caſu, qvia duo dies Mercurii inter Epiphaniam & diem Veneris, qvæ partis hiemis alterius initialis, interſunt, obtinet computus annalis anomalus & annus cantelarius Islandorum. Si in decimum ſeptimum hyemis introitus incidat, cui adſcripta hebdomadalis C; & per conſeqvens Dominicalis D, decimo octavo appoſita, erunt ad finem Decembris decem hebdomadæ, cum ſex diebus, qva-um ultima cum ſit feria qvinta, erit dies octava Feſti Nativitatis feria ſexta, in qvam igitur exit undecima hebdomada, at in octavum duodecima in decimum qvintum decima tertia, & conſeqventer etiam in hoc caſu dies Veneris partis alterius hyemis initialis, erit ab octava die Feſti Nativitatis, excluſive ſecunda, a tribus autem his caſibus extremis ad cæterorum intermediorum veritatem tuo concludere licet.

(9)

CAP. II.

DE INITIO JEJUNII PRÆCEDENTIS FESTUM NATIVITATIS AC IPSIUS FESTI NATIVITATIS; INTERVALLO INTER HOC ET HIEMEM DIMIDIATAM, ADFERUNTUR DEFINITIONES ANNI ET PARTIUM SUARUM, ITEM LONGITUDO ANNI SOLARIS ET LUNARIS, DENIQVE DE ÆTATE LUNÆ FEBRUARIÆ ANNO BISSEXTILI.

§. 7.

Jejunium Festum Nativitatis præcedens, semper est inchoandum die, qvæ Barbaræ Festum proximè præcedit.

Adventum Domini non est celebrare Decembris
Post ternas nonas, nec qvintas ante Calendas.

Dies Nativitatis undecimam septimanam hiemis obsidebit, nisi in diem Veneris aut Saturni incidat, tum enim decimam hebdomadam occupabit, qvin etiam ita se res habet qvando obtinet computus annalis anomalus. Inter hiemem dimidiatam & Festum Nativitatis semper una dies Mercurii interponatur, nisi anomalia computi annalis obtineat, tunc enim duæ interponantur.

(9) Hic versus computisticus hic de pravatus ut supra (P. 2. Cap. 3. §. 30.) scribendus. Regulam autem computisticam qvam continet, ad notam ejusdem paragraphi & proximè præcedentis explicatam vide, confer etiam cum hoc loco P. I. Cap. 8. §. 29.

(10) Confer cum hoc loco P. I. Cap. 8. §. 29. & subjectas lectiones variantes, ubi Blandæ assertionem cum hac authoris ad amussim consentire deprehendes, atqve ibidem 28 hujus Regulæ examen institutum vide.

(11) Hæc regula computi annalis Islandorum directè sequitur ex eo qvod hyems primò undecimo, ultimò decimo octavo Octobris & die Saturni introeat, sitqve pars ejusdem prior duodecim hebdomadarum cum sex diebus.

8. §.

Ar hefur II. miſſeri. I miſſeri eru mál II. í máli eru mánuder III. í mánudi vikur vel IV. í viku dagar VII. í deigi dægur II. í dægri ſtunder XII.

9. §.

Solár ár hefur daga CCCLXV. Enn þá eykur einum ef hlaupár er; Enn tunglár ſinu minna. á þvi ári er hlaupár kemur ſkal (12) tungl vera XXX. þad er á himne er þá er Februarius kemur af þvi at þat ár er ávallt nátt leingra enn önnur ár.

III. Cap.

UM ORSAKER TIL SIÁFARFLODS OG VINDA SAMT ANNAD ÞAR ADLUTANDI.

10. §.

Svo ſeigir Beda Preſtur at ſiovar föll fylgia tungli og dragaſt ut med áblásning þeſs enn helliſt fram med hræring þeſs: þad ſkilium vier hellſt á þá leid, at meigin hafit ſialft liggur ummidia jórdina ſem lindi ur auſtri í veſtur og ſvo aptur til auſturs, enn retter arma ſina ur auſtri og veſtri adra til ſudurs en adra til nordurs og mætaſt þeir fyrer nordan en adrer fyrer ſunnann jördina og ſkera þeir ſvo jördina í fiordunga.

11. §.

Verda af þeſſu miklar hræringar haffins og ſundurſkilning Straumanna í auſtri og veſtri og II. höfud vindar er vier köllum auſtann

(12) Luna illa qvæ ineunte Februario in cælo comparet, Februaria cenſetur, qvam anno Biſsextili plenam ſive tricenariam eſſe oportere ſupra vidimus P. 2. Cap. 1. §§. 3. 4. & id qvidem per legem hanc computiſtarum Principum, qvæ jubet ut luna ei menſi in qvem deſinit tribuatur, non autem priori in qvo naſcitur.

§. 8.

Duo ſemeſtria dicuntur annus. In ſemeſtri ſunt duo trimeſtria, in trimeſtri menſes tres; in menſe qvatuor ſeptimanæ paulo plus; in ſeptimana dies ſeptem, in die civili, duæ ſemidies civiles, in ſemidie civili horæ duodecim.

§. 9.

Annus Solaris continet dies trecentos ſexaginta qvinqve, ſed anno biſextili adjicitur una; at annus lunaris aliqvanto pauciores. Anno biſextili tricenaria ſit ea luna, qvæ Februario ineunte comparet in Cælo, cum annus ille ſemper ſit nocte cæteris longior.

CAP. III.

DE CAUSIS ÆSTUUM MARIS ET VENTORUM, CUM ALIIS NONNULLIS INDE PENDENTIBUS.

§. 10.

Aſſerit Presbyter Beda æſtus maris lunam ſeqvi, ac afflatu ejus receſſus maris, motu vero acceſſus fieri, id hac ratione imprimis intelligimus: qvod ipſum mare mediterraneum ab ortu in occaſum & rurſum in orientem redeat, & inſtar zonæ cingat terram; Ramos vero ſuos ab ortu & occaſu, alios in auſtrum, alios in boream porrigat, qvorum illi in parte telluris auſtrali, hi in boreali concurrant, atqve ita tellurem in qvadrantes diſpeſcant.

§. 11.

Hinc exoriuntur magni oceani motus & in ortu occaſuqve currentium diverſitas, nec non duo venti cardinales, qvos ab ortu

auſtann vedur og veſtann vedur enn adrir II. höfud vindar verda í nordur og ſudur, par ſem mætaſt armar uthaffins og verda þvi nordan vedur oſs kaulld at hinn nyrdri hlutur haffins er fullur af isum og froſti en kulldi ſunnan vedurs linaſt og tempraſt vid ſolar hita yfer midium heimenum og jardarbellinum ádur hann komi í peſſar byggiligar alfur halfs heimsins.

12. §.

Hyggium ver at jafn hlær ſe nordan vindur í þeim byggeliga hlut jardar er fyrer ſunnan er mikla haf ſem ſunan vedur er med oſs og at ſama hæfi er ſunnannvedur kallt med þeim ſem nordanvedur med oſs, enn hiá ſidanleger vindar verda af þvi at ut armar uthaffins meiga meira og mætaſt ſtraumar eda ſkiliaſt í midium höfud attum og kalla latinumenn þad þá atta haufud vinda enn nordmenn XII.

13. §.

Enn kalla ſumer meiſtarar fleiri vinda ſaker ſtundum kalla þeir verda vinda af þvi er loptit hræriſt med vedri þar ſem ſtor hol eru í jördunne ſem í landi þvi er (13) aulka heiter. enn yfer þvi mikla hafi jardar er kallad er brunur og upras og hita, ſolin er under þeim hring loptſins edur himins er ſodiakus heitir.

§. 14.

Þan veg hin ſama geingur tunglit og V. höfud ſtiörnur er Planetur eru kalladar og ſvo heita. Merkurius. Venus. Mars. Jupi-

(13) Locus corruptus, nam pro aulka ſcribendum Æolia, ſic enim Beda libr. 3. de elem. Philoſ. ſunt qvi dicunt cavernas cauſas eſſe ventorum, cum enim eas ſubintrant partes aeris ex laxitate, una intrante, alia nititur exire, ſitqve conflictus, qvo aer commotus generat ventum. Inde eſt qvod Æolia qvæ carvenoſa eſt, regio ventorum dicitur, hæc Beda.

ortu & occasu spirare dicimus. At cæteri duo venti cardinales in septentrione & meridie generantur, ubi oceani extremi rami sibi occurrunt. Idcirco venti a septentrione spirantes nobis evadunt frigidi, qvod pars oceani borealis glacie geluqve plena rigeat, sed ventorum australium frigora leniuntur ac temperantur calore Solis, dum super medio mundi & globi terraqvei versatur, anteqvam ad has partes magis habitabiles nostri hemisphærii pertingat.

§. 12.

Existimamus æqvè mollem, ac est nobis ventus australis, esse ventum borealem in ea orbis habitabilis parte qvæ ab australi est latere maris mediterranei, & ut nobis boreales ita illis ventos australes esse frigidos. venti autem collaterales ex eo generantur, qvod oceani extremi rami ultimi, adversus se prævaleant, & in mediis plagis cardinalibus currentes sibi occurrant, vel a se invicem separentur, ac eosdem latini ventos cardinales octo; at Norvegi duodecim statuunt.

§. 13.

Verum authores nonnulli plures ventorum causas statuunt: asserentes ex eo interdum oriri ventos, qvod aer violenter commotus ventum producat, ubi magnæ sunt cavitates subterraneæ, ut in regione qvæ Aulcha nominatur; at super magno telluris oceano, qvi fons & scaturigo (aqvarum) habetur, ex calore Solis, dum sub circulo illo cælesti mobili incedit qvi zodiacus vocatur.

§. 14.

Eâdem viâ incedit luna & qvinqve stellæ primariæ, qvæ Planetæ dicuntur, qvorum hæc nomina, Mercurius, Venus, Mars,

Jupiter. Saturnus. Tungl er kallad af Meiſturum böllottur likame ſem adrar planetur ſkapat af fiorum höfud ſkepnum elldlegrar natturu og hefur þó meira af vatne enn adrar planetur ſem allt þad er ſiá má.

15. §.

Tungl hefur ecki lios nema af Sol og þá er í eina ætt er at ſia Sol og tungl af jordunne; ſkin Sol þeim meigin á tunglit ſem frá jördunne horfer og ſtendur tungl fyrir at Solin þurki hafit enn ſlær ofann votku ſinni; og af því hvorutveggiu vex meigin hafit og þau flod köllum vier miſſong at nye hveriu. Enn þá er tungl geingur fram frá Sol ſlær hun hita ſinum nockut ſo á hafit og minkar vokva haffins og þverra af því ſioar föll.

IV. Cap.

UM TUNGLKOMU REIKNING, STIÖRNULISTAR SMADEILING TIMANS SAMT ORSÖK TIL FLODS OG FIORU.

16. §.

Tungfyller ero á XIX. vetrum þrysvar VI. ſinum XIII. og ein, tunglfylli hefur einu dægri midur en LX. og tid ſina um fram. þær eru XVI í deigi og XVI í nott. lattu vera annat tungl XXX. enn annat XXIX. nátta og ganga af tveir tungl timar taktu af dægur hveriu þeirra þat er halfur III. dagur. Sidan taktu XIX. fiordunga er af ganga heilum dægrum á XIX. vetrum og eru þá VII. dagar og einn fiordungur. Nu ætla þú af þeim tungltiid hverri

tungl

Juppiter, Saturnus. Luna dicitur authoribus corpus ad instar cæterorum planetarum sphæricum, ex qvatuor elementis creatum, igneæ naturæ, plus tamen cæteris planetis & visibilibus omnibus ex aqva participat.

§. 15.

Luna caret luce nisi a Sole mutuata, &, dum ex tellure sol & luna in eadem plaga cernuntur, sol partem lunæ aversam a tellure collustrat, ac luna interposita soli est impedimento, qvo minus oceanum exsiccet at suos deorsum madores demittit, ex qvorum utroqve oceanus primarius excrescit, qvos æstus qvovis novilunio (Missong) majores appellamus. At Sol prætereunte luna oceanum aliqvantum calefacit, & humores ejus imminuit; undè æstus maris decresunt.

CAP. IV.

DE SUPPUTATIONE LUNATIONIS, SUBDIVISIONE ASTRONOMICA TEMPORIS, ET CAUSA QVADAM ÆSTUS MARIS.

§. 16.

Annis novemdecim tredecies octodecim lunationes contingunt plus unâ. Lunatio continet sexaginta semidies unâ minus, plus una hora lunari, harum sedecim in die, & sedecim in nocte naturali continentur. Fac lunam unam esse noctium triginta, alteram viginti & novem & duæ horæ lunares supersunt, aufer singulis Semidiem, & inde Semidies sesqvitertia confiunt. Sume dein novemdecim qvadrantes, qvi annis novemdecim Semidies solidos excedunt, & dies septem & qvadrantem unum conficiunt, ex his singulas horas lunares singulis lunationibus tribue,

tungl fylli og hafa III. aungva tiid nema jafnt ſe enn ſia tid er minkut hálfu II. unzi og halfri II. athomu. þá verdur tungls fylli einu dægri midur en LX og II. puncktar. IX. momentur VII. unz. XIX. athomur.

17. §.

Momentur eru XXX. í tungltiid; XII. unz. í momentu. atomur XLVII. í unz. tungltid er fiordungi minne enn dags tid.

18. §.

Frá þvi tungl er II. nátta og til þeſs er þad er XIV. nátta köllum vier medaldaga. Enn er tungl ſtendur gegnt Solu þá heiter Solin hafit med miklum akafa þar ſem ecki minkar þann varma at hafit vellur og geiſar þá hafs flodid miklu meir enn adur ſem marka má hverſu litit vatn geingur upp í katli med ſterkri vellu, köllum vier þad en meiri misföng og þá er tunglit dregſt epter Solu og þat er halft þverranda at ſyn, minkar Solar hiti og lægiſt ſiáfar ſtorinn og eru þá adrer medaldagar.

19. §.

A fyrſtu dagi eftir Solhvorf eykur Sol gaungu ſina eine dextillo annan dag dextil og IV. minutis. þridia dag dextill og IX. minutis. fiorda dag dextill og XII. minutis. fimta dag dextill og XVI. minutis. ſexta dag dextill og XX. minutis. (14)

V.

(14) Hic in Codice de computo ſeqvuntur Oddi obſervationes de incrementis & decrementis qvæ ſingulis hebdomadis capit declinatio Solis ab uno Solſtitio ad alterum, qvæ qvoniam cum Rymbegla P. 1. Cap. 16. §. 62. qvoad rem & ſenſum prorſus conveniant, licet in verbis ſit aliqva differentia, hic Studio brevitatis omittuntur

qvarum tres horas nullas habent, nisi divisor dividendum metiatur, hora autem illa sesqvi uncià & sesqvi atomo est diminuta. Igitur lunatio constat sexaginta semidiebus unâ minus & punctis duobus, novem momentis, septem unciis, novemdecim atomis.

§. 17.

Hora lunaris, continet triginta momenta, momentum uncias duodecim, unica atomos qvadraginta septem, hora lunaris est qvadrante minor horâ solari.

§. 18.

A luna qvinta ad decimam qvartam dies mediocres vocamus. Sed dum luna Soli opponitur; Sol oceanum magno ardore calefacit, ut, nisi calor ille remittat, mare efferveſcat, & longè plusqvam ante exæstuet. quemadmodum notare licet, qvantillum aqvæ, magnâ efferveſcentiâ in aheno ascendat; id qvod (Misſong) æstus majores nuncupamus; &, cum post Solem luna retrahitur & decreſcens dimidiata comparet, calor Solis remittit, & maris exæstuatio decreſcit, qvo tempore alteri dies mediocres exiſtunt.

§. 19.

A solstitio die prima motus Solis augetur uno dextillo, die secunda dextillo & qvatuor minutis; die tertia dextillo & novem minutis; die qvarta, dextillo & duodecim minutis, die qvinta, dextillo & sedecim minutis; die sexta, dextillo & viginti minutis.

tuntur ne actum agatur. Soltim in fine capitis additur Pastorem Sæmundum statuisse, initio mundi Solem recens creatum; ortum esse in cardine orientis, lunam vero plenam ad vesperam.

V. Cap.

UM ENDURBOT RYMS JULII CÆSARIS, TUNGLHLAUP, SAMSTEMMU TUNGLS MED SIÁFAR OLGU, SOLARGANG Í LIKINGU MED TUNGLS OG STIARNA. TAL OG TID SIÁFAR OLGNA, OJAFNT MILLEBIL SOLAR FRA JÖRDU, OG OJAFNA DVÖL SOLARINNAR Í MERKIUNUM.

20. §.

Svo ſeiger Apicus at Romveriar telldi XII. tungls alldra í hveriu ári annan XXX. enn annan nott midur allt til daga Julii keiſara Cæſaris, hann fann fyrſtur aureum numerum og ſetti nitian vettra ölld og ſkipadi epactis og emboliſmis. Enn fyrer oglöggleik alþidu let han telia annat þritugt en annat nott midur en þær II. nætur er tungls ár ſkorter vid Sólar ár og hann kallar epacte, dro hann ſaman til VII. auka tungla og ſkulu þá öll XXX. nema ed ſidaſta eitt þat ſkal nott minna fyrer ſaker ſaltus lune, þat köllum vier tungl hofun og aukatungl.

21. §.

Af þeſſum eru jafngömul ödrum tunglum annat XXX. enn annat nottu minnur þá ſkal telia V. dægur af V. auka tunglum þau er epter eru og verda þá jamngömul odrum tunglum. þeſſi V. dægur og XIX. hlaupárs fiordungar ganga yfer fram CCXXXV. tunglfyllar í XIX. vetra ölld og verda þat VII. dagar og qvadrantur natturligs dags. þat verda XIX. dagar í fiorum tungls ölldrum. þeſser XIX. færi fyrer í nitian hlaupára ölldum ef ecki væri geimt aukatungla og hlaupára.

22. §.

CAP. V.

DE REFORMATIONE CALENDARII JULII CÆSARIS, SALTU LUNÆ, CONVENIENTIA PHASIUM LUNARIUM CUM PHÆNOMENIS ÆSTUS MARIS, MOTU SOLIS LUNÆ ET STELLARUM COMPARATIVO, DE NUMERO AC TEMPORIBUS ÆSTUUM MARIS, IN ÆQVALI DISTANTIA SOLIS A TERRA, ET IN ÆQVALI MORA SOLIS IN SINGTLIS SIGNIS

§. 20.

Asserit Apicus Romanos in anno singulo duodecim lunationes numerâsse, unam noctium triginta, alteram unâ minus, usqve ad tempora Julii Cæsaris Imperatoris. Is primus numerum aureum invenit & Cyclum decemnovennalem instituit, & Epactas ac Embolismos ordinavit. Verum ob imperitiam vulgi lunam unam tricenariam alteram nocte juniorem putari jussit. noctes autem undecim qvibus annus lunaris a solari deficit, & qvas appellat Epactas, in septem lunas Embolymæas collegit, qvæ tricenariæ sint omnes, nisi una novissima nocte minor propter saltum lunæ. id qvod lunæ suspensionem & abundantiam nuncupamus.

§. 21.

Cæterarum æqvales sunt, una tricenaria, & altera nocte junior, tum reliqvis abundantibus qvinqve singulis una Semidies subducatur, ac ita cæterarum æqvales evadunt. Hi qvinqve Semidies & novemdecim qvadrantes intercalares, ducentas triginta qvinqve lunationes Cycli decemnovennales excedunt; unde septem dies & qvadrans diei naturalis confiunt. Hinc dies viginti novem qvatuor Cyclis lunaribus conficiuntur. Hi viginti novem dies novem decim Cyclis bisextilibus pessum irent nisi lunis abundantibus & annis bisextilibus asservarentur.

§. 22.

22. §.

Tungls alldur at tölu biarnar enns talviſa eru XXIX. dagar og XII. ſtunder og punctar II. monentur IX. unzer XII. atomur XIX. Sol lyſer tungl at ſkynſamra manna ſögn enn þau eru jafngömul at rettu tali, þviat tungl verdur á þeirri ſtundu midri gagnvart Solu er þat er oſkert; enn þat er ávallt jafnlangt í millum.

23. §.

Tungls alldur er nær LIX. dægur og nockut meír. Sol og tungl eru bædi í eina ætt og jafnfram á þeirri ſtundu midri er þat verdur eigi at ſyn nær VI. dægrum og attunge meir. III. dægra ſidan er átt er á milli, enn II. þá þat er vaxanda og ſo ef þat er þverranda enn fiarann á midri ſtundu þeirri er þat er fullt. Nu er ſvo kallat þá er tungl er vaxanda, enn VI. þá þad er þverranda er og ecki at tali.

24. §.

Tungl er III. edur fiögra edur atián. edur XIX natta þá er fiara er nær none; edur þá er Sol er nær midiu landnordri. tungl er halftvaxanda og þverranda at ſyn er medal dagar ero og fiara verdur nær þvi er Sol er í veſtri midiu og auſtri. Sol geingur nær II. attum í milli flods og fiöru Tungl er fullt, edur ecki at ſyn þá er misſaung eru og fiara verdur nær middeigi edur midnætti ſo er ſunnan vid Island ef ecki banna fyrder edur eyrar edur ofvidri. Tungl er nær VI. dægrum fullt edur ecki ad ſyn at þvi er oſs ſyniz.

25. §.

§. 22.

Lunatio juxta putationem Biarni Talvisi (computandi periti) constat diebus viginti novem, horis duodecim, punctis duobus, novem momentis, unciis duodecim, atomis novemdecim. Sol uti asserunt sapientes lunam illuminat, sunt autem illæ calculo ritè constituto, sui æqvales. qvippe luna mediâ illâ horâ, qvâ plenilunium contingit, æqvali spatio semper interjecto, Soli diametraliter opponitur.

§. 23.

Lunatio est spatium ferè qvinqvaginta novem semidierum & aliqvanto plus. Sol & luna in una plaga ambo conjuncti existunt ejus horæ meditullio, qva ferè per sex semidies & octantem silet. Dein semitriduum elabitur, donec plaga sit interposita, sed crescente & decrescente dimidiata duæ interponuntur. Mediâ vero illâ horâ, qvâ plenilunium contingit, recedit mare, hæc jam crescente luna ita esse dicuntur; postea vero, qvam decrescere cæpit, donec silens amplius non putetur; Sex plagæ interponuntur.

§. 24.

Tres vel qvatuor vel octodecim vel novemdecim noctes natâ lunâ, elapso á meridie fere trihorio, recessit mare; vel circa mediam plagam Arctapeliotis existente Sole. dum luna crescens & decrescens dimidiata camparet, dies mediocres existunt; & circa medium occidentis & orientis constituto Sole recedit mare. inter maris accessum & recessum duas ferè plagas Sol emetitur. Lunâ plenâ vel silentê (Misfong) æstus maximi contingunt, & mare circa meridiem lucis vel noctis recessit, ita juxta australis Islandiæ littora se res habet, nisi freta vel insulæ, vel violentæ tempestates officiant, luna sex ferè semidies nobis videtur plena vel silens.

25. §.

Sol geingur nær átt um III. Stunder, enn um VI. Stunder II. átter enn XII. um fiorar, enn fiorar og XX. um VIII. þat er umhverfis allan heimin enn tungl geingur sinne sialldnar á hverium alldri sinum um heim enn Solin at þvi er oss litst. Enn stiörnur flestar þær er ver kennum gánga sinne optar um heim á II. misserum enn Sol at þvi er oss syniſt.

26. §.

Solargángur vex iafnleinge sem þver, Sol geingur hædſt IX. nottum fyrer Jons messu á sumar enn lægſt IX. nott fyrer Jol á vetur. Tungl fullt geingur þá lægſt er Sol geingur hædſt enn þá hædſt er Sol geingur lægſt, fyrer þat utann at Sol og öll himen tungl eru avallt í sudri midiu hædſt enn í nordri midiu lægſt. Tungl geingur hátt á vor vaxanda enn lagt þverranda enn lægſt á sumar fullt, þá er Sol geingur hædſt; enn lægſt á hauſt vaxanda enn hátt þverranda, enn hædſt á vetur fullt þá er Sol geingur lægſt.

27. §.

Sol og tungl þá er þau finnaſt fára bædi samann IV. momentur og eina unciu og athomu. I. og verdur þat hlutur ur II. dægrum halfur XII. taugur annars hundrads enn þat verdur í nitian vetrum dagur og nott adur tunglit kvikni frá Solunne, þann dag skal upptaka hinn fyrſta vetur pacta alldar þá er September geingur inn þá er kallat hlaup í tungli fyrer þvi at þá skal vera V. nátta tungl er ingeingur September ella telſt IV. nátta ef sá dagur væri eigi upptekinn.

28. §.

§. 25.

Sol trihorio, unam; sexhorio, duas; at horis duodecim, qvatuor, viginti qvatuor octo plagas; id est circa mundum universum circulum integrum emetitur; luna vero videtur singula lunatione circa mundum circuitus absolvere, quam Sol minus uno; Stellæ vero qvas nos noscimus pleræqve singulis binis seneſtribus, plus uno.

§. 26.

Motus Solis æqvè diu incrementa capit ac decrementa. Ante Festum Johannis Babtistæ noctibus novem Sol æstate ascendit altissimè; Sed ante Festum Nativitatis noctibus novem, brumâ humillimè. Cum Sol altissimè elevatur, tum luna plena humillimè deprimitur, sed tum celsissimè scandit, cum Sol humillimè descendit; præter id qvod Sol & omnia sidera in meridiano australi culminant, at in septentrionali maximè deprimuntur. Tempore verno luna crescens sublimior, decrescens humilior incedit; plena vero per æstatem humillimè, dum Sol incedit altissimè; verum autumno crescens, humilius, at decrescens excelsius; hieme vero plena celsissimè dum Sol incedit humillimè.

§. 27.

Sol & luna qvando conjunguntur qvatuor momenta, & unciam unam & atomum unam, ambo conjuncti moventur, unde semibidui pars conficitur ducentesima duodenariè, qvinqve minus, at annis novemdecim dies & nox naturalis inde confiunt, antequam luna a Sole remota nascatur. Anno primo cycli epactarum ineunte Septembri, hæc dies asumatur, tunc temporis saltus inesse lunæ dicitur, qvia tum Septembris initio oportet lunam esse qvintam; alioqvi nisi illa dies assumeretur, luna qvarta putaretur.

28. §.

Siofarföll verda IV. á tveim dægrum. þá verda á XII. mánudum 1460. og eitt ſtakt enn annan vetur annat, hit. III. enn III. hit. IV. enn IV. þat eru full II. dægur og giöra þau hlaupárs dag.

29. §.

Tungl er þá ecki at ſyn er þat er í þá ætt ſem Sol enn þat er halft vaxanda í veſtri midiu; fullt í ſudri midiu. halft þverranda í auſtre midiu í midia nott ecki at ſyn; Tungl má ſiá vaxanda þá er half átt er á medal þeſs og Solar; en þá er átt medal, er tungl hefur III. nætur vaxtar ſins. enn II. þá er þat er halft III. þá er þat hefur priá hluti. IV. þá er þat er fullt. Hvæl á tungli er nær Solu enn ſkard fir. Sol lyſer tungl.

30. §.

Þá er flod er tungl er í auſtri og í veſtri enn fiara þá þad er í nordri og ſudri midiu fyrer ſunnann Island nema fyrder banne. Tungl geingur hædſt fyrer Jol enn lægſt fyrer Jonsmeſſu um Solſtödu hædſt vaxanda á Marcio. enn hædſt þverranda á Septembri um jafndægur.

31. §.

Ef tungl er III. nátta edur IV. eda XVIII. eda XIX. þá er fiara í non. enn er tungl er X. nátta edur XII. XVI. edur XVII. þá er fiara at dagmálum ef tungl er fullt, edur eigi at ſyn þá er fiara í midian dag og midia nott.

32. §.

§. 28.

Semibiduo qvatuor æſtus maris contingunt, ergo menſibus duodecim mille qvadringenti & ſexaginta & unus unicus; hiemê ſecunda, ſecundus, tertia, tertius, qvarta, qvartus ſit unicus, inde ſemibiduum ſolidum conflatur & diem intercalarem conſtituit.

§. 29.

Si plagam Solis occupat luna, tum ſe conſpiciendam non præbet, at vero dimidiata creſcens verſatur in medio occidente, plena in medio meridie, dimidiata decreſcens in medio oriente, ſilens in meridie noctis. Luna creſcens, inter ipſam & Solem interpoſitâ plagâ dimidiâ, conſpici poteſt, at trinoctiali capto incremento, una plaga interponitur, dimidiatâ, duæ, trium qvartarum facto incremento, tres; plena qvatuor. Lunæ convexitas Soli propior, at concavitas remotior; qvia Sol lunam illuminat.

§. 30.

Lunâ in oriente & occidente conſtitutâ acceſſit mare, ſed a parte auſtrali Islandiæ niſi officiant freta, in ſeptentrione & meridie medio receſſit. Ante feſtum nativitatis luna altiſſimè elevatur, ſed ante Feſtum Johannis Baptiſtæ circa ſolſtitium maximè deprimitur; in Martio creſcens, at in Septembri circa æqvinoctia, decreſcens celſiſſimè ſcandit.

§. 31.

Noctium trium vel qvatuor, octodecim vel novemdecim exiſtente luna, elapſo à meridie trihorio, receſſit mare; at noctium decim vel duodecim, ſedecim vel ſeptemdecim, horâ nona antemeridiana receſſit, lunâ plenâ vel ſilente meridie lucis vel noctis mare detumuit.

32. §.

Medur þvi at Macrobius telur ſvo og ſeiger í tractatu philoſophie des Sphæra at Sol geingur XXXII. daga undir marki geminorum, en XXVIII. daga undir Sagittario; enn hun gengur þó jafnan jafnſkiott; þá má ſiá at Sol geingur ſtundum nær jördu, enn ſtundum firr, þar ſem öll mork eru jafn lögn í zodiako.

33. §.

Af þvi ſkin náttſól um ſumar þá er Sol geingur á þeim ſtödum, ſem hana ſer eigi um middeigi á vetur. enn ſá timi ſkylldi jafnlangur vera, er náttſól lyſer um ſumar og hana ſer eigi um vetur, ef hun gengi jafnan jafnær jördu. Fyrer þeſſa ſök verda jafndægri um hauſt og vor. nær þvi Solhvarfi er á vetur er enn á ſumar, at ſlikum mun ſem Sol geingur ſkemur undir inum ſidara helmingi Zodiaci. þat verdur nær hinn þritugandi hlutur af Solar axi

34. §.

Sem II. daga og XII. trienntes hore, og XII. oſtentur og XII. pörtum minnur þeim er XXX. giöra oſtentum. So leingi geingur Sol II. gradur í ſinum hring, at þeirri tölu geingur Sol XXIX. daga undir ſagittario. og XXIX. trientes ore, og XXIX. pörtum minnur, undir Scorpione. XXIX. daga og beſſe dags XXIX. trientes hore, beſſe og XXIX. oſtentur. og beſſe og XXIX. portum minnur.

35. §.

Undir Libra, geingur Sol XXIX. daga trientem. og XXIX.

§. 32.

Qvia Macrobius in tractatu Philosophiæ de Sphæra, supputat ac asserit, Solem in geminis dies triginta duos, at in sagittario, viginti & octo incedere, verum tamen semper æqvali celeritate incedit; liqvet Solem, telluri modo viciniorem modo remotiorem progredi, cum omnia signa zodiaci sint longitudine sibi æqvalia.

§. 33.

Hinc Sol nocturnus æstate lucet ibi locorum incedens, ubi hieme meridianus non conspicitur. tempus vero illud æstivum, qvo Sol nocturnus lucet, hyberno illi, qvo se conspiciendum non præbet, æqvaretur, si telluri semper usqvequaqve æqvè vicinus incederet. Qvo circa æqvinoctium autumnale & vernum tanto vicinius fit solstitio brumali qvam æstivo, qvanto breviori tempore Sol sub australi zodiaci semisse movetur qvam boreali. differentia distantiarum Solis remotissimi & vicinissimi, est fere pars trigesima diametri orbitæ solaris.

§. 34.

Dies fere duos, & duodecim trientes horæ, & duodecim ostenta, duodecim partibus minus, qvarum triginta ostentum conficiunt, Sol in orbita sua gradus duos emetitur. Secundum hunc calculum Sol in sagittario incedit, dies viginti novem, viginti novem trientes horæ, minus partibus viginti novem; in scorpione dies viginti novem, bessem diei, & viginti novem trientes horæ, & bessem, ostenta viginti novem & bessem, minus partibus viginti novem.

§. 35.

In libra movetur Sol dies viginti novem, trientem & viginti

XXIX. trientes hore. og trientem trientis. XXIX. oſtentur og trientem. og XXIX. pörtum minnur. þar næſt er jafndægri á hauſt. þá geingur Sol undir þeim fiordung Zodiazi XCVII. daga og VI. ſtundir og III. oſtentur og IV. pörtum meir.

36. §.

Eptir Solhvarf á vetur gengur Sol jafnlengi undir capri corno ſem undir Skorpione. Undir aqvario geingur Sol jafnlengi ſem undir libra. Undir Piſcibus geingur Sol XXX. daga og XXX. trientes hore, og XXX. oſtentur og XXX. pörtum minnur. þær næſt er jafndægri um vor, atþvi tali geingur Sol undir þeim fiordungi Zodiaci XCIX daga og VI. ſtundir og II. trientes og V. oſtentur og II. færri.

37. §.

Sol geingur undir Ariete XXX. daga. og beſſe dags og XXX. trientes hore, og beſſe trientis og XXX. oſtentur og beſſe og XXX. parta minnur. enn undir Tauro geingur Sol XXXI. daga. og trientem dags og XXXI. trientes hore. og trientem trientis og XXXI. oſtentur og trientem, og XXXI. pörtum minnur og triente. Undir geminis geingur Sol XXXII. daga og XXXII. trientis hore, og XXXI. oſtentis XXXI. pörtum minnur. Þar næſt eru Solhvörf á ſumar at þvi tali geingur Sol undir þeſſum fiordungi Zodiaci XCIX. daga og XIX. ſtundir og II. trientes og II. oſtentur og IV. pörtum minnur.

38. §.

ginti novem trientes horæ ac trientem trientis, oſtenta viginti novem & trientem, minus partibus viginti novem. Deinde exiſtit æquinoctium autumnale, ergo in illo qvadrante zodiaci movetur diebus nonaginta ſeptem, ſex horis & tribus oſtentis plus partibus qvatuor.

§. 36.

Poſt ſolſtitium brumale in Capricorno & Scorpione Sol æqvè diu commoratur. Aqvarium & libram Sol æqvali tempore percurrit. Piſces percurrit Sol diebus triginta & triginta horæ trientibus, & triginta oſtentis, minus partibus triginta, dein proximè incidit æqvinoctium vernum, ergo juxta hunc calculum Sol in illo qvadrante zodiaci incedit diebus nonaginta novem; Sex horis, trientibus duobus, & oſtentis qvinqve, minus duabus partibus.

§. 37.

Sol arietem percurrit diebus triginta & beſſe diei, & triginta trientibus horæ, & beſſe trientis, & oſtentis triginta & beſſe, & triginta partibus minus; Taurum vero Sol perluſtrat triginta diebus & uno ac triente diei, triginta & uno horæ trientibus & trientis triente, oſtentis uno & triginta & triente ſui, minus partibus triginta cum triente; Geminos Sol perambulat, diebus triginta duobus, triginta duobus horæ trientibus, oſtentis uno & triginta, minus partibus uno & triginta. Dein ſolſtitium æſtivum inſeqvitur. Ergo juxta hunc calculum Sol in hoc qvadrante zodiaci incedit diebus nonaginta novem, horis novemdecim & trientibus duobus, oſtentis duobus, quatuor partibus minus.

38. §.

Sol gengur undir Cancro jafnlengi ſem undir Tauro. undir Leone geingur hun jafnleingi ſem undir Ariete. undir Virgine geingur Sol jafnlengi ſem undir Piſcibus. þar næſt er jafndægur á hauſt. at þeſsu tali geingur Sol undir þeim mörkum og fiordungi Zodiaci XCIII. daga og IX. ſtundir og IX. oſtentur, og II. pörtum minnur.

39. §.

Sol geingur oſkerdann hring ſinn CCCLXV. daga og VI. ſtundir og IX. minutum minnur, þá geingur hun tolftung hrings ſins XXX. daga, þat er inn tolfti lutur af CCCLX. og XXX. trientes hore, þat er inn tolfti lutur af V. dögum og XXX. oſtenta. þat er inn tolfti lutur af IV. ſtundum og XXX. puncta midur. þat er inn tolfti lutur af IX. momentum. þviat jafnmikit mega IX. momentur og XII. oſtentur. enn XXX. puncta giöra eina oſtentu.

VI. Cap.

UM AFMÖRKUN ÞESS MESTA OG MINNSTA MILLEBILS SOLAR FRÁ JÖRDU.

40. §.

Geometræ mæla ſuo at circumferentia hvers hrings hafi ſer tern diametur ſin og hinn VII. hlutur diametri. Sem þá at VII. alnar ſe diameter, enn XXII. alnar circumferentia.

41. §.

I Solarhring eru gradur CCCLX. í gradu eru LX. minuta.

§. 38.

Sol cancro & tauro percurrendis idem tempus impendit, in Leonem & Arietem perluſtrandos idem tempus, in virginem & piſces emetiendos, æqvale tempus inſumit; Dein æqvinoctium autumnale inſeqvitur, ergo ſecundum hunc calculum Sol in his Signis & hoc qvadrante zodiaci movetur diebus nonaginta tribus, horis novem, oſtentis novem, minus partibus duabus.

§. 39.

Sol circulum ſuum integrum diebus trecentis ſexaginta qvinqve, ſex horis, minus novem minutis emetitur, ergo triginta diebus partem circuli ſui duodecimam percurrit, qvæ trecentarum ſexaginta partem duodecimam, & triginta trientes horæ conficit, hi qvinqve dierum partem duodecimam & oſtenta triginta conficiunt; hæc ſex horarum partem duodecimam, minus triginta punctis conſtituunt; ex his novem momentorum pars duodecima conſit; qvia novem momenta duodecim oſtentis æqvantur, at puncta triginta oſtentum efficiunt.

CAP. VI.

DE DETERMINANDA MAXIMA ET MINIMA DISTANTIA SOLIS A TERRA.

§. 40.

Geometræ metiuntur circumferentiam circuli cujusqve continere tres diametros, & partem ſeptimam diametri, ut ſi diameter ulnarum ſeptem; peripheria ſit ulnarum viginti duarum.

§. 41.

Orbita Solis continet gradus trecentos & ſexaginta; gra-

nuta, í minutu eru LX. ſecunda, í ſecundu eru LX. tertia, í tertiu eru LX. qvartilla, í qvartill eru LX. qvintilla, í qvintill eru LX. ſextilla, í ſextill eru LX. ſeptilla, í ſeptill eru LX. octavilla, í octavill eru LX. nonavilla, í diametro Solarhrings CXIV. gradur og half grada og ein particula.

42. §.

Ef þú villt vita hverſu miklu nær Sol geingur jördu í ſagittario enn geminis; hugſa fyrſt hverſu miklu lengur hun geingur í þeim helming hrings er gemini heitir, enn þeſs eru á medal XII. gradur. enn þat er inn XXX. partur af Solarhring, ſem fyrr er ſagt. og ſigrar þá enn meiri hlutur hringſins inn minna hluta, med inum XXX. hlut af öllum hring edur badum þeim ſamann.

43. §.

Enn ſú er regla arithmeticorum: ef þú telur jafnmikin hlut talna af II. tölum edur leggur vid. þá verda þær tölur af hinum ſomu hlutfollum ſem hinar fyrri: verbi gratia XXIV. ſigra XVIII. ſesqvitertia proportione. tak þridiung af XXIV. og eru XVI. eptir. tak þridiung af XVIII. og verda eptir XII. þá eru XVI. og XII. í ſömu hlutföllum. ſem ádur voro XXIV og XVIII.

44. §.

Taktu medur þeirri reglu inn ſextanda hlut af diametro Solarhrings. og legg þann hlut vid annan helming ut frá centro, og ſet þar annad centrum og giör um þat jafnvidann hring

ſem

dus minuta ſexaginta; minutum (primum) ſexaginta ſecunda; ſecundum, ſexaginta tertia, tertium, ſexaginta qvarta; qvartum ſexaginta qvinta; qvintum, ſexaginta ſexta; ſextum, ſexaginta ſeptima; ſeptimum, ſexaginta octava; octavum, ſexaginta nona. Diameter orbitæ Solaris continet gradus centum & qvatuordecim, ſemigradum & particulam unam.

§. 42.

Si nôſſe geſtias, qvanto vicinior telluri Sol in ſagittario qvam geminis incedat, cogita primum qvanto diutius Sol in ſemicirculo illo moveatur, qvi dicitur geminorum, tantum vero eſt hoc tempus, qvantum Sol ſpatio duodecim graduum circiter percurrendo inſumit; quod, ut ſupra memoratum, partem trigeſimam orbis Solaris conſtituit, ideoqve pars orbitæ major minorem, parte trigeſima totius, ſive ambarum (ſemiorbitarum) ſimul excedit.

§. 43.

Cæterum hæc eſt Regula Arithmeticorum: Si duobus numeris, ipſorum æqvè multiplices numeros addas vel demas, aggregata vel reſidua eandem inter ſe rationem habebunt ac illi priores. verbi gratia: viginti qvatuor excedunt octodecim in ſesqvi tertia ratione, à viginti qvatuor ſubduc partem ſui tertiam & ſedecim reſtant; ab octodecim ſubtrahe partem ſui tertiam, & duodecim remanent. Igitur ſedecim ac duodecim, eam inter ſe rationem tenent, qvam prius viginti qvatuor & octodecim tenebant.

§. 44.

Per hanc Regulam a diametro orbitæ Solaris aufer partem decimam ſextam, qvam inde à centro alteri ſemidiametro adde, & ibi alterum centrum colloca, & circa ipſum æqvè latum ac

ſem um it fyrra. og ígeingur þá circumferencia þeſs hrings þvi utar enn hinn fyrri hringur; þar ſem hun er lengſt frá centro í hinum fyrra, ſem Sol gengur fyrr jórdu í geminis enn í ſagittario. þá ſigraſt hinn minni hlutur hins forna diametri af hinum meira hlut, medur hinum XXX. hlut alls diametri, af hinum ſömu hlutföllum ſem adur var ſagt af circumferentia ens ſama hrings.

45. §.

Sú er önnur Regla arithmeticorum: ef þú margfalldar ina ſömu í tvær tölur; þá verda bædi profat í hinum ſömu hlutföllum medal ſin, ſem hinar fyrri tölur. verbi gratia. margfallda þú IV í VIII og XII. IV ſinnum VIII eru XXXII. fiorum ſinnum XII. eru XLVIII. tolf hafa í ſer VIII og helming af VIII. Svo hafa XLVIII í ſer XXXII. og helming af XXXII. margfallda at ſama hætti CCCLX í XXII og VII. og verda þá profat í ſömu hlutföllum, ſem ádur voru XXII og VII.

46. §.

I Solargradu eru ſtundum pars kalladir. XXII. partícule, í particullu er XXX partiunculæ, CCCLX med XXII. eru VII. MDCCCCXX ſvo mörg particule eru í Solarhring CCCLX. VII eru og MMDXX. ſvo margar particule eru í diameter ſolarhrings. Þat eru CXIV gradur og half grada og ein particula.

47. §.

Skiottu Diametro Solarhrings í II ſtadi. og verda í hverium hlut LVII. gradur og VI. particule af þeim helminge

circa prius describe circulum, qvare circumferentia hujus circuli tanto remotior est qvam prioris, ubi a centro illius longissimè distat; qvanto Sol in geminis qvam sagittario à terra longinqvior incedit. itaqve minorem partem prioris diametri pars major excedit parte trigesima totius diametri, in eadem, ac supra dictum ratione, ejusdem peripheriæ ad diametrum.

§. 45.

Altera Regula Arithmeticorum est hæc: Si duos numeros eodem numero multiplices, erunt producta inter se ut numeri illi priores. Verbi gratia: multiplica octo & duodecim per qvatuor: qvater octo sunt triginta duo; qvater duodecim sunt qvadraginta octo. ut duodecim continet sesqui octo; ita qvadraginta octo, continent sesqvi triginta duo. Multiplica similiter trecentos & sexaginta per viginti duos & septem, & erunt producta inter se, ut prius erant viginti duo & septem.

§. 46.

Gradus solaris particulæ viginti duæ simul sumtæ, pars qvandoqve nuncupantur. In particula portiunculæ triginta continentur. trecenta & sexaginta per viginti duo multiplicata producunt septem millia, nongenta viginti, ac totidem particulæ in perimetro orbitæ Solaris continentur. trecenta & sexaginta per septem multiplicata producunt duo millia qvingenta viginti, totidem particulas continet diameter orbitæ solaris, inde confiunt gradus centum & qvatuordecim, semigradus & una particula.

§. 47.

Diametrum orbitæ Solaris divide bifariam, & in utraqve parte continentur gradus qvinqvaginta septem & sex particulæ, cujus

inge er inn XXX hlutur half önnur grada og XXVII minuta og VI particule. taktu þann XXX hlut af þeim helminge diametri, og legg vid annann helming, þá er í hinum meira hlut LIX gradur og II. particule. og þar til IV minuta og VI. particulæ, enn í minna hlut LV gradur og VI minuta og V. particule, XXIV portiunculæ.

VII. Cap.

UM ÞANN ASTRONOMISKA QVADRANT. Á BYGGIANLEGU HEIMSINS PARTA. HVÓRNIN HID MIKLA HAF LIGGUR, OG MÁTA TILAD ADGIÆTA HVÓRSU JÓRDIN ER HNÖTTOTT.

48. §.

Qvadrantur jardar sá sem Störnu bokarmenn profa med Sólargang er giörr í liking þess fiordungs jardar er liggur frá midiu megin hafi og nordur undir leidarstiörnu. inn sydri lutur þess fiordungs er obygdur fyrer Sólarhita. enn hinn nyrdri er og obygdur fyrer kullda sakir. enn þar á mille er vor byggeleg hálfa, su er menn hafa tidendi af.

49. §.

Svo segir Macrobius at megin hafit gyrde um jördina midia af austri til vesturs, og rettir arma sina af austri og vestri, þá sem metast fyrer nordann og sunnann jördina. Svo sker hafit í sundur jördina í IV. fiordunga. og er einn fiordungur af þeim sá er vier byggium, sem fyrr var sagt. enn adrir þrir megu obyggilegir vera fyrer hita sakir og kullda; enn fyrir sakir megin hafsins torfæru megu vær þar engi tidendi af hafa.

50. §.

cujus ſemiſſis trigeſima pars conficit ſesqvigradum, viginti ſeptem minuta & ſex particulas. ab una ſemiſſe diametri partem ſui trigeſimam ſubduc ac alteri adde; Ergo pars major continebit gradus qvinqvaginta novem & duas particulas, inſuper qvatuor minuta & ſex particulas; ſed minor, gradus qvinqvaginta qvinqve, ſex minuta, qvinqve particulas, viginti qvatuor portiunculas.

CAP. VII.

DE QVADRANTE ASTRONOMICO, PARTIBUS TERRÆ HABITABILIBUS, SITU GEOGRAPHICO MAGNI OCEANI; METHODO OBSERVANDI SPHÆRICITATEM TERRÆ.

§. 48.

Qvadrans terreſtris, qvo Aſtronomi Solis motum obſervant, ad ſimilitudinem qvadrantis telluris eſt conſtructus, qvi a medio oceani principalis verſus boream usqve ſub ſtellam polarem pertingit. Qvadrantis hujus pars auſtralior, ob æſtum Solis, at borealior etiam ob frigus eſt inhabitabilis. Intermedia vero eſt zona noſtra habitabilis qvam cognitam habemus.

§. 49.

Aſſerit Macrobius oceanum principalem ab ortu in occaſum mediam ambire terram, & ab oriente & occidente extendere brachia ſua, qvæ ad partes globi terraqvei auſtralem & borealem concurrant. Hoc modo oceanus tellurem, in qvatuor qvadrantes diſpeſcit, qvorum unus, ut ſupra dictum, is eſt, qvem inhabitamus, cæteri tres vero propter æſtum & frigus ſunt inhabitabiles. Sed ob difficultatem oceanum primarium transnavigandi, nihil de his cognoſcere poſſumus.

50. §.

Þat er og Sögn ſumra manna at hafit ſe fullt af eilyſum Iſe nordur frá oſs undir Leidarſtiörnu, þar ſem metaſt armar uthafſins. á þat þickir viſa meiſtari Johannes af Pavilla í bok þeirri er Architenius heiter er hann ſeiger ſvo

(15) *Tre forma terris fecis ſupernatat unde.*
Curva ſuperfacias terramqve complectitur arcu.
Superfecta maris prohibente litore ſupera.

þat er nær þvi at ſkilia: jardarmynd er ſyvallt og yfir hana flytur ſyvallt yferbragd vatns og ſiofar; hringur ſiofar fadmar jördina ſinum boga, þar ſem ſtröndinn bannar. þetta vilia ſumir ſvo ſkilia at hann kalli land liggia undir leidarſtiörnu, og banne þær ſtrandir at ſaman komi ſiofarhringur; vidur þat accorda visar fornsögur þær er þat ſanna at fæti meigi fara, edur hafi farit verit, af Grænlandi til Noregs

51. §.

Qvadrantur er þvi beigdur eptir kumpáſi at jardar yferbragd er böllott, þat má ſvo prova: Stiörnur renna upp og ſetiaſt at ſama hætti öllum mönnum þeim, er jafnfram byggia á Jörduni. enn þó ſia þeir fyrr kvelds hina ſömu Stiörnu er auſtar byggia á Jördu, enn ſidar þeir er veſtar byggia. þat má lita at Eclipſis er ein og hin ſama, er oſs ſyniſt á himni, fyrſtu ſtundu nætur, og þeim vitraſt á hinni III. ſtundu nætur er auſtur vid hafit byggia. og af þvi má marka at þar var fyrri nátt, og Sól ſaſt þar fyrri enn med oſs. enn Sök til þeſſa er þróttnan jardar, og bögur ſá er í milli vor er.

52. §.

(15) Verſus hi depravatiſſimi fortaſſis hoc modo reſtituendi
Terræ Forma teres, facies ſupernatat undæ.

Curva

§. 50.

Qvin etiam asserunt nonnulli oceanum a nobis boream versus usqve subpolum, ubi rami oceani externi concurrunt, perpetua glacie repletum esse. id ipsum innuit carmen Magistri Johannis de Pavilla in libro, qvi Architenius inscribitur. Sic sonans

(15) Tre forma terris fecis supernatat unde
Curva superfacias terramqve complectitur arcu
superfecta maris prohibente litore supera.

qvod sic ferè intelligendum: figura terræ est sphærica, cui supernatat superficies aqvæ marisqve rotunda. Circulus maris arcu suo terram amplectitur, ubi littora prohibent. Nonnulli hoc ita intelligendum existimant, qvod dicat regionem subjacere stellæ polari, cujus littora prohibeant convenire circulum maris. Huic concordant eruditæ illæ relationes priscæ, qvæ arguunt à Grönia in Norvegiam pedibus iri posse vel itum esse.

§. 51.

Qvadrans ideo juxta compassum est incurvatus, qvod superficies terræ Sphærica sit, id qvod hac methodo probatur: omnibus hominibus qvibus eadem est latitudo loci, Stellæ simul oriuntur & occidunt, tamen prius ad vesperam eandem Stellam conspiciunt, qvi orientalius, at serius qvi occidentalius terram incolunt. observatum est unam eandemqve Eclypsin primâ noctis horâ nobis in Cælo comparere, qvæ illis, qvi in oriente juxta oceanum inhabitant, horâ tertiâ noctis conspicitur; unde notamus prius illis qvam nobis fuisse noctem, & Solem conspectum, cujus causa telluris rotunditate & arcu interjecto continetur.

Curva superficies terram complectitur arcu.
Superjecta maris, prohibenti littore supra.

52. §.

Jardar yferbragd er böllott, á ſömu leid af nordri til ſudurs ſem profa má: Stiörnur pær er nær eru leidarſtiörnu birnur og dreki, og adrar pvilikar, gánga alldri undir med oſs, og peim mönnum ſem nordur álfu byggia; enn í Blálandi edur Arabia, gánga hinar Stiörnur undir horizontem peirra. par í mote ſiá peir til ſudur ættar pær Stiörnur er oſs vitraſt litla ſtund og ſkiótt gánga vorn horizontem. velldur pvi ſem adur er ſagt, ſá bugur jardarennar er vor eri milli.

VIII. Cap.

UM ANNAN MÁTA TIL AD FINNA AD JÖRDIN ER BÖLLOTT. UM QVADRANTIN OG HVERNIN HANN SKAL STANDA TIL STIÖRNU KIKINGAR, OG UM SANNLEIKA STIÖRNU KIKINGANNA.

53. §.

Hafit og vötnin liggia at jördu ſem lindar og hallda ſvo böllottu yferbragdi med jördu, ſem prófa má: Settu hafnarmark hátt tre edur vórdu á einhveria ſtrönd, rodu ſydann undan landi, par til er pú mátt eigi ſiá pat hafnarmark; far ſidann upp í ſiglutopp; og mun uppkoma nockur hlutur af pvi hafnarmarki, pvi pá berr pig hærra enn í ſkipenu, og ſer pú pá yfer bug vatnsins pann ſem verdur milli pin og hafnar marks. enn af vatn væri ſlett og obiugt; pá ſer pú it ſama mark lengur nidur í ſkipinu, enn uppi á ſiglutoppi; pviat pat er nær ſtröndu.

54. §.

§. 52.

Superficies telluris a borea versus austrum est similiter Sphærica, id quod hac methodo probatur: Stellæ circumpolares, ut ursæ & Dracones & aliæ consimiles, nobis & illis qvi Europam inhabitant, nusqvam occidunt; sed in Mauritania vel Arabia eædem Stellæ infra horizontem descendunt. E contra alias Stellas australes illi conspiciunt, qvæ nobis brevi conspiciuntur & infra nostrum horizontem descendunt; cujus, ut supra dictum, causa est arcus tellaris interjectus.

CAP. VIII.

DE ALIA METHODO OBSERVANDI SPHÆRICITATEM TELLURIS, DE QVADRANTE ET SITU SUO INTER OBSERVANDUM, ET OBSERVATIONUM VERITATE.

§. 53.

Oceanus & aqvæ telluri ad instar zonarum incumbunt, atqve ita una cum terra arida superficiem Sphæricam obtinent, id qvod hac methodo probari potest: In littore qvodam statue signum portus, arborem excelsam vel piramidem lapideam. Dein à littore naviga, donec signum illud portus amplius non conspicias, postea in mali summitatem ascende & signi illius portus aliqva pars emerget; tunc enim tu, qvam in ipsa navi excelsior, super arcum aqvæ inter signum portus ac temet interjectum, prospicies. Qvod si vero aqvæ superficies curvatura careret, idem signum diutius ex ima navi, cum ibi sis littori vicinior, qvam ex mali summitate cerneres.

54. §.

Qvadrantur ſnyr þvi bug ſinum frá Sólarodda, at af jördu er jafnlangt í öllum ſtödum til Sólar undir ſama marki, og er mikilleikur jardar valla punctur hrings þeſs er Sólin geingur í; enn ef bugur qvadrants hyrfdi at Sólaroddi; þá væri ſkemtſt til Sólarodds í midium bug qvadrants. enn lengra ur hornum.

55. §.

Svo ſeigia forner ſpeckingar at madur ſiái VI. ſigna Sólis í zodiaco; enn önnur VI. leiniſt hvar ſem hann er á jördu og ef jörd væri nockurs mikilleiks í gegn himni; þá mætti eigi helming himinis ſiá af jördu; og ef ſett væri ſlett yferbragd af Járdarpunct til himins þat er ſkipti jördu og himni í tvo ſtadi jafna; mádur ſa er væri á midium jardarpunct ſæi helming himins oſkerdann og jörd í midium hring ſem hinn minſta punct.

56. §.

Þat má af þeſſu merkia, at oſkilianligur er hver hringur vid ſinn punct; ſlikt it ſama er oc oſkilianligur mikilleikur himins vid Jördina; og þó at Sólarhringur ſe nær jördu enn ſiálfur feſtingar himin; þá er og oſkilianligur mikilleikur þeſs hrings mannligri ſyn vid jörd. og verdur þvi jafnlangt at vera öllum megin af linda qvadrant til Sólar.

57. §.

Og þótt Sólar hringur hafi ei ſinn punct á jördinne; helldur fyrir utan jörd ſem profat er, at Sól gengur nær jördu undir ſumum Stiörnu mörkum; enn firr undir ſumum; gengur hun þó

jafnan

§. 54.

Qvadrans ideo curvaturam convexam a centro avertit, qvod ubivis locorum â terra; ad Solem in eodem ſigno incedentem ſit æqvalis diſtantia & magnitudo telluris vix unicum punctum conſtituit orbis Solaris; Sin autem curvamen Qvadrantis. centrum reſpiceret; meditullium curvedinis â ſummitate centri brevisſimè; at anguli longius diſtarent.

§. 55.

Aſſerunt antiqvi ſapientes, ſex ſigna Solis in zodiaco conſpici, at cætera ſex occultari, ubicunqve terrarum qvis exſtiterit; &, ſi tellus cum Cælo comparata alicujus magnitudinis eſſet; hemiſphærium cæleſte integrum de tellure conſpici non poſſet; &, ſi plana ſuperficies â terræ centro ad cælum usqve extenderetur, qvæ tellurem & cælum in duas æqvales partes diſpesceret; homo in medio terræ centro conſtitutus, hæmiſphærium cæleſte ſolidum ac terram in centro circuli horizontalis inſtar puncti exiliſſimi cerneret.

§. 56.

Ex hoc intelligi poteſt, quod, uti circulus qvilibet reſpectu centri ſui eſt magnitudinis infinitæ; ita etiam cæli vaſtitas intuitu telluris infinita ſit, & licet orbis Solaris, ipſo firmamento telluri vicinior ſit, tamen orbis ille ad terram relatus viſui humano eſt vaſtitatis infinitæ, ac ideo ab omni parte limbi qvadrantis telluris, ad Solem æqvalis eſt diſtantia.

§. 57.

Et licet orbita Solis centrum ſuum non habeat intra, ſed extra terram, ſicuti evictum eſt, Solem in aliis ſignis incedere telluri propriorem, at in aliis remotiorem; tamen in qvovis

ſigno

jafnan nær jördu, undir hverju marki sínu. má því egi bregdaft jafn kumpas bugur frá Sólar oddi á öllum jardar qvadrant.

IX. Cap.

UM MATA AD FINNA POLIHÆD OG STADARINS BREIDD MED QVADRANTINUM EDUR POLIHAD, HVERNIN SÓLARGANGUR SYNIST AD VERA UNDIR POLSTIÖRNUM, UM HNEIING SÓLAR, HENNAR GAUNGU SIER EIGINLEGA, OG SAMEIGINLEGA MED ODRUM STIÖRNUM, UM GAUNGU TUNGLS, SIAFAR FLOD OG HALASTIÖRNUR.

58. §.

Raufar þær er jafnliga eru settar vid horn á hinni hægri sídu, færa rettann geisla til auga mannsins frá Sólaroddi; enn blykleppur sá er nidur hangir á sínum prædi frá Sólaroddi skiptir gradum á jardarbug eptir uppgöngu Sólar og nidurgöngu. enn þar er bygd hvers mannst til at jafna á jardar bygd sem þrádurinn snertir á hauft og á vor á midium deigi.

59. §.

Ef nockurer bua under midium jafndægurs hring; þá snertir þrádur þeirra midiandag og jafndægri, linu þá er gengur fyrir utan sydstu gradu á qvadranti; þviat Sól er jafnt yfer höfdi þeim. enn þeim sem eru undir hinum nyrdra Sólhvarfa hring, sem hinir sömu megu finna um jafndægri þrád á sínum qvadranti á fiordu og XX. gradu.

60. §.

I Romaborg um midian dag um jafndægri, hangir þrádur II. gradum sunnar enn á midian qvadrant. í Biörgyn snertir

þrádur

signo telluri fit proximior, ideoqve in toto telluris qvadrante, a centro qvadrantis æqvalis ad compassum arcus non fallit.

CAP. IX.

DE METHODO PER QVADRANTEM INVENIENDI LATITUDINEM LOCI; SIVE ELEVATIONEM POLI, PHÆNOMENIS QVIBUSDAM MOTUS SOLARIS IN SPHÆRA PARALLELA, DECLINATIONE SOLIS, MOTU COMMUNI ET PROPRIO, MOTU LUNÆ, ÆSTU MARIS ET COMETIS.

58. §.

Rimæ illæ, qvæ semper ad angulum in dextro latere locantur, a centro Qvadrantis ad oculum hominis rectum radium deferunt. Sed obeliscus plumbeus â centro Qvadrantis filo dependens, gradus in arcu terrestri juxta ortum occasumqve Solis dividit; at comparationem instituendo; ibi in terra est locus habitationis hominis cujusvis; ubi in meridie & æqvinoctio verno & autumnali filum gradum qvadrantis contingit.

§. 59.

Si qvi sub medio circulo æqvinoctiali inhabitant; filum ipsorum in meridie & æqvinoctio lineam illam contingit, qvæ extra ultimos in Qvadrante gradus ducta est; qvia Sol illis est verticalis. Verum illi, qvi sub tropico cancri incolunt, filum qvadrantis sui circa æqvinoctia in gradum vigesimum qvartum incidere deprehendunt.

§. 60.

Romæ in meridie & æqvinoctio, duobus gradibus australius, qvam in qvadrantis medio filum dependet, Biorgvinæ circa

þrádur ena XXX gradu, nordur af qvadrant um jafndægri. enn í Nidarosi sex og XX.

61. §.

Ef nockurir bua nordur undir Leidarstiörnu, þá snertir þrádur þeirra Qvadrant allan um jafndægri, linu þá er geingur frá Sólaroddi í vinstra qvadrants horn. þviat þar má Sól siá nær jafnhápa nátturligann dag allann, frá jafndægri á vor og til jafndægurs á haust; og geingur hun hærra enn sidara dag enn hinn fyrra, til jafndægris og Sólhvarfs á sumar; enn lægra ad jöfnu hofi til jafndægurs á haust. lyser þó Solin í þeim stad bædi dag og natt, frá jafndægri á vor og til jafndægurs á haust. enn hana sier eigi annan helming misséra frá jafndægri á haust, og til jafndægris á vor. gengur hun þar jafnhátt náliga hvern natturligann dag þar er hana sier.

62. §.

I þeim stad kalla forner spekingar einn dag og eina nott, á hverium XII mánudum; þviat dagur er ecki nema lios Sólar fyrer ofan jörd þar sem madur er staddur, enn nott af hvarfi Sólar. Sól þókar jafnmargar gradur upp og nidur at syn milli Sólhvarfs og jafndægra, hvar sem madur er staddur á Jördu.

44. §.

Þat er kallat af spekingum hin mesta hneiging Sólar er hun gengur milli Sólhvarfs og jafndægris. og telur Tolomeus konúngur Egipti þessa hneiging XXIII gradur og LI. minutur enn Alkinean XXIII. gradur og XXXIII. minutur. þetta má marka skirt á Qvadrant; þviat jafnmargar gradur snertir þrádur um middeigi til vinstri handar og hægri at Jardbug

sem

æqvinoctium filum a Borea gradum trigesimum; at Nidarosiæ vigesimum sextum contingit.

§. 61.

Si qvi sub Stella polari incolunt, filum ipsorum in æqvinoctio in lineam illam incidit, qvæ post totum Qvadrantem a centro eirus ad sinistrum angulum ducitur; Qvandoqvidem Sol ibi locorum tota die naturali ab æqvinoctio verno ad autumnale propemodum æqvè altus conspicitur; & postridie qvam pridie, ad æqvinoctium usqve vernum ac solstitium æstivum altius elevatur, sed pari proportione humilius usqve ad æqvinoctium autumnale. tamen Sol ibi locorum diu noctuqve lucet ab æqvinoctio verno ad usqve autumnale; at vero per alteram anni semissem ab æqvinoctio autumnali ad vernum, sub horizonte deliteſcit. & ibi qvovis die naturali, dum conspiciendum se præbet, æqvè ferè sublimis incedit.

§. 62.

Ibi locorum singulis duodecim mensibus antiqvi sapientes unam diem unamqve noctem appellant, qvippe dies nihil est aliud, qvam lumen Solis supra horizontem loci; nox vero ex Solis occasu oritur. Sol ubiqve terrarum, inter solstitium & æqvinoctium æqvè multis gradibus supra & infra horizontem movetur.

§. 63.

Maxima Solis declinatio dicitur Philosophis, qvando ab æqvinoctiis accesit ad solstitia, Declinationem hanc Ptolomæus Ægypti Rex graduum viginti trium numerat, & minutorum qvinqvaginta & unius. Sed Alkinean graduum viginti trium & minutorum triginta trium. Hæc per Qvadrantem distinctè observari possunt, qvia totidem in meridie gradus ad sinistram

ſem Sól geingur upp og ofan á himni í milli jafndægra og Sólhvarfa og má á þá leid marka hvartveggiu á qvadrant jardar gradur og ummæling hennar; og hvar ſem mádur er ſtaddur á jördu, Sólargang og Stiörnur á himni.

64. §.

Þeſſi uppgöngu og nidurgöngu Sólar velldur Skiagleiki zodiaci, og þó at feſtingar himin ſnui Sólu med ſinu ofureſli ur auſtri og í veſtur í hring á II dægrum; þá geingur Sól á moti himni ſina natturliga rás, náliga eitt ár og VI Stundir, og átta momentum minnur.

65. §.

Syniſt oſs ſem Sólin gángi þá upp á himininn er hun fer ur ſunnan verdum ſinum hring, undan þvi marki er kaprikornus heitir, og í nordannverdann ſinn hring undir þat mark ſem kancer heitir. I midri þeſſi göngu gerir hun jafndægri allri verölld undir öndverdu hruts marki. her af eru ritadir þrir hringar á Sphera í þá lyking er Sól geingur natturligann dag enn fyrſta.

66. §.

Þá er tungl í ſömu ætt af jördu at lyta og Sól, er Sólin er í þvi marki er ver köllum krabbamark og nordaſt er í Sólarhring; minkaſt þá meir enn vant er hiti Sólarinnar í meigin hafinu, af fiarlægd Sólarinnar; þviat Zodiacus geingur eigi jafnt af veſtri í auſtur ſem megin hafit gyrdir jördina; helldur af ætting veſturs og utſudurs og ætting auſturs og landnordurs.

67. §.

dextramque arcus telluris filum Quadrantis abscindit, quot Sol in cælo inter æquinoctia Solstitiumque ascendit ac descendit. Atque hoc modo per Quadrantem utrumque observari potest gradus terræ suaque dimensio, & ubiubi gentium motus Solis ac Stellarum in cælo.

§. 64.

Hunc Solis ascensum descensumque obliquitas Zodiaci producit, & ut primum mobile suâ violentiâ, Solem ab ortu in occasum, duobus semidiebus in orbem circum agat; tamen Sol motu naturali contra motum cæli incedit anno uno, sex horis, octo minutis minus.

§. 65.

Tum Sol nobis in cælo quasi ascendens videtur, dum ab australi parte sui orbis, â signo illo, quod capricornus vocatur, digrediens, & in partem borealem orbitæ ingrediens signum illud subit, quod cancer appellatur. In medio itineris hujus, in principio Arietis in toto terrarum orbe æquinoctium facit; hinc ad similitudinem motus naturalis die prima, tres circuli in Sphæra signantur.

§. 66.

Tum ex tellure Sol & luna in eadem plaga conspiciuntur, cum in signo quod in Eclyptica borealissimum, cancrum nuncupamus, ille versatur. Tunc temporis plus consveto ex longinquitate Solis, suus in oceano primario æstus decrescit, quippe quemadmodum oceanus principalis terram ambit; Zodiacus non ab occasu in ortum orthogonaliter; Sed (obliquè) a plaga occidentis in Notapeliotem, & ab oriente in in Boreapeliotem tellurem cingit.

67. §.

Verda þá Misſaung at nye meir enn ádur, og þá geingur ny ſem hædſt, ſem Sól í vorri byggiligri halfu at ſiá. nu þá ed tunglit ſtendur gegnt í marki ſteingeitar enn Sólinn í Krabbamarki ſem fyrr gátum ver; þá gengur tunglit lægſt fullt; þviat þá geingur þat í þvi marki er ſunnaſt er í zodiaco og fiarlægaſt er vorri bygd, og af nalægd tunglſins vaxa flædar; þá er Sólin gengur í rutſt liki eda í Skálamarki, og jafndægri er um alla verölld.

68. §.

Enn þá er tunglit ſtendur gegnt Sól er misſöng af vellu Sólar hita; þviat Sólin er þá í þeim hlut Zodiaci er jafnt ſtendur yfer hafinu. þá geingur tungl hædſt vaxandi enn lægſt þverranda; og þá er ny verdur í þeſſum mörkum, ſkytur tunglit meir ſinni vökvan á hafit enn vant er; þviat þá ſtendur tunglit gegnt yfer hafinu.

69. §.

Cometæ heita Stiörnur lokkadar enn ſtundum vaxnar ſem ſverd þær eru áfaſtar himni og ſynaſt í miolkhring til nordurs og merkia jafnan rikia ſkipti eda drepſott, eda bardaga, eda önnur ſtortydendi. þær ſynaſt VII daga eda LX id lengſta.

X. Cap.

UM SUNDURDEILING ZODIACI Í MERKI OG GRÁDUR, TID ÞESS EIGENLIGA SÓLARGANGS, UM ARSINS TIDER, SAMT SÓLHVARFA OG JAFNDÆGRA.

70. §.

Zodiacus heitir drog á himni þar er markadur vid himin-

tungla

§. 67.

Tunc in novilunio æstus principales (Misſong) majores qvam antea contingunt. Tunc etiam luna nova ut & Sol in parte noſtra orbis habitabilis, ſupra horizontem altisſimè aſcendere videntur. Cæterum dum luna in capricorno, Soli in cancro opponitur; tum illa uti ſupra memoratum plena humillimè incedit, qvia tunc movetur in ſigno illo, qvod in Zodiaco eſt auſtralisſimum & à noſtra habitatione remotisſimum, & ex vicinia lunæ æſtus creſcunt, dum in Ariete vel libra Sol incedit, & per totum terrarum orbem eſt æqvinoctium.

§. 68.

At vero dum luna Soli opponitur; ex fervore caloris Solaris æſtus principales (Miſſong) exiſtunt; qvia tunc Sol in ea parte Zodiaci verſatur, qvæ oceano imminet normaliter, tunc luna creſcens incedit altisſimè, at decreſcens humillimè. Atqve in his ſignis novilunio facto, luna plus Solito vaporum in oceanum præcipitat, tum enim luna pelago imminet verticaliter.

§. 69.

Cometæ dicuntur Stellæ crinitæ, at interdum formam gladii referentes, illi cælo affixi in via lactea verſus boream conſpiciuntur, & ſemper Regnorum mutationes vel peſtes vel bella vel alias res novas ingentes portendunt. per dies ſeptem aut ad ſummum ſexaginta ſe conſpiciendos præbent.

CAP. X.

DE DIVISIONE ZODIACI IN SIGNA ET GRADUS, TEMPORE MOTUS PROPRII SOLARIS, TEMPESTATIBUS ANNI, TEMPORIBUS SOLSTITIORUM ET ÆQVINOCTIORUM.

§. 70.

Zodiacus dicitur zona cæleſtis, ad qvam motus ſiderum colli-

tungla gangur: henni er ſkipt í marga hluti, þriu hundrut parta á leingd enn XII parta er hun breid henni er ſkipt í XII Stadi á leingd. þau mórk heita ſvo: Aries, Taurus, Gemini, Kancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aqvarius, Piſces. hvert þetta mark er XVIII Sólir á lengd enn VII á breidd og fimtungur Sólar.

71. §.

Sól er átta hluta vidari enn jörd, henni ſnyr frá auſtri til veſturs um IX Sóler á einni tid dags, þat er Sólin ſnyr á tveim dægrum; og hun geingur á mot ſnuningu frá auſtri til veſturs á þrim hundrudum dogum og fim dögum og VI ſtundum.

72. §.

Siá Sólargángur hefur tvo jafndægri og tvær Sólſtödur. þeſſa marka á mille heita IV Sóltider, þat er vor og ſumar hauſt og vetur. þeſſa eina geingur hun XCI. dag og hálfa áttu tid; eitt mark af XII gengur hun XXX daga og hálfa elleftu tid. eina Sól gengur hun dægur og hálfa fimtu tid og fim oſtentur. einn part geingur hun II dægur og þridiung tidar og eina oſtentu.

73. §.

Bendictsmeſſu er jafndægri á vor enn á hauſt XII nottum fyrir Matthias meſſu. Sólſtada er á ſumar IV náttum fyrir Jons meſſu Baptiſte, enn á vetur IV nottum fyrir Thomas meſſu. (16)

XI.

(16) Hic in Codice de computo ſeqvitur Caput qvod cum Rymbeglæ P. I. Cap. 17. a §. 66 ad 71. inclusivè, ſenſu, ordine & fere verbo tenus convenit, qvod igitur ne actum agamus, ſtudio brevitatis omittimus, huic capiti in Codice de computo immediatè ſubjungitur capitulum, de partibus & ſubdiviſione partium temporis qvod

collimantur, illa ſecundum longitudinem, in gradus multos, ſc. trecentos (duodenarie) diſpeſcitur; ſed duodecim gradus in latitudine continet, longitudo ſua in duodecim partes tribuitur, qvæ Signa appellantur, qvorum hæc nomina. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aqvarius, Piſces. Horum qvodlibet ſignorum, longum eſt octodecim, latum ſeptem Solis apparentes diametros, & qvintam partem ſui.

§. 71.

Solis vera diameter continet octo veras telluris diametros, ille unâ horâ ab ortu in occaſum novem ſui diametros apparentes gyratur, id eſt: Sol uno die (aſtronomico) circuitum abſolvit, & contra motum primi mobilis ab ortu in occaſum, dies trecentos ſexaginta qvinqve & ſex horas movetur.

§. 72.

Motus ille Solis duo æqvinoctia & duo ſolſtitia continet. Inter hæc ſigna percurrenda, qvatuor appellantur tempeſtates Solares, hoc eſt: Ver, autumnus, æſtas & hiems. Qvâlibet harum durat motus ſuus dies unum & nonaginta, & horam ſeſqvi octavam. Qvodlibet ſignorum duodecim, diebus triginta & horâ ſeſqvi undecimâ percurrit; unam diametrum ſui apparentem, una ſemidie, horâ ſeſqvi qvintâ, & oſtentis qvinqve emetitur, unum gradum percurrit duobus ſemidiebus, tertia horæ parte & oſtento uno.

§. 73.

Æqvinoctium vernum Feſtum Benedicti occupat. Sed autumnale duodecim noctibus ante Matthiæ Feſtum incidit; ſolſtitium æſtivum, qvatuor noctibus ante Feſtum Johannis Baptiſtæ, at brumale qvatuor noctibus ante Thomæ Feſtum, incidit.

XI. Cap.

UM MÆLINGAR MED HVÓRIUM STADANNA MILLEBIL PLAGA AT AQVARDAST, STÆRD JÁRDAR HNÖTTSINS, OG HVAD LEINGE HANN KUNNE SIGLAST Í KRINGUM.

74. §.

Svo ſeigia Grickia Spekingar at Ercules inn mikli rann CXXV ſkrefa medan hann þoldi önd einu ſinne, ſidan nam hann ſtadar og kalladi hann þat ſtadium; VIII ſtadia gera eina milu þat er M. ſkrefa, LX ſtadia eru VII milur og hálf mila. VII M ſkrefa og D; þad eru VII milur og IV ſkeida.

75. §.

A millum Biórgvynar og Nidaroſs eru nær IV grádur. þá verdur ein gráda nær tylft ſiáfar. í viku ſiáfar eru DLXXXIII ſtadia, og triens ſtadii. þat eru 72916 paſſus og þriu fet og þridiungur ur feti, enn jafnmikit er gráda á jördu og tylft ſiovar, enn II tylfter í dægur ſigling.

76. §.

Þá verda um Qvadrant járdar XLV dagſiglingar, enn í kringum jörd er megin haf CLXXX dagſiglingar. Macrobius kallar glöggliga reynt af Spekingum, at um böll járdar eru ſtadia 252000. þá er í qvadrant hennar 63000. qvadranti hennar er ſkipt í 90 grádur í þá liking ſem Zodiaco er ſkipt í grádur

---

qvod etiam verbotenus convenit cum Rymbeglæ P. I. Cap. 19. §. 97. qvod igitur hic omittitur. Saltim in fine hujus Capituli habet Codex, qvo caret Rymbegla, eſſe ſaltum qvintam partem Atomi juxta nonnullos & particulam temporis, qvæ in computo adhibetur omnium minimam.

CAP. XI.

DE RATIONE MENSURARUM QVIBUS LOCORUM DISTANTIÆ SOLENT DETERMINARI; MAGNITUDINE GLOBI TERRAQVEI, ET TEMPORE QVO CIRCUM NAVIGARI POTEST.

§. 74.

Narrant Philosophi Græci Herculem magnum, centum viginti qvinqve passus, Spiritu semel retento, cucurrisse, deinde constitisse, & Spatium emensum stadium vocâsse, octo stadia unum milliare, h. e. mille passus conficiunt; sexaginta stadia, septem milliaria & semissem, sive septem millia passuum & qvingenta. i. e. septem milliaria & qvatuor stadia.

§. 75.

Biorgvina a Nidarosia qvatuor ferè gradibus submovetur, qvare gradus unus æqvor fere duodenarium conficit; unum æqvor hebdomadale continet stadia qvingenta, octoginta tria, cum triente, id est passuum septuginta duo millia, nongentos & sedecim, & pedes tres cum triente, at æqvor duodenarium gradum unum terrestrem exæqvat; cujus duplum navigationem diurnam conficit.

§. 76.

Igitur qvadrans telluris diebus civilibus qvadraginta qvinqve transnavigatur, verum circa tellurem oceanus magnus diebus centum & octoginta. Macrobius Philosophos dilucidè asserit expertos, continere telluris ambitum stadia ducenties, qvinqvagies bis mille, hinc in qvadrante suo sexaginta tria millia stadiorum continentur. Qvadrans suus, qvemadmodum Zodiacus & alii Sphæræ circuli in gradus nonaginta dividitur. juxta

grádur og ödrum hring á Sphæra, at þeſſi tölu ero 7000 ſtadiorum í einni grádu járdar enn paſſus 875000 í grádu.

XII. Cap.

UM AKVARDAN PÁSKA OG HVITASUNNU TIDAR, HVAD LANGT SIE FRÁ HEIMSINS SKÖPUN, OG ÞAU MERKILEGUSTU TIDA TERMIN Í ÞEIRRI HELGU HISTORIU.

77. §.

Páſkadagur verdur jafnan hinn þridia drottins dag (17) i Páſkatid. Hvit drottins dagur verdur enn VII aſti drottins dagur frá Páſkadeigi.

78. §.

Ef þú villt telia frá upphafi veralldar og ſkalltu þá áratölu hefia hinn XV. Kalendis dag Apprilis þat er inn fyrſti dagur veralldar. þá er Adam var ſkapadur voru concurrentis VII og hlaupár enn pactar XV. Þadan frá voru til Noa MMCCLXII. vetur. þá var concurrentis ein, en pactar XV.

XIII.

(17) Calendario & Tabula terminorum Paſchalium inſpectis ſtatim apparet hoc eſſe verum, nam ſi à termino Paſchali inclusivè in antecedentia putes dies qvatuordecim, incides in numerum aureum termino dato reſpondentem, cui eadem ac ipſi termino, hebdomadalis adſcripta, qvare, cum Paſcha in ipſum terminum nunqvam, ſed in ſingulos dies ſeptem proxime ſeqventes incidere poſſit, & die Paſchatis luna major eſſe neqveat qvam vigeſima prima; a numero aureo inclusivè per ſeptem dies ſeqventes, ſumta qvavis hebdomadali, & hinc in conſeqventia tres dominicas putando, incides ſemper in Dominicam qvæ terminum proximè ſeqvitur & conſeqventer in ipſam diem Paſchatis, ad hoc uno exemplo illuſtrandum, ſit terminus Paſchalis qvintus Aprilis, cui reſpondet annus Cycli lunaris primus & aureus

hunc calculum in uno gradu terreſtri continentur ſtadia ſepties mille, paſſus vero octingenties ſepties & qvinqvies mille.

CAP. XII.

DE DETERMINATIONE QVADAM PASCHATIS ET PENTECOSTES, TEMPORIS MUNDI CONDITI ET EPOCHARUM QVARUNDAM INSIGNIORUM IN HISTORIA SACRA.

§. 77.

Dies Paſchatis Dominicam tertiam lunæ Paſchalis ſemper occupat. Dies dominica Pentecoſtalis in Dominicam a die Paſchatis ſeptimam incidit.

§. 78.

Qvod ſi a mundi primordio computare velis, à decimo qvinto Calendas Aprilis annorum illam ſupputationem ordire. Eſt enim dies illa mundi prima, cum Adam crearetur; ſeptem erant concurrentes & annus biſextilis & Epactæ qvindecim. Abinde ad Noam fluebant anni bis mille ducenti ſexaginta duo, tunc concurrens una at qvindecim erant Epactæ.

reus I. qvam a qvinto Aprilis in antecedentia putando vigeſimo tertio adſcriptam deprehendes, cui adſcripta hebdomadalis C, qvæ ſexto etiam Aprilis appoſita, per illam igitur in conſeqventia tres Dominicas putando, in ſextum Aprilis Paſcha incidere videbis; ſi per hebdomadalem d, a numero aureo incluſive ſeptimam, tres rurſus in conſeqventia Dominicas putes, in Aprilis duodecimum, ipſum Diem Paſchatis incides, verum termino in qvinto Aprilis hærente, Paſcha longius in conſeqventia moveri neqvit, exiſtente ibidem luna vigeſima prima; qvære, cum Authoris aſſertio vera ſit de duobus caſibus extremis; per hanc inductionem licet incompletam, tuto concluditur veram etiam eſſe in caſibus omnibus intermediis, & conſeqventer univerſaliter verum eſſe Diem Paſchatis in lunatione Paſchali ſemper tertiam eſſe.

XIII. Cap.

UM AFMÖRKUN FLEIRI MERKILEGRA TIDSUPPHAFA Í HINNI HELGU HISTORIU HVORRA SIERDEILISLEGAST ER TIDSUPPHAF BURDAR CHRISTS.

79. §.

Noe geck ur Örku á átianda ári Sólaralldar þá var Concurrentis ein enn pactar IV. þádan voru til Abrahams DCCCCXLII. hann var borinn á it VII ár í Sólarölld. þá voru concurrentis II. enn pactar VI. þadan voro til Davids DCCCCXL. ára. hann tok konúngdom á fiorda ári og XX. Sólar alldar. þá voru concurrentis IV. enn pactar XVIII.

80. §.

Frá Babilons för og til burdar Krists voru DLXXX. hans burdur var á XVII. ári í Sólarölld. þá voro concurrentis VII. enn pactar XXVIII. at þeirri tölu verda 5180 ára frá Adam til burdar Krists.

81. §.

Hann var her í heimi XXXIII vetra og III mánudi og pindur á III ári og XX í Sólarölld, þá var concurrentis VII. enn pactar XIII. (18)

XIV.

(18) Cum hoc capite & fine capitis præcedentis conferatur Rymbeglæ P. I. Cap. 14. §. §. 54. & seqv.

CAP. XIII.

DE DETERMINATIONE PLURIUM EPOCHARUM INSIGNIORUM IN HISTORIA SACRA QVARUM PRÆCIPUA EPOCHA NATIVITATIS CHRISTI.

§. 79.

Anno decimo octavo Cycli Solaris Noa exivit ex arcâ, tunc concurrens una, at Epactæ qvatuor erant; inde ad Abrahàmum anni nongenti qvadraginta duo decurrebant, ille natus erat anno septimo Cycli Solaris; tunc concurrentes duo; sed Epactæ septem erant. Abinde ad Davidem anni nongenti & qvadraginta fluebant, ille Rex creatus est anno vigesimo qvarto Cycli Solaris, tunc temporis qvatuor fuere concurrentes at octodecim Epactæ.

§. 80.

A profectione Babylonica ad nativitatem Christi qvingenti & octoginta elapsi sunt anni; cujus nativitas in annum decimum septimum Cycli Solaris incidebat, tunc septem erant concurrentes, at Epactæ viginti octo. Secundum hanc putandi rationem ab Adamo ad nativitatem Christi consiunt anni qvinqvies mille centum & octoginta.

§. 81.

Mansit ille in hoc mundo annos triginta tres & menses tres, passus anno vigesimo tertio Cycli Solaris, tunc septem erant concurrentes at Epactæ tredecim.

CAP.

XIV. Cap.

UM INBYRDIS FORHOLD OG SAMJÖFNUN TIMANS PARTA, UPPRUNA HLAUPÁRSDAGS OG SUMAR AUKA, VETRAR INNGAUNGU, SAMT MÁNADA HANS, OG JÓLA.

82. §.

Þat er fyrſt í dægratali er heitir athoma. þær eru XLVII í eina unz. unz VIII í eina oſtentu, oſtenta half önnur í eina momentu. tveir hlutir þridiu momentu í einn part. partur halfur annarr í eina minutu. minuta half þridia í einn part, punctar IV í eina tid dags. tider II í einn vind, vindar III í eina plagu, plagur IV í deigi og nott.

83. §.

Þat er dagur og nott er Sólin ſnyr um jördina. dagar eru VII í viku enn XXX dagar í manadi. í tveim miſſerum eru dagar CCCLXV og fiordungur tveggia dægra. Þvi þarf hláupars dagur, drottins dagur er fyrſtur í viku at dagatali og miſseristali, enn ymſir dagar at manadar tali.

84. §.

Vikur eru IV í mánadi og II dagar. LII vikur eru í tveim miſſerum og dagur einn umfram ſá heitir concurrens þvi þat er auka dagar. og ſkiptaſt drottins dagar á ſtöfum. Mánadir eru XII í tveimur miſſerum og IV dagar. þvi þarf ſumar auka. Athomi eru í einni tid dags XV

þuſunder

CAP. XIV.

DE MUTUA RATIONE ET COMPARATIONE PARTIUM TEMPORIS, ORIGINE DIEI INTERCALARIS ET APPENDICIS ÆSTATIS, INTROITU HIEMIS, MENSIUM EJUS ET FESTI NATIVITATIS.

§. 82.

In calculo ſemidierum locum primum obtinet id qvod atomus nuncupatur, horum qvadraginta ſeptem in unciam unam colliguntur, unciæ octo in oſtentum unum; oſtentum ſesqvi alterum in momentum unum; besſis momenti in partem unam; pars ſesqvi altera in minutum unum; minutum ſesqui tertium in partem unam, puncta qvatuor in unam horam, horæ duæ in ventum unum; venti tres in plagam unam, plagæ qvatuor in diem & noctem naturales.

§. 83.

Dies & nox naturales ſunt illud temporis ſpatium, qvo Sol circa tellurem circuitum abſolvit; una hebdomada continet dies ſeptem, Menſis vero triginta; duo ſemeſtria, trecentos ſexaginta qvinqve, & ſemibidui qvadrantem, hinc die intercalari opus eſt. In dierum & ſemeſtrium computo, dies Dominica eſt hebdomadis primordialis; ſed in menſium computo diverſi initiales.

§. 84.

In menſe continentur ſeptimanæ qvatuor & dies duo; in duobus ſemeſtribus qvinqvaginta duæ plus una die, illa cum abundans ſit, concurrens appellatur, & hinc literæ Dominicales variantur. Duo ſemeſtria continent menſes duodecim & dies qvatuor, hinc æſtatis appendice opus eſt. Una hora continet

þuſunder og VIII tiu ins fiorda hundrats, oſtentur LX, momentur XL partar XV, punctar IV edur V.

85. §.

I deigi og nott eru ſtundir XXIV allar jafnlángar, enn í Víku eru ſtundir CLXVIII í manadi DC, í tveim miſſerum VIIIMDCCLXVI ſtundir. Þær VI ſtundir verda á IV vetrum dagur og nott, ſá heitir hláupars dagur og ſtendur næſta dag eptir Matthiasmeſſu og eru þau miſſeri deigi og nott leingri enn önnur miſſeri.

86. §.

Concurrentis og hláupars dagur ſafnaſt til ſumar auka og ſkal vid ſumar leggia V ſinnum í Sólarölld. hit fyrſta ſinn er Drottins dagur er á D, annat ſinn er hann er á E, þá þriſvarſinnum þadan af er hann er á D.

87. §.

Þat eru II miſſeri vetur og ſumar, vetur kemur Laugardag er næſtur er fyrir Lucasmeſſu enn hana ſiálfa ef hláupár fer eptir. Lucasmeſſa er XIX nottum eptir Mikaelsmeſſu, enn X nottum fyrir Simonsmeſſu. á þeim mánadi er allra heilagra meſſa og vatnfaſta fyrir, annar mánadur vetrar kemur mánadag, á þeim mánadi hefſt jólafaſta drottinsdag næſta Andresmeſſu, edur hana ſiálfa.

88. §.

Fiorir ſkulu vera Drottinsdagar í Jólaföſtu. Þridi mánudur kemur miðvikudag, á þeim mánadi eru Jól. og er

Jóla-

atomos qvindecies mille trecentos octoginta, oſtenta ſexaginta, momenta qvadraginta, partes qvindecim, puncta qvatuor vel qvinqve.

§. 85.

Dies & nox naturales continent horas viginti qvatuor omnes æqvales; ſed hebdomada centum ſexaginta octo, menſis ſexcentas, duo ſemeſtria octies mille, ſeptingentas, ſexaginta ſex. Sex illæ horæ qvatuor annis diem & noctem naturales conficiunt, Dies illa civilis, intercalaris ſalutatur, & Matthiæ Feſtum proximè inſeqvitur, & hinc illa ſemeſtria, cæteris diem & noctem evadunt longiora.

§. 86.

Concurrentes & dies intercalares in æſtatis appendicem colliguntur, & toto Cyclo ſolari decurrente æſtati qvinqvies acceſſio adjungitur; prima vice exiſtente litera Dominicali, D, ſecundavice, E; abinde ter, exiſtente literâ Dominicali, D.

§. 87.

Aſtas & hiems duo ſemeſtra conficiunt, Die Saturni, qvæ Feſtum Lucæ proximè præcedit, hiems introit; ſed ipſo Feſto, ſi annus biſextilis inſeqvatur, Feſtum Lucæ Feſto Michaelis novemdecim noctibus poſtponitur, Feſto vero Simonis decem noctibus anteponitur, in hunc menſem incidit Feſtum omnium ſanctorum præcedente jejunio aqvarum. Secundus menſis hyemis introit Die lunæ, hoc menſe jejunium nativitatis, Die Dominica proxima Feſto Andreæ, vel ipſo feſto capit exordium.

§. 88.

In jejunio Nativitatis Dominicæ qvatuvr continentur; Tertius menſis die Mercurii incipit, hunc menſem Feſtum nativita-

Jóladagur á elleftu Víku vetrar jafnan nema hann ſe á Föſtudag, þá er hann á tiundu Víku vetrar eda fimtudag ef hlaupár fer eptir. Midvikudagur ſkal einn milli midsvetrar og Jóla, nema þrettandi dagur ſe á þridia deigi og fari hlaupár eptir.

XV. Cap.

UM CLAVES OG ÞEIRRA BRUKUN SAMT NIDURRADAN, OG UPPREIKNAN MERKIDAGA Í NIUVIKNAFÖSTU.

89. §.

Clavis heitir ſu tala ſem ſynir hvern ſem einn merkidag, teliaſt ſvo marger dagar frá þvi er clavis geingur inn ſem claves eru þau miſſeri, auka ſkal einum clave til niuvikna föſtu ef hlaupár er, verdur ſá merkidagur ſem talan fellur á verſin. verſinn þau birta hvar claves gánga inn til allra merkidaga.

90. §.

(19) Til þeſs at vitad ſe hve margar claves eru hvert ár tungl alldar, þá ſkal ſetia verſin, vicenos qvinos, á fremſta ſtad pollicis

(19) De clavibus ſupra in Dactyliſmo ſive Part. Rymb. 2. Cap. 9no diſputatum; qvid ſint, qvot ſint, unde proficiſcantur & ubi terminentur, qvibus igitur prætermiſſis, hic ſaltim exponendum, qvomodo per computum digitalem inveſtigentur, qvod ut intelligatur, tabella clavium per totum Cyclum lunarem, ex Beda deſumta hic conſpectui lectoris exhibetur, hoc modo diſpoſita: hæc tabula intellectu facilis, numeri enim characteribus Romanis ſcripti, denotant annos Cycli lunaris, cui ad dextram proximè poſitus numerus clavem reſpondantem deſignat. Verum ad fundamentum detegen-

Tabella clavium.

I	26	VI	31	XI	36	XVI	11
II	15	VII	20	XII	25	XVII	30
III	34	VIII	39	XIII	14	XVIII	19
IV	23	IX	28	XIV	33	XIX	38
V	12	X	17	XV	22		

XXXI.
XIII.
XIX.
VII.
XXV.
2.
3.
4.
5.
7.
8.
9.
1.
12.
13.
14.
10.
6.
15.
17.
18.
19.
11.
16.

tis occupat, & prima dies Festi Nativitatis undecimam hiemis septimanam semper obsidet, nisi in diem Veneris vel Jovis anno bisextili insequente incidat, tunc enim decimam obsidet. Inter Festum Nativitatis & hiemem dimidiatam, una dies Mercurii interfit, nisi Epiphania in diem Martis incidat, & annus bisextilis insequatur.

CAP. XV.

DE CLAVIBUS EARUNDEM USU ET DISPOSITIONE, ET RECENSIONE CHARACTERISTICARUM SEPTUAGESIMÆ.

§. 89.

Claves dicuntur illi numeri, qvi singulos dies characteristicos monstrant, ab introitu clavis tot dies numerantur, qvot iis semestribus claves existunt, numerus clavium Septuagesimæ anno bisextili unitate augeatur, illa dies evadit characteristica, qvam juxta versus ille numerus offendit; versus illi aperiunt ubi omnium dierum characteristicorum claves introeant.

§. 90.

Ad numerum clavium singulis annis Cycli lunaris cognoscendum, oportet versum in digitis disponi; vicenos qvinos, in

tegendum qvo ad claves per computum digitalem detegendas Author utitur, animadvertanda venit hujus tabellæ hæc proprietas: In versu horizontali supremo, aureus antecedens â proximè seqventi differt qvinario, & similiter clavis antecedens etiam superatur qvinario, si vero consequens minor sit, tricenario auctus antecedentem qvinario excedet, eadem proprietas in cæteris columnis horizontalibus obtinet. Præterea de singulo horizontali observandum: si numerus Romanus annum Cycli indicans a clave sibi respondente subducatur idem semper residuum fieri, ita si I a 26, VI a 31, XI a 36, XVI a 11, auctis 30, h. e. a 41 subducas,

pollicis, tredecim á hædſta ſtad indicis, plus aſſe tricenos á hædſta ſtad medii, unde viginti á fremſta ſtad medii epta á hæd auricularis, Legg til ſvo margt ſem þá er vetur í Tunglölld, Kaſta í brott XXX ef umfram er XL, og haf þat ſem eptir verdur.

91. §.

Tak af einn á fyrſta lid Þúmalfingurs. legg vid XI í ödrum ſtad. XIX í þridia ſtad. kaſta brott XXX ef meira verdur, enn haf þat er afhleipur, ef þú ſkiptir upp dögum árſins um XXX. þá verda eptir V. þá ſkal eiga September. þeir heita regulares lunares.

92. §.

(20) Enn fyrſta vetur í ölld er merkidagur til niuviknaföſtu, einni nott fyrir Kyndilmeſſu; annann XII nottum fyrir, þridia VII

---

cas, reſiduus ſemper eſt numerus XXV, locandus in apice pollicis ſiniſtræ. In ſecunda ſerie horizontali; ſi aureus II, â clave ſibi reſpondente 15, ſubtrahatur, erit numerus reſiduus XIII, qvod idem etiam obtinet in ſingulis binis areis ejusdem verſus horizontalis ſeqventibus, hic numerus ex ſecunda ſerie horizontali oriundus in apice digiti ſecundi ſive Indicis locandus. In tertia ſerie horizontali numerus aureus III, â clave ſibi reſpondente 34, ſubductus relinqvit XXXI, & cæteri ſinguli bini ejusdem verſus faciunt idem, qvare cum hic numerus ex tertiâ ſeriê prodierit, in apice digiti tertii ſive medii erit reponendus. In qvarto verſu horizontali ſinguli aurei â clave ſibi competente ſubducti reliqvum faciunt numerum XIX, in apice digiti qvarti, ſive medii collocandum, deniqve in verſu horizontali infimo, ſinguli aurei â clave ſibi reſpondente ſubtracti relinqvunt numerum VII, in apice digiti qvinti ſive auricularis locandum; hinc probabiliter concludere licet ſingulæ ſeriei horizontalis, numeros aureos eidem digito inſcribendos, & pollici qvidem qvatuor aureos verſus ſupremi, Indici qvatuor aureos ſecundi, digito medio qvatuor aureos tertii, in digito medico qvatuor aureos verſus qvarti, & deniqve in digito auriculari tres aureos verſus infimi, cum tamen ex hoc capite haud ſatis evidenter conſtet diſpoſitionem hoc modo fa-

cien-

extremo pollicis, tredecim in ſummitate indicis, plus aſſe tricenos; in ſummitate medii, undeviginti, in extremo medii, hepta in ſummitate auricularis. Adde totidem qvot tunc temporis anni ſunt Cycli lunaris. Si aggregatum qvadraginta excedat, abjectis triginta adhibe reſiduum.

§. 91.

In primo pollicis articulo unum ſubtrahe, ſecundo loco undecim adde, loco tertio novemdecim; ſi reſiduum vel aggregatum excedat triginta; tricenario abjecto, adhibe reliqvum, ſi dies anni per triginta tribuas, qvinqve ſunt reſidui; illi Septembri adjiciantur, & Regulares lunares nuncupantur.

§. 92.

Hieme prima Cycli lunaris Dies characteriſtica Septuageſimæ incidit una nocte ante Feſtum Purificationis; ſecunda, noctibus

---

ciendam eſſe, idem vero ex capite ſeqventi evidentius demonſtretur, cum ad eum locum pervenero, huic notæ aliqvid addam & ſimul hanc methodum claves per computum digitalem inveniendi, exemplis illuſtrabo.

(20) Horum examen facilè inſtituetur per tabulam terminorum Part. Rymb. 2. Cap. 9. pag. 293 In verſu tabulæ verticali finiſtimo, obſerva diem Januarii vel Februarii, in qvam terminus incidit; qvare, ſi terminus in Januarium incidat, a numero Authoris aufer binarium, & reſiduum a diebus Januarii ſubduc, relinqvitur numerus qvem indicat tabula, qvod ſi in Februarium terminus incidat, adde numero authoris binarium, & prodibit terminus in tabula notatus, qvæ putandi ratio facile intelligitur ex eo, qvod Feſtum Purificationis ſecundo Februarii adhæret. Ex gr. Anno Cycli ſecundo dicit Author terminum Septuageſimæ duodecim noctibus Mariæ Feſto anteponi; qvare, a duodenario ſubducto binariô, reſiduum denarium â diebus Januarii, triginta & uno ſubtraho, reſidui erunt viginti & unus, qvare terminus in vigeſimum primum cadit, qvod inſpectâ tabula verum eſſe deprehendo. Anno Cycli tertio dicit author, characteriſticam Septuageſimæ

VII nottum eptir; fiorda, IV fyrir; fimta, XV fyrir; ſetta, VII eptir; ſiöunda, VII fyrir; átta, XII eptir; niunda; IX eptir; tiunda, X fyrir; ellefta, II eptir; tolfta, II fyrir; þrettanda, XIII fyrir; fiortanda, VI eptir; fimtanda, V fyrir; ſextanda, XVI fyrir; ſiautanda, III eptir; atiánda, VIII fyrir; hinn nitiánda vetur í tunglölld, er merkidagur XI nottum eptir Kyndilmeſſu.

XVI. Cap.

UM RYMTAL NOCKURT SEM ÁHRÆRIR TUNGLALLDUR, OG PRETTAN ÞESS SAMA Á UISSUM ÁRUM TUNGLALLDAR, UM ALLDUR TUNGLS Á NOCKRUM MÁNADA KOMUM, FYRER ADSKILIANLEG ÁR TUNGLALLDAR.

93. §.

(21) Februarius nott elldra, Marcius ſem hinn átta dag, Apprilis nott elldra, Majus og Junius III, Julius IV, Auguſtus II, September VII, October VII, November IX, December IX; í þeſſi tölu ſkal nidur falla XXX, enn hafa þat er umfram er.

94. §.

---

geſimæ ſeptem noctibus Feſto Mariæ poſtponi, qvibus additus binarius producit novem, qvare characteriſtica ex mente Authoris in nonum Februarii incidit, id qvod etiam per tabulæ intuitum verificatur. Hâc methodô examinê inſtitutô, falſum invenio, anno Cycli ſexto characteriſticam in ſeptimum â Mariæ Feſtô diem Februarii incidere, cum in qvartum incidat, falſum etiam anno Cycli octavo decimum â Mariæ Feſto occupare, cum rectius undecimum occupet. Falſum etiam anno Cycli nono, nonum â Mariæ Feſto occupare, cum inito examinê, primum occupare deprehendatur. Erroneum etiam annô Cycli undecimo, in ſecundum â Mariæ Feſto incidere, cum potius in nonum excluſivê cadat. Deniqve erroneum anno Cycli decimo nono, undecimum â Feſtô Mariæ occupare cum rectius decimum occupare dicatur. Verum cætera examine inſtituto veritati conſentanea de-

pre-

tibus duodecim ante; tertia, septem noctibus post; quartâ, quatuor ante; quintâ, quindecim ante; sextâ, septem post; septimâ, septem ante; octavâ, duodecim post; nonâ, novem post; decimâ, decem ante; undecimâ, duabus post; duodecimâ, duabus ante; tredecimâ, tredecim ante; quatuordecimâ, sex post; quindecimâ, quinque ante; sedecimâ, sedecim ante; decima septimâ, tribus post; decima octavâ, octo ante; hieme decima nonâ Cycli lunaris, Dies characteristica Festo Purificationis noctibus undecim postponitur.

CAP. XVI.

DE COMPUTO QUODAM QUI ÆTATEM LUNÆ SPECTAT, ET FALLIBILITATE IPSIUS CERTIS ANNIS CYCLI LUNARIS, ÆTATE LUNA INITIS ALIQUOT MENSIUM, PRO VARIIS ANNIS CYCLI LUNARIS.

§. 93.

Februarius habet lunam nocte seniorem, Martius totidem noctium, quota, octava die Festi nativitatis, exstiterat, Aprilis nocte seniorem, Majus duabus, Junius tribus, Julius quatuor, Augustus duabus, September septem, October septem, November novem, December novem, in hoc calculo tricenarius est abjiciendus & residuum adhibendum.

§. 94.

---

prehendo. His in Codice de computo immediatè subtexuntur introitus Quinquagesimæ, relativè ad computum annalem Islandorum, sive respectu Thorris & Goæ, quæ quoniam accuratiora & completiora habentur in Rymbeglæ P. I. Cap. 9. §. 31-33. inclusivè hic consulto omittuntur. Huic Quinquagesimarum recensioni subjungit recensionem clavium majorum per totum Cyclum lunarem, quæ quoniam in antecedenti tabula, tum etiam in P. 2. Rymbeglæ Cap. 9. §. 82. no. 104, recensitæ exhibentur, hic meritò omittitur.

(21) Hic obscurius interse comparantur ætates lunarum mensium singulorum, diebus

94. §.

(22) Þeſſi tala bregſt hinn átta vetur, og hinn fimta og hinn nitianda í Martio, og ſkal þá vera nótt yngra, nema hlaupár ſe, þá bregſt hinn átta vetur í Maio, hinn VIII vetur í Julio, hinn XIX vetur er tungl Julius yngra og bregst þá í Auguſto, og telſt upp frá þvi nótt elldra í fim mánudum, enn þrettanda vetur bregst í December.

95. §.

Januarius tungl ſkal avallt vera þritugt, enn þá á ſinn mánadur hvert tungl þadan í frá; þat er þritugt er edur nóttu yngra; Februarius tungl ſkal jafnan þritugt ef hlaupár er; Julius tungl ſkal XXIX nátta hinn nitianda vetur, og eru þá þriu hinn yngri ſaman.

96. §.

(23) Hinn XIII vetur er tungl einnar náttar er December gengur

---

qvi a Calendis æqvi diſtant & præſertim in ipſis Calendis ita qvidem ut eodem anno Cycli hæc inſtituenda comparatio ſit, per totum Cyclum lunarem, ſed potisſimum primo: hæc clarisſime intelliges, ſi tabula Campani rite uti noveris, qvæ P. I. Cap. 6. §. 22. ſubjecta, nam in fronte tabulæ, inſpectis menſium nominibus, videbis anno Cycli primo Januario 9. regulares ſubſcriptos, qvo innuitur anno Cycli primo lunam Januariam in Calendis Januariis eſſe nonam, Februario 10. ſubſcriptos vides, h. e. in Calendis Februariis anno Cycli primo lunam decimam eſſe; hinc Februarius anno Cycli primo lunam habet nocte ſeniorem Januariâ, Martio novenarius eſt ſubſcriptus, & hinc ſeqvitur anno Cycli primo lunam in Calendis Martiis tot eſſe noctium, qvot octava die Feſti Nativitatis, in Calendis Januariis, exſtiterat Januaria; Aprili 10. ſubſcriptos vides, qvi igitur in Calendis lunam decimam & conſeqventer Januariâ nocte unâ ſeniorem habet, & ſic cætera intelliges & examinabis, qvod vero dicit in hoc calculo, abjecto tricenario adhibendum eſſe reſiduum, id faciliter intelliges, ſiqvidem L. C. Rymb. Notam 23. in fine relegeris; hæc autem tum per ipſum Calendarium tum etiam per methodum Epactarum generaliter ita ſe habent, exceptis paucis illis caſibus in qvibus methodus Epactarum a Calendario discrepat.

§. 94.

Hieme octava, qvinta, & decima nona, Cycli lunaris, fallit in Martio hæc putandi ratio, qvippe tunc, nisi annus vertens sit bisextilis, nocte junior esto; tum octava hieme in Majo & Julio fallit; hieme decima nona luna Julia nocte junior; tum in & ab Augusto fallit, & per qvinqve menses nocte senior putatur. At hieme decima tertia in Decembri fallit.

§. 95.

Luna Januaria semper sit tricenaria; tum vero abinde singuli menses habent lunam tricenariam vel nocte juniorem; anno bisextili luna Februaria tricenaria semper esto; hieme decima nona luna Julia esto vigesima nona, atqve tunc temporis tres lunæ cavæ conjunguntur.

§. 96.

Hieme decima tertia, ineunte Decembri est luna prima,

(22) Facta per intuitum tabulæ Campani collatione methodi Epactarum, cum methodo numerorum aureorum sive Calendario, annis Cycli octavo, qvinto & decimo nono in Martio & Januario, in Calendis horum mensium ætatem lunæ eandem deprehendo, cum anno Cycli qvinto sit luna vigesima tertia, octavo vigesima sexta, & decimo nono vigesima septima, qvare qvid Authorem hujus tractatus de computo, in errorem induxerit non capio, nisi fortasis Calendarium aliqvod habuerit, in qvo dispositio numerorum aureorum in Decembri & Februario paululum à Beda & vulgaribus Calendariis discreparit. Qvod autem methodum Epactarum anno Cycli octavo a Calendario dissentire dicat, id supra P. I. Cap. 4. §. 15. n. 11. 12. 13. 14. explicatum vide. Qvod eodem anno Cycli Epactas in Julio fallere statuat, L. c. nota 14. explicatum vide. Circa Julium & Augustum cur Epactarum methodus a Calendario dissentiat, supra P. I. Cap. 4. n. 20 expliclatum vide. In Septembri & Novembri anno Cycli ultimo, juxta vulgaria Calendaria methodus Epactarum cum methodo numerorum aureorum concordat, sed in mensibus Octobri & Decembri unitate discordant, eo quod situs aurei XIX. ob lunæ saltum fuerat perturbatus.

gengur inn, og verdur þó af himni talit adur hann kemur þat tungl sem hönum er eignat.

XVII. Cap.

UM UTÞYDING ÓG UPPREIKNAN HINNA STÆRRI LIKLA UM ALLA TUNGL AULLD.

97. §.

(24) Vicenos (XX) qvinos (V) tredecim (XIII) plus asse tricenos (XXXI) undeviginti (XIX) epta (VII), digitis pro clavibus apta. Þetta heita claves terminorum majores; þat eru þeir dagar sem teliast skulu til nyuvikna fostu frá þrettanda deigi Jóla. Þat heitir merkidagur er X nátta er tungl, nockurn dag í vikunni, þeirri er næst er fyrir niuvikna föstu, svo sem claves teliast til hvern vetur í ölld.

98. §.

(25) Enn fyrsta vetur í ölld eru XXVI Claves, þvi er so at ein kemur fyrir vetur hinn fyrsta, enn adrar svo margar sem vicenos

(23) Cum dicat author anno Cycli decimo tertio lunam Decembri tribuendam de cælo disparuisse sive siluisse anteqvam December ineat, ex verbis ejus manifestum, qvod juxta suum Calendarium qvintus Embolismus Calendis Decembris inierit, & lunam illam qvam ineunte Decembri primam posuit, pro Embolimæa habuerit contra veterem ordinationem Alexandrinorum, qvam Beda & plurimi computistæ principes sunt secuti, qvi lunam proximè præcedentem Embolimæam faciunt. Ergo juxta suum Calendarium luna Decembris qvarto nonarum Novembrium fuit prima, qvare, cum December pari loco sit, seqvitur Authorem hanc lunam pro cava habuisse; sed luna Januaria anno Cycli decimo tertio tam per Calendarium qvam per methodum Epactarum est vigesima prima, at Decembris luna per Epactas trigesima, cum per Calendarium sit prima, & hinc ratio patet cur in fine §. 94. methodum Epactarum fallere dixerit Author hujus tractatus de computo, qvi igitur ab authore Rymbeglæ proprie dictæ, supra P. I. Cap. 4. §. 17. n. 16. circa hunc qvintum Embo-

& tamen, antequam introeat, luna ipsi adscripta, silens putatur.

CAP. XVII.

DE EXPLICATIONE ET RECENSIONE CLAVIUM MAJORUM PER TOTUM CYCLUM LUNAREM.

§. 97.

Vicenos quinos (XXV) tredecim (XIII) plus asse tricenos, (XXXI) undeviginti (XIX) hepta (VII) digitis pro clavibus apta. Hi dies dicuntur Claves terminorum majores; videlicet dies ab Epiphania ad Septuagesimam numerandi. Illa dies characteristica dicitur, quâ decima existit luna aliqua feriarum hebdomadis Dominicam Septuagesimæ proximè præcedentis, prouti Claves quavis hieme Cycli numerantur.

§. 98.

Prima hieme Cycli obtinent Claves viginti sex, hanc obrem pro hieme prima sumitur una; pro cæteris totidem, quot indi-

Embolismum disentit, cujus de hoc Embolismo sententia cum ordinatione Alexandrina & computistis primariis concordat.

(24) Hi versus computistici memoriales, qvi supra §. 90. incompleti adferebantur, hic completi ponuntur & pro clavibus qvotannis inveniendis, totius in digitis dispositionis & putationis fundamentum continent.

(25) Qvia prima hieme Cycli lunaris obtinent claves 26, & apici pollicis inscriptus fuit §. 90. n. 19. numerus fundamentalis XXV, sequitur ad clavem producendam, numerum Cycli numero fundamentali addendum esse, & annum Cycli primum sive numerum aureum, l. articulo pollicis supremo sub apice inscribendum, & pro ista putandi methodo numerorum aureorum dispositionem hinc inchoandam esse; &, qvia secundo anno Cycli claves sunt 15, & numerus Cyclicus, 2. additus numero alteri fundamentali; XIII, qvi apici Indicis inscriptus, producit claves

vicenos qvinos, þviat þat eru fim og XX; annan vetur verda XV, þviat tveir dagar koma fyrir vetur tvo, enn adrir fvo marger fem tredecim fegir, fvo margir fkulu avallt koma fyrir vetur fem margir eru í ölld til, enn adrer fo marger fem vers fegir.

99. §.

Enn III vetur verda XXXIV, þviat plus affe tricenos gerir XXXI, enn þrir fyrir vetur, hinn fiorda vetur verda XXIII, þviat undeviginti gerir XIX, enn alldar vetur IV, enn fimta vetur verda XII claves, þviat epta gerir VII, enn þá koma vid vetur V, hinn VI vetur verda XXXI claves, þviat þá fkal taka af upphafi vicenos qvinos og telia fo allt ut fem fyrr, enn leggia fleiri avallt fyrir vetur fem fleiri eru af ölld, enn ef fleiri verda enn XL þá fkal fella nidur XXX enn hafa þá fem eptir verda.

100. §.

---

claves 15, feqvitur aureum 2. fupremo articulo Indicis fub apice, inferibendum, & ibidem annum Cycli fecundum numerandum effe. Anno Cycli tertio, qvia numerus Cyclicus 3, additus tertio fundamentali numero XXXI, qvi apici digiti medii impofitus, conficit claves 34, qvæ in annum tertium Cycli competunt. Conſeqvens eſt aureum 3. in articulo ſupremo digiti medii ſub ſummitate reponendum eſſe. Porro qvia qvarta hieme Cycli, numerus Cyclicus 4, ad qvartum fundamentalem XIX adjectus, qvi apici digiti medici inſcriptus, producit claves 23, qvæ anno Cycli qvarto conveniunt; liqvet numerum Cyclicum 4, articulo ſupremo digiti medici ſub apice inſcribendum eſſe. Deniqve qvia numerus Cyclicus 5, qvinto ultimoqve fundamentali numero VII adjectus, qvi in apice digiti auricularis locatus; producit numerum clavium 12, qvæ anno Cycli qvinto reſpondent, patet numerum Cyclicum 5, ſupremo articulo ſub apice auricularis inſcribendum eſſe. Porro cum anno Cycli ſexto Author ad vicenos qvinos redeundum eſſe dicat, patet in pollicem revertendum & numerum Cyclicum 6, articulo ſecundo ſub 1. ſcribendum eſſe, ſenarius enim ad viginti qvinqve adjectus producit claves 31, qvæ anno Cycli ſexto conveniunt, iisdem argumentis & rationibus inſiſtendo per manus transverſæ articulos ſecundos pergendum, ad pollicem redeundum & aureus 11, tertio loco ſenario ſubſcribendus, hinc tertia vice per manum transver-

cat verſus: vicenos qvinos &c. qvia ſunt viginti qvinqve; ſecunda hieme qvindecim fiunt, qvia pro duobus annis ſumuntur duo, cæteri totidem ſunt, qvot tredecim deſignant. Pro anno ſingulo ſemper totidem ſumantur, qvotus in Cyclo lunari hic annus exiſtit, cæteri tot ſunt, qvot indicat verſus.

§. 99.

Tertia hieme fiunt triginta qvatuor, qvia plus aſſe tricenos efficit unum & triginta, tres vero pro hieme tertia ſumuntur, qvarta hieme viginti tres obtinent, qvia undeviginti efficiunt novemdecim, & annus Cycli qvartus, qvinta hieme claves fiunt duodecim, qvia hepta ſeptem efficiunt, qvibus hiemes qvinqve accedunt, ſexta hieme triginta & una claves evadunt, qvippe tunc a principio repetendus eſt verſus: Vicenos qvinos, &, ut ante ad finem putando procedendum, & pro anno ſingulo, tanto plures ſemper ſumendi, qvanto plures anni de Cyclo abierunt. Qvod ſi excedant qvadraginta, abjectis triginta, reliqvum tenendum.

§. 100.

---

verſam eundum, & qvarta vice ad pollicem revertendo, aureus 16, qvarto loco reponendus, hic enim numerus Cyclicus numero fundamentali 25, additus conficit ſummam 41, a qva 30 ſubducti, relinqvunt claves 11, qvæ in annum Cycli decimum ſextum competunt.. Igitur in tota diſpoſitione nihil remanet obſcuri, qvod ſcrupulum vel dubitationem lectori injicere poſſit. Super eſt ut methodus uno alterove exemplo illuſtretur. Sit ex. gr. anno Cycli 12. qværendus numerus clavium, qvi numerus in ſecunda ſerie horizontali contentus, tertio articulo indicis eſt inſcriptus, in cujus apice fundamentalis XIII. repoſitus, ac numero iſti Cyclico additus producit numerum clavium 25, qvi anno Cycli propoſitio reſpondet. Anno Cycli 18. aveo ſcire qvot ſint claves, qvi numerus Cyclicus, cum tertio verſu horizontali tabellæ ſit inſertus, digito medio erit inſcriptus, qvi igitur numero fundamentali apici inſcripto adjectus, producit 49, unde tricenarius abjectus relinqvit anno propoſito competentem clavium multitudinem 19.

Re-

100. §.

Enn VII vetur verda XX ſem ſegir tredecim, og alldar vetur VII, hinn áttunda verda claves XXXIX, enn niunda vetur eru claves XXVIII, hinn tiunda vetur eru claves XVII, hinn XI vetur eru claves XXXVI, hinn XII eru claves XXV, hinn þrettanda vetur eru claves XIV, hinn fiortanda vetur eru claves XXXIII, hinn XV vetur eru claves XXII, hinn XVI vetur eru claves XI, hinn fiautianda vetur eru claves XXX, hinn átianda vetur eru claves XIX, hinn nitianda vetur í ölld eru claves XXXVIII.

XVIII. Cap.

UM AFMÖRKUM MERKIDAGA Í NIUVIKNAFÖSTU Á HLAUPÁRI, OG ÞVI HINU NITIANDA Í TUNGLÖLLD, SAMT AFMÖRKUM TUNGLS ALLDRA Á ÁTTA DEIGI JÓLA UM ALLA ÓLLDINA.

101. §.

(26) Ef hlaupár er þá ſkal ávallt merkidagur til niuviknaföſtu, er tungl er XI nátta nockurn dag í vikunni þeirri er næſt er

---

Regula igitur putandi hæc eſt, valde ſimplex & brevis: Vide cuinam digito ſit inſcriptus numerus aureus propoſitus & qvinam fundamentalis numerus apici digiti ejusdem inſcriptus, qvos numeros ſibi adde; ſumma ſi minor ſit qvadraginta indicat numerum clavium; ſin major, abjectis triginta, reſiduum erit clavium multitudo. Qvod ſi neglexeris cuinam digito aureus propoſitus ſit inſcriptus, incipiendo a primo articulo pollicis, puta per manus transverſæ omnes articulos ſupremos, & in articulum ſecundum pollicis reverſus, puta rurſus per manus transverſæ articulos ſecundos, & eodem modo continua usqve ad numerum Cycli propoſitum, ut autem cujusnam digiti apici inſcriptus ſit numerus artificialis fundamentalis, recorderis; recita verſus ponendo vicenos qvinos in apice pollicis &c.

§. 100.

Hieme ſeptima viginti evadunt, qvemadmodum tredecim & hiems Cycli ſeptima declarant, octava hieme obtinent claves triginta novem, nona hieme ſunt claves viginti octo, decima hieme claves exiſtunt ſeptemdecim, undecima hieme obtinent claves triginta ſex, duodecima hieme ſunt claves viginti qvinqve, decima tertia hieme ſunt claves qvatuordecim, decima qvarta hieme ſunt claves triginta tres, decima qvinta hieme obtinent claves viginti duæ, decima ſexta hieme ſunt claves undecim, decima ſeptima ſunt claves triginta, decima octava ſunt claves novemdecim, hieme Cycli decima nona ſunt claves triginta octo.

CAP. XVIII.

DE DETERMINANDA CHARACTERISTICA SEPTUAGESIMÆ, ANNO BISSEXTILI ET ANNO CYCLI LUNARIS DECIMO NONO, DETERMINATIONE ÆTATIS LUNARIS OCTAVA DIE FESTI NATIVITATIS PER TOTUM CYCLUM.

§. 101.

Si annus vertens ſit biſſextilis, dies characteriſtica Septuageſimæ, ſemper ſit illa, qva luna, aliqva feriarum hebdomadis, qvæ Septuageſimam proximè præcedit, undecima exiſtit, ſicuti

(26) Confer cum his P. I. Rymb. Cap. 7. §. 23. & n. 25. qvod autem characteriſticam Septuageſimæ anno Cycli ultimo ſtatuit lunam undecimam, id per Contemplationem Calendarii verum eſſe liqvet, dum modo aureus XIX, ut in Calendariis plurimis, qvæ Alexandrinam ordinationem ſeqvuntur & ipſius etiam Bedæ tertio nonarum Februarii ſit adſcriptus.

er fyrer niuviknaföſtu ſvo ſem telſt þá til, þat ſkal og merkidagur, enn XIX vetur í ölld, er XI natta er tungl til niuviknaföſtu, ef prim hinn XIX vetur ſtendur enn þridia dag Februarius mánadar.

102. §.

Hinn fyrſta vetur í tunglölld er tungl IX nátta, (27) hinn átta dag Jóla, annan vetur í ölld XX nátta, þridia vetur í ölld einnrar nætur, fiorda XII natta, enn fimta XXIII natta, ſietta vetur IV natta, fióunda vetur XV natta, átta vetur XXVI, niunda vetur VII natta, tiunda vetur XVIII natta, ellefta vetur XXIX natta, tolfta vetur X natta, þrettanda XXI, fiortanda II natta, fimtanda vetur XIII natta, ſextanda vetur XXIV natta, ſiautianda vetur V natta, atianda vetur XVI natta, hinn nitianda vetur í tunglölld XXVII nátta hinn VIII dag Jóla.

XIX. Cap.

UM UPPHAF OG STÆRD ALLDANNA, VARNADAR ÁR, CONCURRENTES OG REGULARES, NOCKRA PÁSKA MERKIDAGA, FÖSTU INGANG, RYMTAL AD AFMARKA PÁSKA OG FÖSTU INGANGA, VIKNATAL FRÁ JÓLUM TIL FÖSTU INNGANGS.

103. §.

(28) Tunglölld og Sólarölld ſkal hefia hinn átta dag Jóla, enn nitian vetraölld er decemnovenalis Cyclus er tölur ſkal hefia at

(27) Confer hæc cum tabula Campani ſupra P. I. Cap. 6. §. 22. ſubjecta, per cujus intuitum omnia vera eſſe deprehendes.

(28) Cyclus Solis qvi abſolutè & proprié ſic dicitur, ſive literarum dominicalium Cy-

Sphæra recta, æqvum fere ſemper complectitur ſpatium: ſed potius ſecundum præſcripta Regum Olavi atqve Magni in eo titulo antiqvi Codicis Gulathingenſis, qvi agit de jure eccleſiaſtico, diem hunc, ob Otta, (ſc. hora 3tia a media nocte) ad nattmál (ſc. horam 9m poſtmerid.) horas nimirum octodecim numerare debemus, ſic in allato codice: Seqvitur jam, ut ſeptimus qvisqve dies qvem nos diem Solis appellamus ſacer habeatur, & qvidem ita, ut feſtum ab hora tertia poſtmeridiana (ſc. None) diei præcedentis incipiat, cum tertia adhuc pars diei ſuperfuerit, atqve duret usqve ad Gallicinium noctis, qvæ diem lunæ antecedit. Vir qvidam, magni inter noſtrates nominis, atqve univerſarum patriæ noſtræ antiqvitatum peritiſſimus, in loco hoc explicando multum ſudavit, cujus tamen verum ſenſum, mea opinione, non dum eruere valuit, obſtante procul dubio, illius concepta, de diſpoſitione ſignorum horoſcoporum in ſeptentrione noſtra, præſertim vero trihorii termino, opinione, qvam auctoritate codicis Gulathingenſis vult confirmari. Cuiqve autem locum memoratum attentè legenti patebit, quod eodem modo illius ſenſus genuinus vi non torqveatur, ſententia mea ſatis illuſtretur atqve corroboretur. Gallicinium conſtituunt Reges eſſe finem noctis, unde apparet ſatis, eos à Nattmalis (ſc. hora 9a p. merid.) noctem inchoari voluiſſe, qvo poſito binis integra nox trihoriis abſolvitur. A Nattmalis (ſc. h. 9. p. m.) usqve ad Non (ſc. hor. 3tm poſtmerid.) ſi calculum retro ſubduxeris, ſex horæ numerantur, a Non autem ad Ottam (ſc. horam 3m a media nocte) duodecim, qvæ binos diei artificialis dicti efficiunt trientes, qvi ex præſcripto legum Gulathingenſium effluxiſſe debent Noni, (ſc. hora tertia poſtmeridiana) incipiente, tunc diei Saturni Sabbato, qvod reliqvum deinceps trientem, qvi ſex itidem horis conſtat, usqve ad Nattmál ſeu noctis initium, ut

antea

hverium nottin hefft ſem adur er ſagt: þetta er rettur og eiginlegur ſkilningur þeirrar malsgreinar ſem eg hefe allegerad ur Gulaþings lögum, af hvörre menn kunna fyrir vyſt ad ſeigia, hvad langur dies artificialis eigi ad halldaſt her nordarliga í Europa, á öllum timum árſins. Af þeſſu er audſært ad ódruviſe hafa fornalldarmenn her vid nordrid reiknad handverks daginn, enn þeir ed bua á midiu ſtræte veralldar, og er þad vel tilfundid, vegna mismunar Sólargángſins þar og her, á hverutveggiu árſins miſſerum. Þad eg hefe nu frammfært ur Kirkiulögum fornalldarmanna, ſvarar og miked vel verkſtundum vorum þegar meſtar eru anner; eirnin þeſſari reglu ef retter ſkilen: Sól ſkal um ſumar ráda enn dagur um vetur: því nordur undir gradum elevationis poli 59. kemur ecke Sól upp vid krabba fyrr enn undir ottu, og geingur til vidar á lidnum nattmálum. Dagurinn ſem eg fyrre ummgat, tekinn í rumri merkingu fyrer Nycthemeron (dag og nott til ſamans) ſkipteſt I°) í tvo parta, af hvörium ſá eini kallaſt nott, annar dagur, giöriſt ſu deiling med tvennu moti. Fyrſt naturaliter eptir eiginlegum ſkapnadi himinhvolfanna, og Sólarinnar rás þar í gegnum; hvór dagſins helmingaſkipte almennelega hafa brukud verid fyrſt hiá Gydingum, ſem kalla þann eina part, eptir ſkriptarinnar tilvyſan, kvölld, enn annann Morgum. Geneſ. I. og ſidan hiá ödrum þiodum umm allan heiminn: byriaſt þá dagurinn á midium morgni, þegar Sól er í fullu auſtri, og varir til midaptans kl. 6. eptir middag: þar hefft nottin, og nær þangad ſem dagurinn byriadiſt: fylger ſo annar helmingur morguns og aptans deginnum, enn annar nottunni. Þeſſi deiling er bygd á godum grundvelle, ſem er æqvator, eda jafndægra hringurinn; því þegar Sól er ad

fara

antea monuimus, durare debet. Hic verus & genuinus loci ex codice Gulathingenſi, a nobis jam allegati, ſenſus eſt, juxta qvem diei artificialis longitudo, in hac aqvilonari Europæ parte per omnia anni tempora certò poteſt definiri. Hinc etiam patet, priscæ ætatis ſeptentrionales (incolas) diem artificialem longe aliter computâſſe, qvam qvi mediam orbis terrarum planitiem inhabitant, qvod non ineptè eſt inventum, propter inſignem hic & illic, per utramqve anni partem, curſus ſolaris differentiam. Qvæ jam ex veterum jure eccleſiaſtico attulimus, cum horis, qvæ deſtinatæ ſunt domeſticis apud nos negotiis inter maximas occupationes, expediendis, apprime concordant, cumqve hac regula modò rectè illigatur. Per æſtatem Sol, per hyemem dies determinato: Nam usqve ad gradum elevationis poli 59^{m} *Sol prope ſignum cancri non priusqvam ſub ottam (ſc. h.* 3^{tiam} *a media nocte) oritur, Nattmalisqve (ſc. h.* 9na *p. m.) elapſis iterum occidit. Dies, cujus antea mentionem fecimus, in latiore ſignificatione pro Nyctheméro ſumtus.* I°) *in duas diſpeſcitur partes, qvarum una nox, altera dies appellatur. Hæc autem bifariam fit diviſio: primo Naturaliter ſecundum naturalem utriusqve hemiſphærii conſtitutionem, Solisqve per utrumqve curſum, qvæ partitio à Judæis, qvi unam partem juxta ſacrum codicem. Gen.* I. *Veſperam, alteram Mane appellarunt, primum communiter uſitata, apud cæteras poſtea ubiqve terrarum gentes in conſvetudinem venit; tum dies circa medium manè, Sole adhuc in ipſo orientis meditullio exiſtente, incipiens, perdurat ad mediam Veſperam, horam nimirum ſextam poſtmeridianam; ab hoc nox initium ſumens ad diei rurſus primordium duravit, atqve ita dimidia matutini veſpertiniqve temporis pars diei, dimidia vero nocti aſſignatur. Fundatur hæc diviſio haud lubrico fundamento, nempe æqvatore ſive circulo æqvinoctiali,*

fara yfer ſamkomur hans og dyrahringſens hauſt og vor, þá upplyſer hun í 12 tima þad efra hvolfid yfer vorre adſkilnadar linu, og adra 12 hleipur hun um þad nedra, ſem er hulid fyrer vorum augum. Þar nærſt oeconomice, epter buſkapar hætte her á landi, ſo ſem fornmönnum vorum hefur ſaman komid: hefſt þá dagur á dagmálum þegar Sól er í landſudri kl. 9. og endaſt vid náttmál í utnordri: þá byriaſt nottinn og helldur vid um 12 Stundir, allt til dag mála. Eptir þeſſari nidurradan, filger allur morguninn nóttinne enn allt Kvólldid deginum, hafa vorir forfedur viliad bruka ſo ſkacka dægra deiling, vegna buſkupar hatta Landſins, því adurenn alment er geingid til verka ſumardag, hliota menn mórgum umſvifum ad giegna, bædi í því ad reka heim busmala, lika ad heimta nyt af hónum, ſo þar meiga jafnvel gánga til þriár ſtundir. Þar fyrer ef almennileg dags pionuſta ſkillde byriaſt á midium morgni, þá mættu uppeſtódur vera nærſta tydlegar, þá mættu og paug ſydare buverk giöraſt á midium aptni, ſo jafnar yrdu hættur; enn þær yrdu þá heyönnum til baga og nidurdreps, því þá mættu Gridkonur epter miallter aptur til heyverka, fyrrenn til hvylu geinge.

II°) Skipteſt ſá natturleigi dagur hiá oſs í fiordunga jafnlánga, ſo hvereirn hefur í ſier tvær eikter, eda 6 ſtundir; ſa fyrſta kallaſt nótt, ſem byriast á Nattmálum kl. 9. epter middag, varer í 2 eyktir og nær til óttu kl. 3 eptir mid-

nam ejus, ut etiam Zodiaci *confinia, Sol, autumnali vernoque tempore permeans, duodecim horis, superius illud quod supra noſtrum eſt horizontem, hemisphærium radiis ſuis illuſtrat, inferius, quod noſtrum fugit conſpectum, totidem horis tranſiens. Secundò oeconomicè, juxta eam, quæ intra patriam uſu recepta eſt, rei familiaris adminiſtrationem, à majoribus noſtris approbatam, & tunc dies circa Dagmál (ſ. hor. 9ª a. m.) Sole adhuc in regione Evronoti conſtituto, exordium capit, & ad Nattmál (ſc. hora 9ª poſtm.) ſole in regione japygis verſante, terminatur, & ibidem nox incipiens, duodecim horarum ſpatium usque ad Dagmál complectitur. Juxta hanc diſpoſitionem integrum Manè nocti; tota vero Veſpera diei adnumeratur, qua adeo inæquali diei partium diſtributione, propter rei oeconomicæ opportunitatem, majores noſtri uſi ſunt; noſtrates enim menſibus æſtivis, anteqvam ſolita opera aggrediuntur, varia matutina negotia habent expedienda, ex. gr. pecudes lacturias e pascuis domum depellere, domumque depulſas mulgere, cui rei vel integrum trihorium impenditur. Hinc, ſi circa mane medium (ſc. h. 6ta a. m.) diurni labores vulgo inciperentur, & maturè admodum foret ſurgendum, & opera veſpertina, quæ lacti præparando inſerviunt, circa mediam veſperam, ut æqvo a matutinis diſtarent intervallo, abſolvi deberent, qvod citra magnam rei fænariæ jacturam atque impedimentum fieri neqviret, tunc enim ancillæ domeſticæ, mulgendi officio defunctæ, anteqvam cubitum ire liceret, ad labores fænarios ſeſe recipere neceſſe haberent.*

II°) *Diſpeſcitur apud nos dies in qvadrantes æqvæ longitudinis, qvorum bina qvilibet continet trihoria. Primus (qvadrans) nox appellatus, circa Nattmál (ſive horam 9m poſtm.) incipiens, per duo trihoria ad ottam usqve ſive tertiam a media*

midnætti. Annar eins langur Morgun, byriaſt á ottu, og endaſt á Dagmálum kl. 9. Sá þridie ber fulla rentu med nafni og kallaſt dagur: hann hefur og ſo í ſier tvær eyktir eda 6 Stundir, hefſt á Dagmálum kl. 9. og endaſt á Nóne kl. 3. epter middag. Sá fiordi kallaſt aptan, edur kvölld, hefſt á Nóne og endaſt á Nattmálum kl. 9. Þetta er ſu fiorhlutada dagſins deiling, ſem frá alldödli hefur her í landi brukud verid, og eg ætla nu ſie rett talin, rök þar til eru þeſſi. Fyrſt nófnin ſiálf, ſem af fornalldar mönnum hafa uppa þeſſa fiordunga dagſins fett verid, þau bera vitne, bædi um leingd og takmörk þeirra. Midur morgun kallaſt communi ſenſu, þá kl. er 6, því þá er morguninn hálfnadur, hlitur því ad hafa einsmargar Stundir til beggia hlida, hvar af auglioſt er, ad otta er hans takmark ad nordann, enn dagmál ad ſunnan. Eptir morgunin kiemur Dagurinn, hans byriun ſyner eyktar markid Dagmál kl. 9. því þá hefſt hann eptir þeſſum reikninge, er hálfnadur um middeigi kl. 12, og endaſt á Nóne. ad lidnum deiginum byriaſt aptanen, ſem varer í 2 eyktir, og endaſt á Nattmalum, því heitir midur aptan þegar kl. er 6, ad þá eru lidnar af hönum 3 Stundir, og eptir adrar þriar. Þeſſi aptans byriun lydur ecki motmæli, því hun er ſo ad ſeigia bodin í Moyſis lögum, þar ſagt verdur Exodi. 12. ad Mincha eda daglegt matoffur ſkillde giöraſt á mille tveggia aptna, ſá fyrre ſvarar Nóne, enn ſydare midium aptne vorum, eptir því ſem fleſter af Gidinga meisturum kienna; hefur ſo þeſſe ſidvenia færſt nordureptir, og er almenneleg enn í dag hiá þeim catholiſku, ſem byria Þvóttdags helgina

med

nocte horam, perdurat. Secundus qvadrans pari longitudine gaudens Mane appellatur, cujus principium eſt otta, finis autem Dagmál (ſive hora 9ª poſtm.) Tertius nomen ſimul & omen habens, dies appellatur, qvi binis itidem conſtans trihoriis, circa Dagmál (ſive hor. 9ᵐ a. m.) inchoatur, & Noni (hora 3ᵗⁱᵃ p. m.) terminatur. Qvartus veſper dictus, totum inter Non (ſc. hor. 3ᵐ p. m.) & Nattmál (ſc. hor. 9. p. m.) ſpatium complectitur. Hæc illa eſt qvadripartita diei diviſio, qvæ intra inſulæ noſtræ limites inde á primordio uſitata fuit, & qvam calculis, ut puto, rectè poſitis, jam in medium protuli, ſeqventibus annixus argumentis. Primo nomina ipſa, a priſcis, diei hiſce qvadrantibus impoſita, de eorundem longitudine atqve terminis teſtimonium perhibent. Medium Mane communi ſenſu hora 6ᵗᵃ antemeridiana vocatur, tum enim ejus dimidia pars effluxit, unde totidem utrinqve horas habeat, neceſſe eſt, unde etiam conſtat, ab aqvilone ottam, ab auſtro autem Dagmál, ejusdem eſſe terminos. Mane dies ſubſeqvitur, cujus initium ſignum horoſcopum Dagmál (ſc. h. 9 a. m.) clare indicat, tunc enim juxta hunc calculum incipit, dimidiatusqve circa meridiem hora duodecima, Noni (ſc. h. 3 p. m.) penitus excurrit. Die finito veſper incipit, per duo trihoria durat, Nattmális (ſc. h. 9 p. m.) finem habet. Hinc medium veſperem hora ſexta effluxiſſe appellamus, qvod tres ejus tum præterierunt horæ, totidem remanentibus. Hoc veſperis primordium nullam omnino patitur contradictionem, qvia legibus Moſaicis fere expreſſe injungitur, in qvibus Ex. 12. Mincha inter duas veſperas jubetur offerri, qvarum prior, ut plurimi Judæorum Rabbini teſtantur, noſtro Non ſc. horæ 3ᵗⁱᵃ poſtmeridianæ, poſterior vero Midaptan ſive horæ ſextæ poſtmeridianæ reſpondet; atqve ita hæc conſvetudo in ſeptentrionales regiones ſenſim provecta, inter Romano catholicos, qvi Sabba-

med aptninum á Nóni. Sá fiordi partur dagſins heitir Nótt, um hverrar upphaf þeſs ſydur er efandi, ſem eyktar markid Nattmál er lioſara vitne þar til, þá kl. er 9. eptir middag, hun varer 2 eyktir éda 6 tima, er hálfnud á midnætti, og endaſt á ottu. Eptir þeſſum fiordunga ſkamte; ſvarar nafn dagſins ſiálfum hönum næſta vel, ſo ſem adur er ſagt, því hann er á öllum timum arſins biartur um þær heimſins alfur, ſem eru á millum hiólgadds hringa: Nóttin geingur hönum eirnin nærſt í því ad bera nafn eptir rentu, þar hun um hálft árid, medan Sólin dvelſt fyrir ſunnan lynuna, og jafnvel leingur, er alltid dimm, frá Nattmálum til ottu, og því ſeigir Chriſtenrettur í Gulaþings bokar 16 Cap. ſo ſem ádur er ummgetid, ad helgin ſkuli vera frá Nóne á Laugardagin, (þegar þridjungur life dags) allt til hana ottu ad lidinni mána nótt. Eins lyka eitt elldgamailt rym Islendſk, ſem undir höndum hefi; þad reiknar þeſſa dagſins fiordunga eins lánga, hvörn fyrir ſig, og adur er ſagt; Enn lætur annan helming Kvölldſins og morgunsins, eins og judar og Romverſker fylgia nóttunne, enn annam deiginum: ſo mælandi. Sá fyrſte partur þeſs natturlega dags er frá nyundu Stundu nætur til 3^diu Stundar dags; annar frá þridia Stundu dags til 9^du Stundar dags; Þridie frá 9^du Stundu dags, til 3^diu Stundar nætur; Sá fiordi frá þridiu ſtundu nætur til 9^du Stundar nætur. I þridia máta ſtirker mitt mál í þeſſu praxis annara þioda, ſem ſkipt hafa deiginum í 4 parta alla jafnlanga; ſo ſem Gydingar;

þótt

tum die Saturni simul cum vespera circa Non (sc. 3 p. m.) inchoant, vulgo hodie dum obtinet. Qvarta diei pars Nox appellatur, de cujus initio eo minus est ambigendum, qvo signum horoscopum Nattmál, luculentius de eo perhibet testimonium. Hæc duo trihoria continens, media nocte dimidiatur, atqve otta (sc. tertia a. m. nocte hora) terminatur. Secundum hanc qvadripartitam dimensionem, diei nomen, uti antea dictum est, ei ipsi aptissimè convenit, per omnia enim anni tempora, singulis orbis terrarum regionibus, qvæ inter polares circulos sitæ sunt, lucem suam communicat. Hunc nox in eo, qvod nomen cum omine habeat, imitatur, qvippe qvæ per dimidium annum, qvamdiu, imo diutius, ac Sol ab australi lineæ æqvinoctialis latere cursum suum tenet, semper a Nattmál (sc. h. 9 p. m.) ad ottam (sc. h. a media nocte tertiam) usqve sese præbet tenebrosam. Hinc jus Ecclesiasticum codicis Gulathing. loco citato, capite nimirum 16. præscribit, Sabbatum circa Non (sc. h. 3 p. m.) die Saturni (cum tertia ejus pars superfuerit) esse incipiendum, duraturumqve ad Gallicinium usqve, nocte nimirum elapsa, qvæ diem lunæ antecedit. Hanc etiam sententiam (de qvadripartita diei divisione) corroborat perantiqvum qvod ad manus habeo, Calendarium Islandice conscriptum, qvippe qvod singulos hosce dici qvadrantes tantæ ut antea dictum est, longitudinis constituit, atqve Romanorum judæorumqve exemplo, vespertini, matutiniqve temporis dimidium, nocti, dimidium vero diei adjudicat; ita dicens: Prima naturalis diei pars est á nona hora noctis, usqve ad tertiam horam diei; Secunda á tertia hora diei, ad nonam horam diei; Tertia á nona hora diei ad tertiam noctis horam; Qvarta á tertia noctis hora, ad nonam horam noctis. Tertio assertioni nostræ hac de re robur conciliat aliarum gentium praxis & consvetudo, qvæ diem naturalem in qvatuor æqvales partes diviserunt,

þótt þeirra ſundurdeiling hitte ecki ſömu lide og vier, því þeir hofu þann fyrſta partem med ſydara aptni; það er Sólarinnar nidurgángi, og hielldu til midrar nætur; annan reiknudu þeir frá midnætti til þeſs Sólinn upprann; þridia þar frá til middeigis, og fiorda til Sólſeturs.

III.) Skiptum vier deiginum epter tólu höfud áttanna, og þeirra ſem ſtanda midt á mille þeirra átta parta eda eyktir, ſem ecki byriaſt þó med áttunum, heldur á þeim midium. Deiling og upptök áttanna, hvorrar fyrer ſig, höfum vier eptir þeirri anleidingu, ſem Biſkuparner Þórlakur og Ketill giefa oſs í ſinum Chriſtenretti, hvar þeir med ſkirum ord um leida í iios nordurattarinnar takmörk á þennan hatt. Það er nordur att ſeigia þeir, þegar Sólinn er komin í beggia ætt, nordurs og utnordurs, og til þeſs uns hun er komin í beggia ætt nordurs og landnordurs. Só hefur þá norduráttin í ſier þriar ſtundir; hálfa adra fyrer og hálfa adra eptir midnætti. Þá tekur vid landnordursátt, og nær til þeſs kl. er hálf geingin 5; ſydan auſturátt; þá landſudursátt; ſydan ſudurátt; þá utſudursátt; þar eptir veſturátt, og ſeinast utnordursátt, allar eins lángar hvor fyrer ſig, attunde partur af ſiondeilldar lynunne, og er Sólinn ad gánga yfer ſierhveria att í þriá tima, enn yfer allar í 24. Ecke gieta nu Eiktirnar haft ſömu takmörk og attirnar, þó hvor ein ſvare þremur ſtundum, því þær eru parter dagſins, og hliota því ad byriaſt og endaſt med hönum. Enn hann hefſt í midiu ryke nordurátta. Sierhvör eykt hefur ſitt heiti, annadhvört af því marke ſem hun byriaſt á, eda endaſt.

Nöfn

derunt, haud secus ac Judæi, qvorum tamen Nycthemerii divisio, eosdem ac apud nos haudqvaqvam obtinet temporis articulos. Hi enim primum diei qvadrantem a posteriore vespera, id est occasu Solis inchoarunt, duraturum ad mediam usqve noctem; Secundum qvadrantem â media nocte ad Solis ortum computarunt; Tertium inde ad meridiem, & qvartum deinde ad Solis occasum.

III.) *Diem naturalem dispescimus ad numerum qvatuor cæli plagarum cardinalium, & illarum qvæ has interjacent, regionum, & qvidem in partes octo sive trihoria, qvæ tamen non cum initiali regionum puncto, sed earundem meditullio incipiunt. Cujusvis autem plagæ divisionem atqve initium constituimus juxta jus ecclesiasticum ab Episcopo Thorlaco & Ketillo conscriptum, in qvo plagæ acqvilonaris terminos perspicuis verbis hunc in modum exponunt. Plaga dicunt aqvilonaris est, qvando Sol inter japygem & aqvilonem constitutus est, duratqve illa, donec Sol exinde boreæ & Evro-aqvilonis confinia attigerit. Constat itaqve aqvilonaris regio tribus horis, sc. sesqvi ante & sesqvi post mediam noctem. Post hanc regionem sequitur Evro-aqvilonis plaga, qvæ durat donec hora qvinta cum semisse â media nocte finita est; tunc orientalis (regio) tunc Euronoti; tunc australis; tunc Libonoti; tunc occidentalis, atqve demum japygis regio, qvæ singulæ plagæ, spatium æqvæ longitudinis, octavam nimirum horizontis partem, complectuntur, qvarum etiam qvamlibet, Sol tribus, omnes vero viginti qvatuor horis, cursu suo trajicit. Cæterum qvamvis singulæ istæ regiones trihoriis respondeant, fieri tamen neqvit, ut communes cum illis habeant terminos, trihoria enim, cum sint diei partes, una cum illo inchoari atqve finiri debent. Dies autem in aqvilonaris regionis meditullio suum capit exordium. Qvodcunqve trihorium proprium habet nomen, sive a qvo incipitur, sive qvo finitur signo.*

Nöfn þeirra eru þesſi, ſem fornalldar menn hafa þeim gefid. hin fyrſta heitir Midnætti; önnur Otta; þridia Midurmorgun; fiorda Dagmál; fimta Midmunda (Middeigi); ſietta Nón (fordum Eykt); ſiöunda Miduraptan; áttunda Nattmál. Þesſi eyktaſkipte hafa og ſo brukud verid hiá Gydingum, laungu fyrer hingadburden, eirnin hiá Romverſkum, ſydan þeir toku vid Chriſtni; enn vorir forfedur hafa fært þau í heidindominum med tungunni burtur auſturalfunni hingad í nordrid; þad ſyna nöfnin í fornum frædum; Eykt, Otta, Dagmál &c. Gydingar ſem byriudu daginn med Sólſetrinu, kollúdu þá fyrſtu Eykt, frá midium Aptne til Nattmála, höfud vakt, því hun var hin fyrſta ſo ſem höfud vaktanna, adra kollúdu þeir Midvakt, er náde til midrar nætur, þridiu Midnættisvakt, frá midnætti til Ottu, fiordu Morgunvakt, ſem endaſt á midium morgni, og þá var nóttin ute hiá þeim. Tiedum nætur eyktum hafa og ſo vered gefin önnur nöfn, ſem er, Kvölld, Midnætti, Hanagal, Morgun, því ſo ſeigir vor herra hiá Luc. 13. v. 35. Þier vited ecki nær herra husſens kiemur, hvort hann kiemur ad kvölldi, eda um midnætti, eda þegar hanen galar, eda ad morgni. Deiginum ſkiptu Gydingar og ſo í fiorar Eyktir. fyrſta hiet morgun ſtund; önnur þridia ſtund; þridia fiötta ſtund; fiorda niunda ſtund, hvör Eykt hafde nafn af ſeinuſtu ſtundu fyrerfarandi Eyktar; og ſo ſem ſeinasta vakt nætürinnar var kiend vid Morgun, af því hun nadi

allt

Nomina illorum prout majores noſtri iisdem dederunt ſeqventia ſunt: Primum Midnætte (media nox); Secundum Otta (gallicinium); Tertium Midurmorgun (medium mane); Qvartum Dagmál (hora 9. a. m.); Qvintum Midmunda (meredies); Sextum Nón (h. 3. p. m.); Septimum Miduraptan (media veſpera) atqve octavum Nattmál (hora 9. p. m. ſc. finis veſperæ) appellatur. Hac trihoriorum partitione Judæi longo ante B. Virginis partum tempore uſi ſunt, itemqve Romani, poſtqvam fidem chriſtianam acceperunt; Noſtri autem majores Ethnicam religionem colentes, hanc temporis metiendi rationem ſimul cum lingva ex Aſia in ſeptentrionem noſtram tranſtulere, qvod ipſa nomina, Eykt, Otta, Dagmál &c. qvæ in antiqvis paſſim occurrunt monumentis, ſatis demonſtrant. Judæi diem (ſc. natural.) a Solis occaſu incipientes, primum trihorium a Midaptan ſive medio veſpere usqve ad Nattmál (ſive hor. 9. poſtm.) computatum, primam vigiliam appellarunt, propterea qvod prima eſſet, ac quaſi caput cæterarum vigiliarum; ſecundum trihorium qvod ad mediam noctem extendebatur, Mediam vigiliam; tertium trihorium à media nocte usqve ad Gallicinium, Mediæ noctis Vigiliam; & qvartum trihorium, qvod medio mane finitur, Matutinam Vigiliam nominarunt. His numeratis nocturnis trihoriis alia etiam dederunt nomina, qvalia ſunt: Veſper, media nox, gallicinium, mane, qvod probatur ex his verbis noſtri ſalvatoris. Lucæ 13, v. 35. Non ſcitis qvo tempore pater familias venerit, ſive veſpere, ſive media nocte, ſive Gallicinio, ſive Mane. Diem (ſc. a nocte diſtinctam) etiam Judæi in qvatuor trihoria diviserunt; cujus primum trihorium Hora matutina, ſecundum tertia hora, tertium hora ſexta, & qvartum hora nona, fuerunt appellata. Qvodcunqve vero trihorium ab ultima hora proximi præcedentis trihorii nomen ſuum trahebat; nam ſicuti ultima

allt til morgunsins; ſo var og fyrſta eykt dagsens kiend vid ſama timans punct; því hun byriadeſt á hönum; enn fyrer morgun ſkilſt uppkoma Sólarinnar í jafndægrum, og því ſtendur ſo Marc. 16. v. 2. ad konurnar hafe komid til grafarinnar ſnemma morguns, um Sólar uppruna. Af þeſſum priggia ſtunda eyktum Gydinganna, hafa og einnin þær canoniſku ſtunder ſinn uppruna, hvöriar brukadar voru her á Islandi fordum af Mukunum í Pavadominum, og brukaſt enn í dag hiá. þeim catholiſku, þeim er hattad med ſama ſlag og vorum Eiktum, take eg til ad reikna þær undir eins og diem artificialem, edur handverksdaginn, ſem byriaſt hiá þeim papiſku eins og Gydingum, þá Sól er í fullu auſtri; þá hefſt hin fyrſta á midium morgni, og heitir fyrſta ſtund, önnur á Dagmálum og kallaſt þridia ſtund, hin þridia á Middeigi nefneſt fiötta ſtund; fiorda á Nóni, kallaſt niunda ſtund, og þá er eptir þeim reckninge handverks dagurinn uti. Sydan byriaſt fyrſta eykt næturinnar á midium aptni, og nefniſt Vespertinum (ſc. officium) edur kvölld þionuſta; önnur á nattmálum, kallaſt completorium edur hora completorii, þad er fullkomnunarſtund, því helge þionuſta þeſs natturlega dagſins er tok til á fyrerfarande midnætti, er þá fullkomnud; þridia byriaſt á midnætti og nefneſt nocturnum, þad er nætur þionuſta eda tydir. Su fiorda med ottu, kallaſt matutinum, þad er morgun þionuſta. Allar þeſſar eyktir ſo vel Gydinga ſem chatoliſkra eru aldeilis ſamhlioda vorum eyktum, ſem adur er umrædt, bædi ad leingd og takmörkum; einaſta er nockud athugaverdt vid þá ſem byriaſt á Nóni, ſo ſem annarſtadar mun ſagt verda. Nu er ad giöra grein á því ſem adur er ahrært, hvörnen ad vorer forfedur

hafa

noctis vigilia, a mane, ad qvod duravit, sic etiam diei primæ vigilia, ab eodem temporis puncto, qvo incipiebat, suam appellationem accepit. Per Mane autem Solis in æqvinoctiis ortus intelligitur, qvare etiam apud Marc. 16. v. 2. dicitur mulieres summo mane, circa Solis ortum ad sepulcrum venisse. His judæorum trihoriis, canonicæ itidem horæ suam debent originem, qvæ olim a Monachis in insula nostra, papatu adhuc vigente, usitata, a Romano catholicis hodie etiam observantur; sunt etiam ejusdem ac nostra (trihoria) generis, qvippe qvorum, si simul ac diei artificialis, qvi catholicis similiter ac Judæis, Sole in ipso orientis puncto constituto, fuit inchoatus, calculum subducere incipiam, tunc primum trihorium medio mane inchoatum, prima hora; secundum Dagmalis (sc. h. 9ª a. m.) tertia hora, tertium meridie, Sexta, atqve qvartum None (sc. h. 3ª p. m.) inchoatum hora nona, appellatur, tunqve secundum hunc calculum dies artificialis finem habet. Deinde primum noctis trihorium medio vespere initium habens, Vespertinum (sc. officium) nuncupatur; secundum noctis trihorium, qvod nattmalis sive horæ nonæ postmeridianæ suam debet originem, completorium, sive hora completorii ex eo appellatur, qvod tunc diei naturalis, festi, qvod proximè prætereunte media nocte incipiebat, celebratio erat peracta; tertium noctis trihorium media nocte incipiens Nocturnum (sc. officium) nominatur, atqve deniqve qvartum noctis trihorium gallicinio inchoatum Matutinum (sc. officium) vocatur. Hæc singula R. catholicorum non minus qvam Judæorum trihoria, qvoad spatium & terminos, cum nostris ad amussim concordant, tantummodo illud trihorium qvod circa Non (v: horam 3. p. m.) incipit, qvandam, ut suo loco demonstrabitur, meretur observationem. Nunc porro nobis est expediendum, qva ratione majores nostri, prout supra attigi-

hafa med eyktamörkum fundid veg til þeſs ad vita hvad timanum lide, bæde nott og dag þegar lopted være ſkyalyted, og himin tunglen ſæeſt. Þeir hafa ſkipt fyrſt ſiondeildar hringnum, ſem ad greiner fyrir vorum augum himen og jörd, í átta jafna parta, med einum atthirninge, edur ödru verkfæri ſem þar til hefur þienad, þegar þeir hafa verid bunir ad finna middags linuna; hafa ſo teked í akt, þá hniuka og hædir, hóla og dælldir, axlir, borgir, ſtapa, vördur, ſkörd, fell, og önnur þvilik mid og merki í kringum hvörn bæ; er med ſinne Situation edur afſtödu hafa þienad vel til þeſs, ad vera eyktanna merkipláts; gefid ſydan þá reglu, ad þegar Sólin og önnur himintungl ſtædi þrád rett uppyfer því og því merki, þá ſkillde þar af metaſt eins og ödrum compas edur Sól ſkifu, hvad langt í hvört ſinn á timan lided væri; annars er þad ecki ſo audvelldt á nattar þeli, ad uppgótva hans parta af göngu tungls og Stiarna þótt í heidryku ſiáeſt, ſo ſem af rás Sólarinnar á medan hun er yfer horizonti, því þad ſem túnglenu munar til auſturs á hverium deigi meira enn Sólunni, þad verdur alltyd ad takaſt í akt, ef menn ſkulu gieta nærre af þeſs komu til eyktarmarkanna, hvad frammordid mune vera, enn þad er alltid vel merkiandi, ad ſá ſem vill mida Sólina, eda tungl og Stiörnur vid eyktaſtadina, hann verdur ad ſtanda nalægt arinhellu þeſs bæar ſem dagsmörkin heira til. Ef ödruviſe ſkedur, þá giörir parallaxis reikning ſtundanna oriktugan, og þad því framar, ſem ſá er leingra í burt frá ſögdum Stad, er timans punct vill finna. Þetta ſem nu hefe eg ſkrifad um dagſins hnifjafnar Eyktir, og bevyſad bæde med nöfnum þeirra ſiálfra og lyka ſidveniu annara Þioda; er til þeſs ad ſyna hvad fráleit ad ſie þeirra meining, ſem hallda

ad

mus, diurni nocturniqve temporis progressum, signorum horoscoporum adjumento investigarint, nubibus qvidem, cæli syderumqve conspectum non prohibentibus. Indagato primum circulo meridiano, horizontem qvi in nostro conspectu cælum a terra distingvit, octangulo qvodam, aliove ad hanc rem idoneo instrumento, in octo æqvales partes dividerunt; qvo facto, circumjacentes cuiqve prædio, clivos, colles, tumulos, valleculas, juga rupes castellorum speciem referentes, scopulos, metas, fissuras, monticulos, & id genus alia, situ suo trihoriis designandis, aptissima signa, diligentissimè observarunt, eam denique regulam præscribentes, ut Sole, nocturnisqve syderibus super hoc vel illo signo perpendiculariter, constitutis, exindè haud secus ac horologio, aut pyxide qvadam magnetica labentis temporis spatium semper computaretur; cæteroqvin, partes temporis, horis nocturnis, ex lunæ stellarumqve cursu, sereno licet cælo non æqve facile investigantur, ac Solis supra horizontem constituti progressu; qvantum enim luna qvovis die ad orientem præ Sole, acclinat, id semper, simodo ex ejus ad signa horoscopa accessu, de labente tempore (nocturno) apte conjectura fit facienda, probe est observandum, nec minus illud, qvod qvi explorare voluerit, utrum Sol, Luna, aut alia nocturna sydera, super hoc vel illo signo horoscopo ad amussim sint constituta, non procul a petra foci (ante fores domus constituta) sc. non procul a foribus domus, ad qvam eadem signa pertinent, stare necesse habeat; secus enim si factum fuerit, horarum computationem parallaxis reddit minus accuratam, idqve eo magis, qvo temporis punctum indagaturus, a prædicto loco steterit remotior. Qvicqvid vero jam de diei omnino paribus trihoriis litteris consignavi, suffultus argumentis de eorundem nomine, & aliarum gentium consvetudine petitis, ideo factum est, ut de monstre-

tur

ad forfedur vorer hafe ſkipt deigi og nóttu í átta mis jafna parta af hvörium ſumer hafi iſer þriár ſtundir, ſumir hálfa imtu, hvad ſkillde fornalldarmönnum hafa geingid til þeſs ad bruka þá dagsins deilingu, ſem bædi er ohentug buna-darháttum vorum, og þar med orimileg, og ecki ſamkvæm neirna annara landa ſidveniu? Jöfn ſkipte daga og nætur eru allſtadar brukud hiá framande þiodum, hvört ſem par-tarnir kunna ad vera ſtorir edur ſmáir. Nu ſo þetta allt kunni ad verda liosara, þá læt eg her med fylgia hringlagda iguru, af hvörre utþrickelega ſiá má, bædi attamotinn, Eiktamörkinn, og dagſins enn þá ſtærri og ſmærri ſundur-deilingu. Stundernar eru teiknadar í þeim ytſta hryng enn Eykternar í þeim innſta.

tur qvantum abſurda ſit illorum opinio, qvi Nyctheme-ron a majoribus noſtris in octo inæqvales partes, alios horis tribus, alios qvatuor cum ſemihora conſtantes, diviſum fuiſſe autumant. Qvid enim veteres ad eum, qvæ & rei oeconomicæ apud nos adminiſtrandæ minus idonea ſimulqve abſurda, & omnium nationum mori contraria eſt, diei partitionem uſurpandam impulerit, æqvalis apud omnes ubiqve locorum gentes Nyctheme-ri diſtributio, ſive partes magnæ ſive exiguæ ſint, uſu eſt recepta. Hæc omnia ut clarius elucesſcant Schema qvoddam circulatum operi huic ſubnectimus, ex qvo regionum cæli confinia, ſigna horoſcopa, diei major & minor diſtributio, liqvide apparent, extremus circulus horas, intimus autem trihoria conſpicienda exhibet.

SCIAGRAPHIA
HOROLOGII ISLANDICI
VETERIS ET NOVI.

SCIAGRAPHIA
MORLOGII ISLANDICI
LATINE E NOVIL

PROOEMIUM.

Calendaria Iſlandica tot viri omnium Seculorum doctiſſimi adornarunt, ut difficile ſit omnium numerum inire, nam ſub Papatu Seculis etiam obſcuriſſimis, cum reliqvæ artes ac ſcientiæ, ac fere dixeram omnes meliores litteræ in exilium qvaſi actæ erant, hæc tamen ſcientia aliqvatenus remanſit, & ſuos qvodam modo contra undiqvaqve ingruentem inſcitiam tuita eſt fines, quod neceſſitati artis magis qvam amori litterarum adſcribendum putamus, id enim officii incumbebat viris Eccleſiaſticis, ut auditores de incidentibus multis qvæ tum obſervabantur feſtis præmonerent, qvod illis, ſi hujus ſcientiæ plane fuiſſent imperiti, impoſſibile fuiſſet: Unde in pactis & contractibus, qvos adoleſcentium ſacro officio deſtinatorum parentes ac patroni, cum Epiſcopis, Abbatibus aliisqve viris, doctrinæ laude cluentibus, de talium informatione inierunt, expreſſe ſæpius poſtulatur, ut tantum hujus ſcientiæ illis inculcarent, qvantum ad adipiſcendum ſacerdotium videretur neceſſarium, unde in horum gratiam, (licet plurimos parumqvid memoriter didiciſſe putem) haud pauca calendaria ſcripta fuiſſe à veriſimilitudine non abludit; Renaſcentibus ibidem litteris, poſt religionis reformationem hæc etiam philoſophiæ pars, haud ſegniter culta fuit, plures enim viri docti, ei haud contem-

nendam impenderunt operam, qvos hic enumerare, aut ulterius de eorum conatibus hac vice ſcribere, noſtræ paginæ anguſtia, & ratio hujus ſcripti vetant, id ſaltim hic non prætermittendum putamus, qvod qvidam horum aliqvid ſuis ſcriptis, pauciſſimi autem qvod magni ſit momenti de horologiis Iſlandorum inſeruerunt ex illis autem qvæ ad nos pervenerunt, ſive Calendariis, ſive aliis eo ſpectantibus, proximis ante reformationem ſeculis, concinnatis lucubrationibus concludi poteſt, plurimos aut fere omnes deſerto aut oblivioni penitus dato antiqvo illo, qvo ad Seculum uſqve XIV. uſi ſunt Majores noſtri horologio, recens ex legibus Eccleſiaſticis male intellectis, & Monachorum ſcitis ac traditionibus de horis canonicis, ſemper & ubiqve obſervandis conflaviſſe, qvod recentiores aut qvi poſt reformationem ſcripſerunt, (rejectis tantum qvæ graviſſimum ſapiebant papiſmum,) aut retinuerunt, aut antiqvi moris ſolida cognitione deſtituti, tacitè præterierunt; Primus enim qvi rem penitius inſpexit, videtur fuiſſe vir doctiſſimus, Mag. Brinjolfus Svenonius, Dioeceſeos Schalholtinæ Epiſcopus meritiſſimus, ex cujus excerptis aut notis quibusdam, alio qvidem ſpectantibus, & Auctore aliud prorſus cogitante, qvam ut qvicquam hac de re ageret, concludi poteſt, diverſam à vulgò ſui & priorum Seculorum foviſſe ſententiam, hujus autem in officio Succeſſor, Mag. Theodorus Thorlacius, vir Mathematicis ſcientiis bene imbutus, ſed à ſolidâ hiſtoriæ & antiqvitatum patriæ cognitione minus inſtructus, in his valde vacillaſſe, & in utrumqve pedem claudicaſſe videtur, ut ex ejus Calendario edito Schalholti Anno 1693 perſpici poteſt. Omnium autem primus, qvi & rem perfectiſſime inſpexit, & ex denſiſſimis qvibus per multa Secula obruta jacuerat, tenebris eruit, & in apricum protraxit, fuit noſtratium, certe ſuorum æqvalium

in

in omni Philoſophiæ & politioris litteraturæ genere, peritiſſimus, Paulus Vidalinus Auſtralis Iſlandiæ per qvatuor circiter luſtra ordinarius Nomophylax, hic enim primo in Lexic. Juridico Tit. allur dagur til ſtefnu, *mentem ſuam aperuit; clariſſimeqve demonſtravit, qvali antiqvitus noſtrates horologio uſi fuerint aut qvomodo hemeronychtion dimenſi, ſub certis nomibus diviſerint, qvam ſuam ſententiam aut ipſe, aut (ut qvidam volunt) tali ſocero haud indignus gener, Biarnus Hallthorus, judex provincialis Toparchiæ Hunavatnenſis, & Cœnobii Thingörenſis admodiator, in ſyſtematis formam redegit, qvod mihi, aliisqve antiqvitatis patriæ amatoribus oculos primum aperuit, & quid de hac re veritati maxime litaret, ſcrutandi anſam dedit. Hæc autem Diatribe ſalivam ſtatim ita movit viro doctiſſimo & de bonis litteris optime merito, ſed contentionibus cum Vidalino, dum in vivis fuit aſſveto, Mag. Jonæ Arnæo, Dioeceſeos Schalholtinæ Epiſcopo digniſſimo, ut ei opponeret ſuum horologium Iſlandicum, impreſſum Havniæ* 1739, *ille enim (Vidalinus nempe) ſine omni dubio eſt vir ille, qvem pag.* 320. *vocat omnis Iſlandiæ antiqvitatis peritiſſimum, qvem dicit magno ſed inani molimine agreſſum eſſe explicationem articuli, paulo inferius ex legibus Gulathingenſibus allegandi, impeditum qvippe à præconceptis ſuis opinionibus, ſe ejus defectum hoc ſuo horologio compenſare ſategiſſe. Sed qvo ſucceſſu id fecerit, non convenit inter omnes, nobis certe Vidalini ſententia ita arridet, ut eidem ſubſcribere non dubitemus, niſi forte in minutiis & circumſtantiis qvibusdam, qvæ illæſo ipſo rei capite, negari aut ſeponi poſſunt, fulcitur enim hæc ſententia ſufficientibus, tam in probatis hiſtoriis, qvam antiqvis legibus fundatis rationibus, cum altera qvandoqve meras opinionum Chimæras, & hiſtoriarum traductiones, & ſubinde*

adulteratas allegationes, ad demulcendum imperitum vulgus accommodatas, pro fundamento habere videatur. Qvæ sententiarum differentia, non vero contradicendi pruritus, nos necessario adigit, ut dicti horologii succinctam hic inseramus recensionem, salvo per omnia magni & eruditissimi Auctoris honore, cujus beatos manes, vel in minimo lædere ingens nobis semper erit piaculum, sed amicus Plato, amicus Cato, magis autem amica veritas &:

Non eadem sentire alios de rebus iisdem
Incolumi licuit semper amicitia.

Dictum magni viri opus tripartitum est, cujus prima pars, maximè agit de divisione hemeronychtii in diem & noctem, & de hujus divisionis terminis ac partibus. Pars secunda agit de divisione hemeronychtii in qvatuor partes omnino pares, noctem scil. mane, diem & vesperam. Tertia autem pars agit de divisione diei naturalis inter octo plagas cardinales in octo trihoria, nostra lingva Eikter, *ubi cuivis* Eikt, *sua certa assignatur sedes; Qvorum nos hic ea tantum notabimus, qvæ nostram maximè lædunt sententiam, candido Lectori judicum permissuri.*

Pars I.

1) *Pag.* 319. Og telia hann (ɔ: dagenn) frá Ottu til Nattmála, þad eru 18 tímar, ɔ: *diem numerant ab Otta ad initium noctis, qvod facit* 18 *horas. Hanc computandi rationem vir doctissimus tribuit Regibus Olao Sancto, ejusqve filio Magno, sed immerito, nam legis verba hæc sunt:* Þat er nú þvi nærst at hinn siaunda dag er heilagt, oc köllum ver þann Sunnudag, enn þvi at dagur fyri skal heilagur at Noni, þá er þridiungur lifer dags, og mananótt til hanaótto. ɔ: *Proxime sequitur, ut septimum qvemqve diem, qvem diem solis vocamus, sanctificemus,*

mus, ſed dies antecedens ſanctus erit à Nona, cum tertia pars diei ſupereſt, & nox lunæ uſque ad gallicinium. Quis quæſo! in his verbis audit aut videt Reges iſtos tribuere diei 18 *horas ab Otta uſque in noctem. Si dicendum quod res eſt, puto Regibus nunquam in mentem veniſſe, hic quicquam de diei naturalis initio aut fine ſtatuere, nec tale quid (noſtro judicio) ex his verbis elici poteſt, niſi quod dicunt trientem diei ſuperſtitem eſſe à* Nón, *ſed incertum eſt, quod hic per* Nón *intelligant.* α) *Utrum hic horam majorem, integrum ſcil. trihorium illud, quod Nona olim vocabatur, an minorem ſeu finem* 3 *pomeridianæ.* β) *Similiter utrum initium medium, an finem horæ deſignatæ.* γ) *Valde etiam incertum eſt, utrum Norvegi tempore horum Regum, antiquam diem metiendi conſvetudinem retinuerint, ſcil. utrum eam jam per trihoria in meditullio plagarum incipientia, & ſemitrihoria, ſeu ſeſqui horas noſtri temporis dimenſi ſint, an vero.* δ) *Per horas canonicas, in ipſo plagæ medio puncto incipientes, ad Monachorum enim mores & placita Olaus, quamdiu in Anglia & Gallia verſatus fuerat, & jam eos imitando ſingularem aucupabatur ſanctitatem, valde inclinavit.* ε) *Ex hiſtoriis Norvegicis conſpicuum eſt, quod vox Non vel Nona varios ſuſtinuerit ſignificatus, nunc enim notabat finem* 3. *& initium horæ* 4, *nunc integrum trihorium, ut ſupra monuimus, nunc ſacra & officium horæ* 9, *ut in Olai Sancti vita apud Sturlæum:* geck kongur til kyrkio, oc hlidde Nónu, *Rex templum adiit & Nonam audivit.* ζ) *De initio Nonæ, Auctores etiam diverſiſſima tradunt, quidam enim id ducunt à meridie, alii ab hora* $1\frac{1}{2}$, *quidam ab horæ* 3 *fine alii ab horæ* $3\frac{1}{2}$ *vel etiam* 4. *initio.* η) *Tandem etiam incertum eſt, qualis dies hic indigitetur, utrum* dies communis, *ab hora* 6 *ad* 6, *an antiquus Norvegorum*

rum & Iſlandorum artificialis dies, *ab hora* 4½ *matutina ad* 7½ *veſpertinam, vel à* 7½ *ad* 7½ *vel etiam* ſolaris, *ſeu id tempus qvo ſol ſupra horizontem qvovis die apparet, nam ad omnes prædicatum illud, cujus triens ſuperſtes eſt hora* nona, *ob diverſum Nonæ initium applicari poteſt. Qvamdiu autem qvale Non hic & qvalem Diem Reges indigitent, incertum eſt, tamdiu etiam difficile, imo impoſſibile erit, ex hoc dicto de initio & fine* diei naturalis *certum ſtatuere.*

2) *Dicit pag.* 320. Otta ſem er takmark þridiu ſtundar efter midnætti, ſegia kongarner ſkule vera endir næturennar. ↄ: *Ottam, qvæ eſt terminus* 3 *horæ poſt mediam noctem, jubent Reges eſſe finem noctis: Sed qvis hoc in eorum verbis inveniet. Porro dicit:* hvaraf ſiá má at á náttmálum, þrem ſtundum fyrer midnætte, hafa þeir viliad nóttinn ſkylde byriaſt, ↄ: *unde videtur voluiſſe illos noctis eſſe initium* Náttmál, 3 *ante mediam noctem horis. & qvis hoc ex eorum verbis eruet? Et tandem interjectis qvibusdam ejusdem farinæ:* af hvöriu menn kunna fyrer viſt ad ſiá, hvad lángur dies artificialis ege ad halldaſt her nordarlega i Europa, á öllum tímum árſens, ↄ: *ex qvo certe conſpicitur qvantus dies artificialis hic ad ſeptentrionale Europæ latus, qvovis anni tempore haberi debeat. Sed ut reliqva aut falſa aut incerta ſunt, ita qvis hoc credat, Reges ſcil. Norvegiæ, omnibus Europæis ſub Septentrione habitantibus, leges & jura dediſſe, qvomodo diem artificialem diſtribuerent: Noſtra eqvidem ſententia, hæc lex nullos obligavit præter incolas tractus Gulathingenſis, qvi vix eſt qvarta Norvegiæ pars, & certe nunqvam alios obligaſſet, niſi ſolos Iſlandos, qvi tum temporis gens libera, ſponte ſua has leges recepit, & ſuas fecit, tantum ad tempus, & id tantum qva ſolam religionem tangit: Sed procedente tempore ex illa formavit Jus Eccleſiaſticum*

Thor-

Thorlako-Ketillianum, qvod qvomodo hunc articulum intelligat, & exponat, paulo inferius oſtendam.

3) *Dicit Ottam eſſe* Takmark *terminum vel limitem horæ* 3, *ſed qvalis hic limes ſit non expreſſe dicit. Si aſſereret qvod hora* 3. *in Otta, ideſt in ejus meditullio inciperet, non erraret, ſed cum per* hanaóttu *intelligat ipſum gallicinium, & per id initium horæ* 3. *tandemqve per initium horæ* 3. *initium Ottæ, graviter errat, & ſuo more veteres Ottæ limites cum recentioribus confundit. Porro qvod hæc* hanaótta, *ex hoc Regum edicto ſit finis noctis verum non eſt, cum id eo qvo vult ſenſu nec implicite nec explicite in eorum verbis habeatur, nam licet Otta revera ſit ultima noctis pars, Reges tamen id non dicunt, nec hic de fine noctis unum jota habetur, cum Reges tantum loqvantur de fine feriarum, in initio Hanaottæ conſtituendo.*

Præterea hic & alibi confundere videtur Ottu *trihorium cum* hanaóttu *gallicinio, unica hora, & optimorum criticorum judicio, hujus trihorii ultima aut poſteriore parte; tandem Ottam, qvam ante vocaverat finem noctis, dicit eſſe primam diei partem, cum aliorum judicio ſit ultima noctis pars, unde antiqvi eam & à mane, & à tempore ante meridiano luculenter diſtingvunt, ut Edda invariata Fab.* 38. Þór ſtód upp i Ottu fyrer dag, ↄ: *Thorus in Otta ante diem ſurrexit; & in Atlamalum:*

Myrgin mez vago	Unz mideann dag liddi
Otto alla	Oc aundverdann dag. ↄ:
Maxime cædes fuit mane;	*Meridie*
Tota Otta,	*Et ante meridiem.*

Ubi qvatuor hemeronychtii partes ſeu Eiktæ *nominantur,* Otta, midur dagur, myrgin & aundverdur dagur, ↄ: *Otta, meridies, mane & tempus ante meridiem. Sed qvod hic non naturali or-*

dine enumerantur, metri causa, & ob alliterationem fit. Prævidens itaqve hujus argumenti debilitatem, non dubitat hæc legis verba adulterare, ut paulo inferius monebimus.

Pars II.

Secunda hujus horologii pars consistit in divisione totius hemeronychtii in 4 *pares partes,* 6 *horas continentes, qvarum primam dat* noƈti *ab hora* 9 *vespert. ad* 3 *matut.; secundam ab horæ* 3 *initio ad horæ* 9 *finem vocat* mane*; tertiam ab hora* 9 *ad finem* 3 *pomerid. vocat* diem; *qvartam à* 3 *ad* 9 *vocat* vesperam. *Hanc divisionem probat*

a) *Nominibus horarum:* Midurmorgun, *medium mane, qvod necessario debeat incipere ab hora* 3 *& desinere in* 9, *cum* 6 *sit ejus meditullium. Meridis sit hora* 12, *ergo dies necessario habeat initium ab hora* 9 *antemerid. sed finem in* 3 *pomerid. Meditullium tertiæ partis seu vesperæ sit hora* 6 *communiter dictum* Miduraptan, *ergo ejus initium sit hora* 3 *finis vero hora* 9. *Qvartæ partis meditullium sit* Midnætti *unde necessario habeat initium ab hora* 9, *sed finem in* 3 *antemerid.*

b) *Probat suam thesin ex qvalitatibus harum partium, collatis cum eorum nominibus,* 6 *horas semper esse lucidas, ideoqve singularem constituere partem qvæ dies vocatur;* 6 *horas esse nigras & tenebrosas, ideoqve naturaliter alteram partem facere: De diluculo matutino & crepusculo vespertino, verbis parcet, cum necessario seqvatur eas duas reliqvas diei partes constituere.*

c) *Uberius probat hanc divisionem qvarundam gentium more, hemeronychtium in* 4 *pares partes dividentium, qvarum nullam nominat præter solos Judæos generaliter autem hæc omnia probat auctoritate antiqvi Calendarii, qvod non hic sed alibi*

dicit

dicit aut conjicit, ſcriptum eſſe Seculo XIV, qvod ita hemeronychtion dividat. "*Prima pars diei naturalis eſt ab hora 9* "*noctis ad 3 diei, ſecunda à 3 ad 9 diei, tertia ab hora 9 an-*"*temerid. ad 3 pomerid., qvarta ab hora 3 noctis ad 9 horam* "*noctis.*" *In ſpecie autem qvod veſperam attinet, probat ejus initium & finem ex Ex. 12. de oblatione Minchæ, & mactatione agni Paſchalis, qvod præceptum omni contradictione majus eſſe dicit.*

Ad hæc primo generaliter reſponderi poteſt, frivolum videri, cæremonias & leges particulares ac poſitivas, Iſraelitis præſcriptas, licet Romana Eccleſia eas longo poſt tempore acciperet, & ſuis placitis incruſtatas, ad alios propagaret, demumqve Eccleſia Iſlandica Seculis 14, 15 & 16. Syſtema qvoddam ex illis & Majorum traditionibus conſarcinaverit: frivolum inqvam videri, tale ſyſtema tribuere genti penitus prophanæ, ſine Deo & ſine lege (ut ita dicam) Seculis 9 & 10 viventi, qvæ etiam poſt acceptam religionem chriſtianam, antiqvas conſvetudines, uſqve in Seculum XIII retinuit, nec niſi tarde & paulatim deſeruit, hoc enim eſt (ut dici ſolet) à baculo ad angulum argumentari, diviſio enim hemeronychtii qvæ hic proponitur, aut ab ea non multum abludens, recepta & in uſu fuit, proximis ante religionis reformationem ſeculis, ſed priſcis illis Iſlandiæ incolis de qvibus hic ſermo eſt, prorſus ignota fuit, nam licet hemeronychtion in partes dividerent, non tamen in qvatuor pares, nec eas habentes metas, qvæ hic ponuntur, ut ſuo loco indicabimus. In ſpecie autem reſponderi poteſt ad qvædam hic propoſita doctiſſimi viri placita.

1) *Antiqviſſimi Iſlandi nullam nocti præ die tribuerunt prærogativam, ut in Tractatu ea de re ſcripto perſpicuè probatum eſt.*

2) *Antiqvos* 4 *qvidem Nychthemeri partes impares agnoviſſe conceditur, ſed qvod eas pares ſtatuerint, nulla adfertur probatio, qvam hic deſideramus, & contrarium ſuo loco probabitur.*

3) *Ut ſuæ theſi veritatis ſpeciem conciliet, facit Ottam primam diei partem;* & efri lut dags *partem veſperæ, ſed Otta non fuit prima dici pars, ut paulo ante probavimus, ſed ultima noctis triens, nimis ideo audacter verba Codicis Gulathingenſis, qvæ ut in antiqviſſimis Codicibus habentur, pag.* 319. *incorrupta adtulerat, ſed denuo eadem adferens pag.* 329, *& ex illis probaturus Ottam eſſe diei initium, id qvod voluit in illis non inveniens, adulterare non dubitat, dicens,* til hanaóttu *ad lidenne* Mananótt, *uſqve ad Hanaottam* finita *nocte diei lunæ, qvam licentiam ſi plures exercerent, brevi pauca antiqvitatis documenta incorrupta haberemus, cui maculæ abſtergendæ nihil opitulatur dictum Eddæ antea à nobis allatum, dicens Thorum ibi noctem egiſſe, ſed in Otta ante diem ſurrexiſſe, cum id per noctem intelligat potiores & priores ejus partes, concubium ſcil. & conticinium, ſed expreſſe dicit Thorum in (tertia parte noctis) Otta ante diem ſurrexiſſe, doctiſſ. autem Præſul ex ſuo hic inſerit vocem* ad lidenne (*finita Otta*) *qvod in Textu Originali non reperitur, & ut probet Ottam diei, ſed non noctis partem fuiſſe. Nec* efri hlutur dags *ſuperior diei pars ad veſperam pertinebat, ſed ab ea fuit diverſum trihorium, ut ex hiſtoriis patet, qvarum jam tantum Sturlæum in Vita Haraldi Stremi Cap.* 97. *adducam:* Þetta var hinn efra lut dags, ↄ: *hæc facta ſunt ſuperiore diei parte; ſcil. cum acerrime pugnaretur, & Nordmanni caderent. Sed Cap.* 98. *de fuga Starkari ſcribens:* Um kvöldit giördiſt vindur nockur, *veſpere ventus ſubortus eſt. Hæc autem ita confundit, ut imperito*

perito vulgo fucum faciat, & plures hac techna in ſuam ſententiam ducat, qva licentia antea valde ſuſpectam cauſam pejorem fecit.

4) *Calendarium qvod allegat, bonum qvidem & conducibile eſſe poteſt ad indicandum computum Eccleſiaſticum ſui ævi, ſed genuinum id eſſe fætum Seculi XIV monſtrat initium à nocte ſumtum in enumeratione partium hemeronychtii, nam talis de nocte computandi modus, hoc demum tempore firmas in hominum mentibus radices fixerat, ideoqve de anterioribus Seculis ſuſpectum & certe non indubitatæ fidei.*

5) *Qvid argumentum ex Ex.* 12. *petitum de Mincha inter duas veſperas offerendo valeat ad probandum primos Iſlandiæ incolas noctem ab hora diei* 9 *inchoaſſe, non opus eſt ut verba profundamus, aut tempus teramus, cum ejus debilitas ſe ipſam prodat.*

Pars III.

Tertia hujus horologii pars conſiſtit in hemeronychtii diviſione ſecundum mundi & horizontis plagas, qvas hic ad ductum & normam ab Epiſcopis Thorlako & Ketillo in Juris Eccleſiaſt. Cap. 26. *inſtitutum, ordinat & proſeqvitur, in eo autem non parum hallucinatur, qvod eas Octo tantum agnoſcat, cum antiqvi ſedecim numeraverint, & harum enumerationem à media nocte orditur. Hinc ad horas & vigilias Judæorum tranſiens, earum ordinem & nomina operoſe proſeqvitur, tandemqve ab illis ad Catholicorum horas canonicas, hic olim uſitatas divertit, qvas cum noſtratium* Eiktir *ſeu trihoriis comparat, dicitqve illis per omnia ſimiles eſſe, qva limites & durationem, tandemqve hanc diatriben ea finit clauſula, qvod illam eum in finem ſcripſerit, ut oſtenderet qvam abſurda ſit eorum ſententia,*

qvi majores noſtros hemeronychtion in impares partes diviſiſſe putant, in qvibus deſideramus.

1) *Qvod octo minorum plagarum ſeu meditulliorum mentionem plane omittit, qvæ antiqvi non ſecus ac octo plagas cardinales agnoverunt, & in illis perinde ac reliqvis diei metas collocarunt, ut haud paucis antiqvitatis documentis probari poteſt, qvod utrum data opera volensqve ac ſciens, an vero imprudens & inſcius fecerit, non dixero, licet prius veriſimilius videatur, cum in hac Diatribe omnia ſemper haud optima fide agat.*

2) *Eiktas ſeu trihoria pariter ac antiqvi octo agnoſcit, ſed illis contra antiqvorum mentem eandem ſedem ac terminos cum* Att, *ſeu plagis denegat, cum idem plane ſint, & in nullo prorſus differant, niſi qvod* Att *ſit meta horizontis,* Eikt *autem meta temporis, qvo ſol unam integram horizontis plagam tranſit, hinc etiam utraqve eandem habet denominationem,* Att *plaga mundi à voce Iſlandica* Atta, *octo, ſed* Eikt *à voce Latina octo.*

3) *Cauſam qvam adfert, cur ejus judicio ſit impoſſibile, ut hæ ſorores cosdem habeant limites fere dixeram eſſe ridiculam, ſi non à tanto viro ſerio adhibita eſſet, ad faciendum id diſcrimen qvod adfert, ſcil. qvod* Eikt *competat diei, & conſtituat ejus partes, ſed non plagis, qvare omnino in ipſo Boreæ regno, & incipere & deſinere neceſſum ſit, qvæ me non intelligere ingenuè fateor, puto enim præeunte ſana ratione, & eadem rectè utentibus Epiſcopis Thorlako & Ketillo in Juris Eccleſiaſt. Cap.* 13. *vocem* Eikt *ad qvamvis plagam horizontis, ſive eam ab ejus initio ad finem, ſeu meditullio ad alterius meditullium, metiri velis, applicari poſſe, id enim faciunt nominati Præſules l. c. ut & Cap.* 26, *ex qvorum collatione manifeſtum*

eſt

eſt Eikt & Att, *eandem prorſus ſedem, finem, ac initium eorum ætate habuiſſe, qvo ut nobis videtur, tota ſua ſponte corruit hæc doctiſſimi viri ſtructura.*

4) *Nec facile eſt intellectu qvare initium diei & Eiktarum jam in medio ſeptentrione collocet, cum paulo anterius initium diei in oriente poſuerit, forte qvod* Eikt, *naturali qvadam ſeu phyſica ratione aut neceſſitate (nobis occulta) ad ſeptentrionem pertineat, qvod nullo modo credere poſſumus. Veriſimilius eſt eum ſui aut prioris aſſertionis oblitum eſſe, & memoriæ lapſu tam ſubito ex Hebræorum in Romanorum caſtra tranſiiſſe; veriſimillimum autem qvod Paulo Vidalino contradicendi ſtudium hujus rei primaria cauſa fuerit ante enim in qvodam ſuo ſcripto & Att & Eikt, initium in meditullio plagarum denegaverat, jam vero à Vidalino de plagis auctoritate Juris Eccleſiaſtici convictus, illis hanc ſedem concedit, ſed trihoriis ſeu* Eikt, *eandem ut antea negat, cum illa in jure Eccleſiaſt. non nominetur, ſed ut ut hoc ſit, cum hic ſermo ſit de antiqviſſimis Iſlandiæ incolis, qvi Seculis* 10 *&* 11 *vixerunt, qvorum conſvetudines uſqve ad Seculum* 13 *durarunt, noſtra ſententia nec Judæorum nec Romanorum mos diem inchoandi illis tribui poteſt, cum illis ignotus fuerit: Taceo qvod longe alia fuit ratio & cauſa horarum canonicarum apud Romanos, ſcil. certo tempore in rei cujusdam memoriam convenire in templis, qvam apud gentiles, qvi illis tempora diſcriminabant, & tales in rei oeconomicæ gratiam inſtituebant.*

5) *Vigiliarum & apud Latinos & Hebræos nomina & ordo qvæ adfert, bene qvidem & rectè comparata eſſe poſſunt, ſed nihil aut perparum ad præſentem rem faciunt, nec Iſlandica illa qvæ adferuntur Eiktarum nomina, ſunt (ut vult vir doctiſſ.) omnium antiqviſſima, qvibus crediderim primos aborigines &*

eorum

eorum posteros usos fuisse. Certe Non & Otta, ut & ipsa Eikt sunt voces peregrinæ, ex lingva latina una cum religione christiana à nostratibus adoptatæ, nec Midmunda & hádege *sunt aut unqvam fuerunt Synonyma, nostra autem antiqva lingva Eiktæ aliis gaudebant nominibus infra §. II. & III. indicandis. Reliqva autem qvæ sapiunt majus artificium, bona qvidem & genuina esse non nego, sed recentiora sunt qvam simplicissima illa qvæ solam rei indolem lingva vernacula exprimunt. Hæc sunt doctissima Præsulis fortissima, sed veritati minus consona, præcipua argumenta, qvæ unacum succincta Epicrisi, qvasi in fasciculum collecta, Lectorum oculis sistere necessum duximus.*

Qvæ autem nos seqvimur Historiarum & legum rationes sunt seqventes. Testantur probatissimi Auctores Snorro Sturlæus in Vita Olai Sancti Cap. 133, *ut & Codex Flatejensis in Vita Olai Cap.* 119, *Islandos Jus Ecclesiasticum circa annum* 1020 *ad normam ab hoc Rege præscriptam instituisse, qvod unacum constitutionibus Episcoporum Isleifi Gissuri & Jonæ Ogmundi usqve in annum* 1123 *in Islandia vim legis habuit, cum instinctu Adzeri Archiepiscopi Lundensis, ex his omnibus Thorlakus & Ketillus episcopi, novum conflarent Jus Ecclesiasticum, cujus Cap.* 13. *indubiè ex Codice Olaviano desumtum est, cum vix ovum ovo possit esse similius, qvam hæc sunt, si exceperis tantum has apparentes & verbales sed non reales differentias.*

a) *Olavianum edictum jubet festa & ferias inchoare ab hora* 3 *seu* Nón *d. Saturni, cum tertia pars diei adhuc superstes est. Thorlacianum vero ab eadem hora* 3 *cum sol duas partes Libanoti transiit, una autem supereſt.*

b) *Olavianum terminat has ferias ad initium* hanaóttu ↄ: *gallicinii. Thorlacianum vero in* efra hlut nætur, ↄ: *superiore seu ultima noctis triente, qvi antiqvis Islandis idem fuit*

ac

ac recentioribus Otta, ideſt tempus incipiens ab hora $1\frac{1}{2}$, *ſed deſinens in* $4\frac{1}{2}$.

c) *Utriqve* (*ut videtur*) *diem proprie & ſtricte ſic dictum excluſo mane inchoant hora* $7\frac{1}{2}$ *antemerid. in qvo puncto* Dagmál *ſeu* Dagmálaeykt *antiqvorum incipiebat, & veſpere in hoc puncto incluſo in hora* $7\frac{1}{2}$ *pomerid. finiunt, qvod de Thorlaco certum, ſed Olao valde veriſimile eſt, cum Thorlacus eum imitatus fuerit, ſecundum qvem computum tertia diei pars ſuperſtes eſt, hora pomerid.* $3\frac{1}{2}$ *& in eodem temporis momento ſedem habuit punctum à Thorlako indigitatum, cum ſol duas partes Libanoti tranſierit, una autem reſtat. Vide Hiſt. Eccleſ. Iſl. Tom. IV. pag.* 153, *ut hoc modo omnia hæc ſe bene habeant, & optime concordent, nec in minimo diſcrepent, niſi qvod Olavianæ feriæ ad* hanaóttu, *horam ſc.* 3, *Thorlacianæ vero tantum ad* efri hlut nætur, *ſeu horam* $1\frac{1}{2}$ *extendantur. Qvæ diſcrepantia facile conciliari poteſt, ſi concedatur Olaum vocaſſe totam Ottam* hanaóttu *ſeu gallicinium, eo qvod gallicinium in ejus medium punctum incidit, licet recentiores gallicinii ſeu* hanaóttu *nomen, tantum ad horam* 3. *& poſteriorem hujus trihorii partem reſtringant, qvo pacto tota doctiſſimi viri operoſiſſima machinatio, qvatenus à veritate diſſentit, aut ſua ſponte corruit, aut errores facile vitari poſſunt, præſertim ſi prudens Lector ſibi à viri hujus doctiſſimi & magnæ auctoritatis in hocce opuſculo tantum non ubiqve uſitato antiqviſſimas conſvetudines & perſvaſiones, non modo cum indigenarum longè recentioribus inventis ac novitatibus, ſed qvandoqve etiam Judæorum ac Romanæ Eccleſiæ majoribus noſtris prorſus ignotis moribus ac placitis commiſcendi, & ex tali mixtura ſub veritatis qvadam ſpecie, id qvod habere voluit concludendi artificio aut techna ſedulo caverit, ſed has ab illis ſc. antiqvas à novis, peregrinas ab indigenis, caute*

distinxerit, hac autem observata cautione, doctum hocce opusculum legisse non pœnitebit, cum multa ad hanc rem facientia, haud vulgarem sapientia eruditionem, nec alias ubiqve obvia hic inventurus sit.

His ita præmissis, eum magis in finem ne arguemur, qvam alios nostra sponte arguemus propositum pensum aggredimur, cujus tres erant particulæ.

Prima qvæ antiqvissimum Islandorum horologium è tenebris eruet, & publico sistet, prout in antiqvis monumentis id invenire concessum est, qvod doctissimi supra nobis memorati Duum-viri, aliiqve, qvi de hoc argumento aliqvid scripserunt, prorsus (qvantum nobis innotuit) intactum præterierunt.

Secunda autem recentius illud horologium de qvô tam diversa prodiderunt, qvam fieri potest, accuratissimè, sepositô omni partium studio statuminabit & explicabit.

Tertia modernum, prout vulgus hodie horas computat.

PARS I.

§. I.

Antiqvissimos Islandiæ incolas à prima ejus occupatione ad Seculum XII. completum, (tamdiu enim consvetudines Oeconomicas & Civiles à majoribus acceptas, aut penitus aut parum immutatas retinuerunt) diem naturalem lingva vernacula dægur *hemeronychtion vocabant, nam tempus per noctes computare, nisi in certis causis & casibus non solebant, hemeronychtion autem qvodvis in duas natura æqvales partes dispescebant, qvibus diei & noctis nomina indiderunt, nullo (ut videtur) in hac divisione, ad harum partium confinia diluculum scil. seu mane, & crepusculum seu vesperam, alio habito respectu, qvam ad reli-*

reliqvas minores hemeronychtii partes, nec, ut puto, indubie conſtat, cuinam parti, diei ne, an nocti, eadem adnumeraverint, licet nobis veriſimilius videatur, qvod utrumqve diei ob ejus tempore brumali brevitatem attribuerint; univerſum enim diem naturalem ſeu hemeronychtion, primo in 8 *æqvales partes, ſecundum* 8 *horizontis plagas, aut qvod veriſimilius videtur, totum horizontem, primo in* 4 *plagas cardinales, & deinde illas in alias* 4, *tandemqve has octo in* 16 *plagas diviſerunt, illisqve convenientia indiderunt nomina, ita ut* 4 *primas cardinales vocarent:* 1) Auſturátt, *orientem;* 2) Sudurátt, *auſtrum;* 3) Veſturátt, *occidentem;* 4) Nordurátt, *boream. Sed ſecundarias* 4, *qvæ in harum medio ſitæ fuerunt, vocarunt:* 5) Landſudur, *plagam Vulturni;* 6) Utſudur, *plagam Libanoti;* 7) Utnordur, *plagam Cori;* 8) Landnordur, *plagam Cæciæ. Cumqve enumerati termini ad certam & minutam temporis notationem adhuc nimis laxi viderentur, omnes has* 8 *horizontis plagas ſeu regiones, denuo in ſemiſſes diviſerunt, qvas* Midmunda *ſeu meditullium hujus vel illius plagæ vocarunt, ut ita* 16 *in univerſum exiſterent horizontis partes, ſed tamen nonniſi octo Cardinales plagæ, qvas* Atta *ſeu octavas vocabant. His Octavis in horizonte aſſignarunt ſedes & certos terminos, ne unacum altera confundi poſſet, & hæc ita ſecundum ipſam rei naturam ordinarunt, ut initium & finis cujusvis octavæ in confinio plagarum mundi conſtitutum eſſet, ſed octavæ meditullium in cujusvis plagæ centro ſeu medio puncto locum haberet, de qva ordinatione nobis fidem faciunt teſtes omni exceptione majores Thorlacus & Ketillus, aliiqve viri ſapientes, qvi unacum illis Anno* 1123 *Codicem Juris Eccleſiaſtici adornarunt, ita enim illi Cap.* 26. Nótt ſkal vera um ſumar, þá er ſól gengur um Nordurátt. Þad er nordurátt, er ſól er kominn i beggia

átt nordurs og útnordurs, og til þeſs hún er kominn i beggia átt nordurs og landnordurs. ↄ: *Nox erit tempore æſtivo, dum ſol plagam borealem tranſit: Plaga ſeptentrionalis eſt, â qvô ſol in medium punctum Cori & Boreæ pervenit, uſqve dum in medium Boreæ & Cæciæ venit. Conf. Cap.* 13. *ubi plagam Libanoti perinde fere deſcribunt, qvam ordinationem eos non primum inveniſſe & populo obtruſiſſe, ſed ab antiqvitate mutuatam, in ſuas jam figendas leges Eccleſiaſticas retuliſſe, omnino eſt veriſimillimum.*

§. II.

Diſtributo, & ad tales, ut mox diximus, claſſes redacto horizonte, proximum fuiſſe videtur ut ex die naturali ſeu qvovis hemeronychtio diem artificialem formarent, eumqve in certas horas & minutiora tempora ac interſtitia ad res oeconomicas & civiles commode peragendas accommodata dividerent, & unicuiqve horum conveniens nomen inderent, cum dici & noctis tantum eſſet naturale diſcrimen, ut ſua ſponte in oculos incurreret, non eſt qvod putemus, horum diviſionem illos diu moratam fuiſſe, nec opus eſt ut dubitemus, eos diem à matutino tempore exorſos fuiſſe, cum in eorum antiqviſſimis legibus mandatum & concluſum ſit, ut dies noctem in omni temporum computo præcedere debeat, ut in Tractatu de noctis præ die prærogativa aut dubia aut nulla, *ſufficienter probatum eſt, nec qvod diem naturalem à tempore matutino initium habuiſſe crediderint, tandemqve qvod id ad horam* 4½ *ſeu regionem Aparctiæ retulerint, conf. l. c. §. CXVIII. Unde nullum eſt dubium, eos diem naturalem ab eodem momento etiam inchoaſſe, eumqve ſecundum* 8 *mundi ſeu horizontis plagas in tot octonas diviſiſſe, qvas illi, (ut communiter putatur), diſtinctionis gratia ab octa-*

vis

vis Eiktir, *nos jam octonas vocamus, unicuique harum ex lingva vernacula derivata nomina indiderunt, ejus usum ac indolem optimè exprimentes, quæ naturalis simplicitas de horum nominis antiqvitate optimum fert testimonium, vocula autem* Eikt *seu octo aut octava cum sit peregrinæ nationis, ut certum asseverare non audemus, antiqvissimos aborigines partes diei hac voce Latina nominasse. Nobis non minori verisimilitudine gaudere videtur, qvod prima illa & simplicissima tempora, tam mundi plagas, qvam tempus qvo sol qvamvis plagam transiit, eodem nomine* átta *ex lingva vernacula desumto ornavisse, posteriora vero secula nomen* Eikt *à peregrinis mutuatum, ad hasce res melius discernendum, lingvæ nostræ intulisse, cui sententiæ nihil obstat hujus voculæ à probatissimis Auctoribus qvi Seculo* 12 *&* 13 *& postea scripserunt, freqvens usurpatio, cum illi voces sua ætate receptas, ad describendum res antiqvas, ut plurimum adhibuerunt. Simplicissima autem & antiqvitatem maxime sapientia Octavarum nomina ipso sono & prima notione indicantia ad qvam diei partem pertineant, apud antiqvissimos & optimæ notæ Auctores occurrunt. Voluspa dicit ipsos Deos in principio rerum illis hæc indidisse nomina:*

Nótt og nipeom *al.* nidom	Naufnom gáfo
Myrgin heto	Oc mipeann dag
Undern oc aftan	Arom at telea. *Idest:*
Nocti & ejus cognatis, (filiis)	*Nomina dederunt,*
Mane vocabant	*Et meridiem.*

Pomeridianum tempus & vesperam in annos numerandos. Ubi notandum venit de nocte & ejus nideom, *qvod ea vox notet prosapiam & cognatos, ut sensus sit, dederunt nomina nocti & ejus prosapiæ, idest partibus diei, qvæ in seqventibus recensentur, nam Edda tradit diem fuisse Dellingi, ideſt solis &*

noctis filium, *vel nocti &* nidom, *ut notet ipsam noctem intempestam*, *& alias tenebras*, *concubium scil. & gallicinium*, *quæ sic ut diversæ horæ ab ipsa intempesta nocte distingverentur*, *qvod si ita esset*, *haberemus in hac enumeratione indicem & nomina septem octonarum ab ipsis Diis impositа*, *sed ut ut hoc sit*, *certum est qvod qvinqve hic enumerentur*, *reliqva autem aliunde peti possiunt. Atlamal enim uno in loco collecta habent* otta, morgun, öndverdann dag, mideann dag, *sed completus earum numerus & simplicissima norma ex antiqvissimis & optimis documentis collecta sunt*, *qvæ seqvuntur.* 1) Morgun, *mane.* 2) Öndverdur dagur, *anterior diei pars.* 3) Hádege, *meridies.* 4) Efri lutur dags, *posterior dici pars*, *vel* Lydandi dagur, *dies vergens*, *vel* Þridiungur lifer dags, *tertia pars diei superstes est.* 5) Kvöld, *vesper.* 6) Öndverd nótt, *anterior noctis pars.* 7) Midnætti, *media nox.* 8) Efri lutur nætur, *posterior noctis pars*, *vel* Þridiungur lifer nætur, *triens noctis superstes. Cum hæ octonæ seu* Eiktir, *plane in nullo ab octavis seu plagis horizontis differrent*, *nisi qvod octo plagæ pertinerent ad horizontem*, *& eum in* 8 *pares partes dissecarent. Octonæ autem seu* Eiktir *ad tempus pertinerent*, *qvo sol qvamvis plagam transiit*, *manifestum est*, *qvod hæ duæ sorores*, *easdem debuerint habere sedes*, *eosdemqve terminos*, *ita ut hæ seu octonæ*, *cum solis in hanc vel illam plagam ingressu cæperint*, *& cum ejus egressu finem habuerint*, *qvod etiam sat luculenter probant Episcopi Thorlakus & Ketillus Juris Ecclesiast. Cap.* 13, *ubi finem Eiktæ specialissimæ*, *qvæ fuit ultimus triens Eikt sacræ terminant*, *cum exitu seu occidentali termino plagæ Libanoti*, *ut & Cap.* 26. *de solis per plagam borealem transitu loqventes.*

§. III.

§. III.

Incipiebat itaqve dies artificialis, & prima ejus octona seu trihorium, à matutino tempore, qvod mane seu morgun *vocabatur, hora* $4\frac{1}{2}$ *antemerid. & duravit usqve ad* $7\frac{1}{2}$. *Hocce trihorium communiter vocabatur mane* morgun, *eo qvod nullo anni tempore sine ulla diei facula fuit, cum in australi Islandia dies etiam brumali tempore in ejus regione oriatur, & per* 9 *horas modernas cum semisse se extendere censeatur. Reliqvæ diei partes vocabantur* öndverdur dagur, *anterior diei pars, ab hora moderna* $7\frac{1}{2}$ *usqve ad* $10\frac{1}{2}$. *Ibidem autem incepit* hádegi *seu* Middege, *meridies, ab hora* $10\frac{1}{2}$ *usqve ad* $1\frac{1}{2}$. *Cui accessit* Undern, *seu* efri lutur dags, *superior diei pars, qvæ incepit hora* $1\frac{1}{2}$, *sed finem habuit* $4\frac{1}{2}$. *Vox* Undern *hodie obsoleta est in Islandia, aliis vero nationibus usitata, vide Ihres Lexic. in voce* under. *Tunc occepit* Aptan, *vesper, ideo forte sic dictus, qvod in ejus fines tribus fere anni qvadrantibus sol occidit, & nullo anni tempore penitus sine aliqvo lucis usu est. Finem hæc octava habuit* $7\frac{1}{2}$, *hic autem prima pars noctis, dicta* öndverd nótt, *incepit, & duravit ad horam* $10\frac{1}{2}$, *unde* Midnætti, *media nox, seu nox intempesta initium habuit, sed finem in* $1\frac{1}{2}$ *antemerid. in ejus autem fine* efri lutur nætur, *superior noctis pars;* pridiungur lifde nætur, *triens noctis superstes, vel* Otta *incepit, finem habens in* $4\frac{1}{2}$ *matut. unde hunc recensum orsi sumus. Hæc fuit genuina primorum Islandiæ incolarum diei naturalis seu totius hemeronychtii communiter usitata divisio, illa enim & non alia antiqvissimis & classicæ auctoritatis documentis probari potest, in qvâ nihil absurdum occurrit, qvod enim suas horas integras à nostris modernis horis mediis inchoarunt, inde venit, qvod earum trihoria sedem in ipsius plagæ centro seu medio puncto postulabant, utpote in illis ipsis, & solis per earum*

fines

fines tranſitu fundatæ, alias enim horas, ſeu civiles ac oeconomicas temporis metas antiqviſſimi Iſlandiæ habitatores, qvam has Octonas Eiktir, *qvarum unaqvæqve continebat* 3 *horas modernas, & ſemitrihoria* hálfa Eikt, *ſeſqvi horam modernam non habuerunt, minoribus enim caruiſſe videntur, aut ſi habuerunt, certe eorum nomina & memoria dudum intercidit; Qvod primis aboriginibus hanc ordinationem & diſpoſitionem adſcribimus, non ita accipiendum acſi putemus eos hujus rei fuiſſe primos inventores ac ſtatores, ſed qvod illi has conſvetudines partim à ſuis majoribus acceptas, ſecum in Iſlandiam intulerint, partim à ſe auctas, & pro regionis natura in qva jam lares fixerant, reformârint, ſtatuminarint, & poſteris tradiderint, qvos eadem pro renata paulatim correxiſſe & poliviſſe, veriſimile facit exemplum Thorſteini Surti, qvi Calendarium à majoribus acceptum correxit, ut & Ulflioti, qvi univerſas patriæ leges reformare aggreſſus eſt. Alios autem haud minores reformatores, hac vicè libenter, tacitè tranſimus.*

§. IV.

Conſtitutis hoc modo & determinatis, tam plagis aut partibus horizontis, qvam ipſo hemeronychtio, in certas claſſes diviſo, & ad plagas ordinato, proximum fuit ut majores haſce horas in minutiores diſſecarent partes, easdemqve ſecundum ſolis per plagas mundi curſum dimenſas, ex ea, in qva ſol tum fuit conſtitutus denominarent, ut indicata plaga ſeu loco ſolis, qvivis, qvota eſſet diei hora ſcire poſſet, qvod hoc modo feciſſe perhibentur.

Primum diei momentum conſtituerunt ad finem nocturni temporis in regione Aparctiæ, ☉: *moderna hora antemerid.* $4\frac{1}{2}$, *qvod*

quod punctum ut putamus vocabatur hyrdis Risímál, *sed in antiquo libro* Stiörnu-Odda-Tal *vocatur.*

1) Sól i Midmundastad Landnordurs og Austurs, ↄ: *meditullium Cæciæ & Euri.*

2) Sól i Austri, *sol in Oriente.* Midurmorgun ↄ: *medium mane, hora* 6, & Risímál, *communis operariorum (extra fænisecii & piscaturæ tempus) surgendi hora, sunt Synonyma, incidentia in ipsum Orientis punctum, seu regionem Euri, ubi etiam constitutum medium horæ matutinæ majoris* (morgun-eyktarennar), *quæ incepit ab Aparctia.*

3) Sól i Midmundastad Austurs og Landsudurs, ↄ: *sol in meditullio Euri & Vulturni, sive in regione subsolani, antiquis initium trihorii* Dagmál, *hora* $7\frac{1}{2}$, *idest diei (specialissimè sic dicti) initium, nam eorum mane seu* Morgun, *unam horam* Eikt, *ab Aparctia ad subsolanum duravit.*

4) Sól i Landsudri, ↄ: *sol in regione Vulturni, hora* 9. *antemerid., in quam ad imitationem aut in gratiam Monachorum sequiora Secula suum* Dagmál *transtulerunt, illi enim hac hora suum* Tertz *seu Tertiam celebrarunt. Hoc tempus à subsolano ad Vulturnum sumendo jentaculo, mulgendis pecoribus, aliisque actionibus Oeconomicis destinatum fuit, usque dum procedente tempore hæc ad horam sequentem inter Vulturnum & Euronotum translata sunt.*

5) Sól i Midmundastad Landsudurs og Sudurs, ↄ: *sol in puncto Euronoti, seu meditullio Vulturni & Austri, hora* $10\frac{1}{2}$, *in hoc momento finem habuit plaga Vulturni* (Landsudurs átt), *sed incipiebat plaga, ut &* Eikt *australis, vulgo* hádege, hádeges eykt.

6) Sól i Sudri, *sol in puncto Austri, ipse meridies, nobis* hádege & middege, *medius dies, hora diei* 12; *de quo notan-*

dum, quod antiqvi interdum vocabant totum trihorium ab Euronoto, ſeu hora 10½, *ad auſtrum-Africum ſeu horam* 1½, hádege, *qvæ æqvivocatio multos in errorem induxit.*

7) Sól i Midmundaſtad Sudurs og Utſudurs *hora* 1½, *ſol in regione auſtro-Africi. Finis regionis meridionalis, ſeu initium plagæ Libanoti*, Utſudursátt, *& ſeqvioribus ſeculis* Nontid, *qvæ κατ' ἐξοχην vocabatur* Eikt, *& ejus ultimus triens* Eikt, *qvæ ſacra nomina, ut puto, antiqvos Gentiles latebant, ſed à chriſtianis impoſita & inventa ſunt.*

8) Sól i Utſudri, *ſol in regione Libanoti, hora* 3 *pomerid.* (*vulgo* Nón), *eſt meditullium horæ majoris qvartæ.*

9) Sól i Midmundaſtad Utſudurs og Veſturs, ɔ: *ſol in meditullio Libanoti & Zephyri, ideſt in puncto Argeſtæ, hora* 4½. *In hunc incidit finis diei ſpecialiſſimè ſic vocati, ſcil. à ſubſolano, veterum* dagmál *inchoatus, veſper autem hic incipiebat, hic enim utraqve Eikt finiebatur.*

10) Sól i Veſtri, *ſol in Occidente, ſeu regione Zephyri, hora* 6. *communiter* Miduraptan, ɔ: *medius veſper, & medium plagæ ut &* Eikt *veſpertinæ.*

11) Sól i Midmundaſtad Veſturs og Utnordurs, ɔ: *in meditullio Zephyri & Cori, ſeu in regione Japygis, hora noſtra* 7½, *antiqvorum* Nattmál, *finis veſperæ & initium noctis, nam ut mane illis unum fuit trihorium, qvo ſol plagam Orientalem tranſiit, ita veſper qvo occidentem permeavit. Hac hora opera domeſtica veſpertina curabantur, & hic primus triens noctis incipiebat.*

12) Sól i Utnordri, *ſol in regione Cori, hora noſtra* 9, *circa hanc horam ſternebantur lecti, cæna parabatur, aliaqve ejusmodi opera abſolvebantur.*

13) Sól

13) Sól i Midmundaſtad Utnordurs og Nordurs, *ſol in meditullio Cori & Boreæ, ideſt in regione Circii, hora* 10½. *Hic incepit plaga borealis, ultima tempeſtas cubitum eundi tempore æſtivo, qvo forte reſpicit Lex Eccleſiaſt. de Sabbato agens:* Þat er nordurátt, er ſól er komenn i beggia átt Utnordurs og Nordurs, oc til þeſs hun er kominn i beggia átt Nordurs oc Landnordurs.

14) Sól i Nordri, *ſol in ipſo Boreæ puncto* ↄ: Midnætti, *hora* 12 *nox media.*

15) Sól i Midmundaſtad nordurs og landnordurs, *ſol in medio Boreæ ac Cæciæ, in medio habens Gallicum, hora* 1½. *Hic finem habuit ſecundus noctis triens ſeu concubium, ſed incepit ultimus* efri lutur nætur, *ut & Otta.*

16) Sól i Landnordri, *ſol in regione Cæciæ, medium Ottæ, ſed hujus horæ pars poſterior, videtur à Clero dicta fuiſſe* hanaótta ↄ: *gallicinium matutinum hora* 3.

Sól i Midmundaſtad Landnordurs og Auſturs, *eſt regio Aparctiæ, finis noctis & Otta, hora* 4½, *ſed initium diei, unde hunc recenſum exorſi ſumus.*

§. V.

Tali horologio per ſolius ſed ſanæ rationis uſum, multa experientia, & longa temporis obſervatione invento, ſed fundato in ſolis curſu, ſecundum 16 *plagas dimenſo, & ad certas in terra metas aut ſigna determinato, cum libris, manuductione, & inſtrumentis mathematicis deſtituti, ad metam perveniendi aliud medium, alianve viam non haberent, uſqve ad inductionem religionis chriſtianæ uſi ſunt primi Iſlandiæ habitatores. Sed eâ acceptâ, antiqva hæc diem metiendi, & horas per trihoria & ſeſqvi horas dinumerandi primo paulatim mutari*

cæpit, & procedente tempore penitus obsolevit, nam circa aut post annum 1200 *ad Monachorum morem, majorum horarum initia & fines* (Eiktamót), *à confinio plagarum, quod in earum* midmundastad, *medio intervallo constitutum fuit, in ipsarum medium punctum removebant, sed sesqui horæ in tantam venerunt oblivionem, ut nostrâ ætate ne nomen quidem superst, præter solum austri & Libanoti meditullium, in punctum austro-africi incidens, quod pristinum retinens honorem* (κατ' ἐξοχην), *hodie* Midmunda *vocatur, & inter Cardinales diei metas numeratur, unicè* (*ut puto*) *ea de causa, quod ad hoc tempus* (*horam scil. pomerid.* $1\frac{1}{2}$), *operarum prandium communiter alligatum est, quod si non fuisset, certe cum reliqvis eadem fata subiisset.*

§. VI.

Ne autem in suspicionem incurramus, quod tale horologium ipsi finxerimus, & antiqvis affinxerimus Auctores qvorum ductu id concinnavimus, nobis omnino nominandi sunt, ut curiosus Lector eos si placuerit, ipse consulere possit. Sunt autem illi Viri Celeberrimi, & fide dignissimi, qvorum hic

Primum locum dabimus Episcopis Thorlako & Ketillo, qvi ineunte Seculo XII. floruerunt, & libellum qvi communiter vocatur Jus Ecclesiasticum Thorlako-Ketillianum, operâ viri suæ ætatis doctissimi Sæmundi Sigfussonii conscriptum anno 1123 *evulgarunt. Hi pro re nata, & ut se obtulit occasio, nunc hujus, nunc illius horæ, sub antiqvissimis his nominibus, mentionem faciunt.*

Secundus nobis erit Liber notissimus, dictus Landnama, concinnatus qvâ Textum originalem ante medium Seculi XII. à viris hujus & subseqventium Seculorum doctissimis Ario & Kolskeggo, utroqve ob antiqvitatum scientiam Polyhistore nominato,

minato, qvi perinde ac priores oblata occasione, his horarum nominibus utuntur.

Tertium producimus Auctorem Tractatus, qvi communiter vocatur Stiörnu-Odda-Tal, *cujus argumentum est fere totum astronomicum, qvem Oddi qvidam ab harum rerum peritia communiter dictus Stiornu Oddi oraliter divulgavit, & posteris tradidit, sed ipse litteris non mandavit, vixisse enim videtur Seculo X. aut ineunte XI, anteqvam usus litterarum in Islandia percrebuit. Forma tam Systematis, qvam jam habet hic Tractatus, ut & ejus scriptio, communiter tribnitur Oddo Monacho, viro à pluribus lucubrationibus notissimo, qvi circa annum* 1200 *vitam finiisse videtur. Nos pro certo habemus qvod ante annum* 1200 *conscriptus sit, cujus haud spernenda indicia ipse continet. Cumqve hic Liber ex professo hanc materiam tractet, agit enim de solis occasu, & ortu in Islandia per totum anni circulum, ideo etiam plurima huc spectantia adfert, & utramqve fere paginam hic facit, unde plurima horum ipsi nos debere, grato animo agnoscimus.*

Qvartus hasce horologii metas nominans Auctor, sed non nisi ita ferente occasione, & qvasi aliud agens est Brandus Sæmundi, Episcopus Holanus, qvi anno 1201 *occubuit, ut & ejus in concinnanda Sturlungorum Historia successor & continuator Sturla Thordi, qvi* 1284 *vitam clausisse perhibetur, uterqve antiqvitatum peritissimus, earumqve ab interitu vindex solertissimus. Hi offerente se occasione, sæpius antiqvis hisce, qvam recentioribus horarum nominibus utuntur, ita tamen ut suspicari liceat hæc sub finem Periodi increbrescere cæpisse, qvod etiam est rationi consentaneum, cum recentius illud horologium sit Monachismi fœtus, ille autem Seculo XIII. maxime inolevit.*

Qvintus, qvi hoc agmen hâc vicê claudit, erit Holenſium Epiſcopus doctiſſimus Brandus Jonæ, in Libro qvi inſcribitur Stiórn, *concinnato ut videtur circa annum* 1260, *aut paulo ante ipſius obitum, qvi incidit in annum* 1264. *Hic vir etſi profeſſione eſſet Monachus, & ejus opera Monachiſmum ſapiant, nunqvam tamen lingvæ & antiqvitatum genuinam puritatem ejus cauſa prodit. Hinc de horis metisqve temporis ſcribens, antiqvis ſæpiſſime utitur nominibus & loqvendi modis.*

§. VII.

Laudatorum Auctorum ductu antiqvum illud horologium concinnavimus, ad cauſas autem aperiendas, qvæ Majores noſtros ad talem, ſed non aliter conſtitutam diei dimenſionem adegerunt, nullo opus eſſe Oedipo putamus, cum viris laborioſis profunda pollentibus meditationis facultate, omni orali carentibus informatione, librisqve ac aliis neceſſariis ſubſidiis deſtitutis, qvæ operoſiorem & politioribus uſitatam gentibus, diem metiendi methodum docere poſſet, hæc & certiſſima & ad metam perveniendi planiſſima via videretur. Et qvid viris ingenioſis, & ad qvævis fabricanda aptis natis, facilius fuit, qvam circularem primo aſſerem formare, ejusqve deinde extremitatem tot ſinubus interſecare, ut tot tandem ejus lingulæ porrigerentur, qvot horizontis plagas cognoſcere voluerunt, nam cognita una, reliqvæ omnes, nullo negotio per lingularum indicem dignoſcebantur, ſtatimqve monti, colli, tumulo, ſaxo, è regione hujus vel illius lingulæ ſitis, tempori, qvod notavit, conveniens nomen indiderunt, ex qvo qvota diei hora eſſet, ſol interdiu eandem metam ſupergrediens noctu autem Luna, Plejades, Urſa major, Heſperus, aliæqve ſtellæ indicabant, nam hæ etiam tempore nocturno, in conſilium vocabantur, ſiqve hæc

collo-

collocatio primo erraret, id mox poſtero die, aut cognito errore, corrigebatur, usqve dum ſe omnia recte haberent, aut à recto non multum abluderent. Obſcuro autem aëre, omnia conjecturis agebantur, qvæ ut plurimum à vero non multum aberraſſe videntur, ſi ex modernorum ruſticorum ſagacitate argumentari liceat. Tali majores noſtros horologio uſqve ad Seculum XIII. vel diutius uſos fuiſſe opinamur, cui ſententiæ nihil obſtat Hiſtoriarum ſilentium aut diſſenſus, alias nominantium horarum metas, cum illarum plurimæ poſt annum 1200 *aut ſcriptæ ſint aut interpolatæ, Monachos autem qvibus tale proprium fuit, plurima præſertim phraſes, & philologica, ad ſui temporis conſvetudines & cogitandi modum aptaſſe, notius eſt, qvam ut operoſis indigeat probationibus.*

§. VIII.

Decreſcente enim Magnatum ſtudio, eruditione & in literas amore, ſed creſcente indies Monaſtica auctoritate & divitiis, Cleroqve in omnibus fere rebus prævalente, litteræ qvidem non ſtatim exulabant, ſed ſolidiora ſtudia in Cæremoniarum ſacrarum, ſanctorum vitarum legendarum & juris Pontificii ſeu Decretorum Romanæ Eccleſiæ cognitionem tranſibant, ita ut qvicqvid talia non ſaperet, viris Eccleſiaſticis, qvi jam primas tenebant & ſoli aliqvid ſapere ſibi videbantur, ſorderet & contemneretur, unde evenit, qvod ad eorum lyram omnes tandem ſaltarent, eumqve inter Clerum Monachi ita excellerent, ut ad eorum nutum pleraqve agerentur, eorum autem ſummus religionis articulus in canonicarum horarum devota celebratione conſiſteret, qvarum efficacia omnes participes fieri optabant, factum eſt ut non tantum ipſæ preces, ſed etiam horæ illis deſtinatæ, aliis temporibus præferrentur, & tantum denique hæc ſuper-

ſuperſtitio invaluit, ut exſtantiora Oeconomica horarum ſigna & confinia, ad horarum Canonicarum momenta inſtituerentur, ex. gr. Otta, *qvæ prius ab hora* 1½ *ad* 4½ *duraverat, jam in honorem precum matutinarum in tempus ab horæ* 3. *initio ad initium* 6. *tranſlocaretur.* Dagmál (ɔ: *diei ſtrictè ſic dicti initium*) *ab antiqva ſede hora* 7½ *ad horam* 9. *transferretur, ut in Monachorum Tertiam inciderent.* Náttmál *ab hora* 7½ *veſpertinâ, ad* 9. *deſcenderent, ut cantui veſpertino aptaretur, nam de omnibus antiqvis Trihoriis* (Eikt) *notandum eſt, qvod ex communi uſu penitus exciderint, ita ut nihil eorum ſuperſit, præter ſola nomina:* Midurmorgun, Dagmál, Hádege, Nón, Miduraptan, Náttmál. *Hanc mutationem cæpiſſe Seculo XII. aut ineunte XIII, & paulatim poſtea creviſſe putamus: Sed præmiſſis, imo prætermiſſis hiſce ad recenſionem horarum, metarumve horologii recentioris nos conferemus.*

Pars II.

§. IX.

Priuſqvam ad minutiores horarum terminos accurate indicandos aut conſtituendos nos accinginmus, enucleandæ veniunt qvædam æqvivocationes vocularum Mane, Dies, Veſper & Nox, ne in ipſa rei tractatione, diverſus earum ſenſus, caliginem qvandam offundere poſſit, nam licet ſparſim tam in hac Diſſertatione qvam alibi hac de re aliqvid pro renata dictum ſit, hic tamen eadem ſimul & ſemel, qvaſi uno in faſciculo promere, non abs re eſſe videtur. Mane (morgun) *diverſas habet notiones.* a) *Enim cujusvis diei, per univerſum anni circulum auroram & ortum, ita ut pari veritate dici poſſit de hora* 1½ *antemerid.* 21 *Junii ac de hora* 7½ *d.* 21 *Decembris, qvod ſit mane*

(morgun)

(morgun) *vel* pad morgnar, *diluceſcit*, *& ſic de cæteris intermediis temporibus.* b) *Notat hæc vocula primam diei artificialis partem, aut ab ipſa media nocte hora ſcil.* 12, *aut à fine noctis intempeſtæ ſeu mediæ noctis ultimo momento, qvod in horam* 1½ *incidit, uſqve ad initium diei ſpecialiter ſic dicti hora* 7½, *qvo in ſenſu occurrit Sturl. Lib. I. Cap.* 14. c) *Uſitatiſſimè autem & oeconomicè, (ſi ita dicere liceret,) reſpectu habito ad diei oeconomicam diviſionem, olim notavit primam diei artificialis partem, ſive tempus illud, qvo ſol plagam Orientis tranſit, ab hora* 4½ *ad* 7½, *& hoc ſenſu hora* 6. *ſeu momentum illud, cum ſol in medio puncto Orientis conſtitutus eſt, tam ab antiqvis, qvam modernis Iſlandiæ incolis medium mane* Midurmorgun *vocatur, qvæ voculæ hujus notio, ut communiſſima in hac diſſertatione ubiqve primas tenet, reliqvis, ut minus uſitatis, & ad diei oeconomicam diviſionem parum pertinentibus, plane excluſis. Simili notionum varietate ornata aut onerata eſt, vocula dies, nunc enim totum notat diem naturalem* 24 *horarum tempus, nunc totum illud tempus, qvod eſt inter primam auroram, & ultimam lucis ſupra horizontem faculam, nunc ſolam ſolis ſupra horizontem manſionem, nunc vero & in ſenſu oeconomico, de qvô heic loci præcipuè agitur, tempus ab horâ matutinâ* 7½ *ad veſpertinam* 4½. *Vox Veſper duos præſertim habet ſignificatus, qvorum prior communis eſt & generalis, qvando ſcil. de cujusvis diei ſolaris crepuſculo, à ſolis occaſu ad noctis initium adhibetur, qvo ſenſu hora pomerid.* 3. *d.* 21 *Decembris ac hora* 10½. *d.* 21 *Junii, pariter rectè veſper vocantur, ſed in ſenſu oeconomico, ubi de diei artificialis oeconomicâ diviſionê ſermo eſt, uſitate ſignificat tempus ab hora* 4½ *ad* 7½. *Vocula Nox nunc ſignificat integrum hemeronychtion, nunc tempus illud totum, qvod qvovis anni tempore ultimam*

diei faculam, & primam ſequentis diei auroram intercedit, nunc ipſiſſimam noctem intempeſtam, ab hora 10½ *ad* 1½, *conf. Jus Eccl. antiqv. Cap.* 26. *in ſenſu autem Oeconomico ſeu ratione diviſionis diei in qvatuor partes Oeconomicas, mane ſcil. diem, veſperam & noctem, notat tempus* 9 *horarum, ab* 7½ *ad* 4½, *qvod in hac diviſione noſtrum præcipuè objectum eſt, cum reliqvæ notiones huc parum aut nihil faciant. His autem diei, noctis, mane ac veſperæ notionibus & terminis, in remotiſſima antiqvitate uſitatis, ſed ad poſteriora ſecula transmiſſis, verum ac ad antiqvorum formam inſtitutum, nititur fundamentis, hodiernum Iſlandorum horologium, minimè autem Monachorum ac Cleri placitis, qvi Seculis* 14. & 15. *hæc antiqvitatis inſtituta ad Romanæ Eccleſiæ conſvetudines, perinde ac alia multa reformare ſatagebant.*

§. X.

Riſmál, *primus diei naturalis terminus, ſeu meta, vulgo* Dagsmark, *ad qvam tam antiqviſſimi qvam recentiores Iſlandiæ habitatores, ordinarias conſvetudines oeconomicas, & vulgaria domeſtica opera, aſtringebant, vocabatur* Riſmál, *qvæ vocula compoſita à verbo* eg rys, *ſurgo, &* mál, *tempus, meta, ſignificat ſurgendi tempus. An diſtingvi debeat* Riſmál ɔ: *commune operariorum ſurgendi tempus, ab* hyrdis Riſmál ɔ: *opilionum ſurgendi tempore, diſputari ſolet. Qvi id affirmant, pro ſua ſententia allegant locum ex Landsl. B. Cap.* 17. þat heita hyrdis Riſmál, ɔ: *id tempus vocatur opilionis ſurgendi hora, qvaſi his verbis id tempus à commnum ſurgendi tempore diſtingvatur. Adferunt etiam illi Liosvetn. S. Cap.* 14. *ubi refertur opilio ante alios ſurrexiſſe, qvem Enarus Thveraaenſis juſſit poſthac ſolem ſeqvi, ideſt cum ſolis ortu ſurgere, ut & Laxdæla,*

qvæ

qvæ refert opilionem Bolli, in pascuis operi intentum fuisse, cum Bollus & uxor in lecto ad huc dormirent. Sed regerunt alii Landsl. B. Cap. 17. *non distingvere* hyrdis Rismál, *à communi laboratorum* Rismál, *sed determinare tantum qva diei hora opilioni omnino surgendum sit, scil. tanto tempore anteqvam sol in oriente esset, ut tunc greges & pecora domini sui ex alienis pascuis abegerit, haud negato, qvod aliis etiam aut eodem tempore aut circa id etiam esset surgendum, cum unius positio non sit alterius exclusio: Liosvetn. S. qvod hic aliqvid faciat nil habet, cum præceptum qvod Enarus opilioni dedit singulare sit, & alium haberet finem ac respectum, qvam ordinariam gregis curam. Laxdæla autem expresse testatur operarios Bolli etiam unacum opilione surrexisse, & suo intentos fuisse operi, cum ipse Bollus adhuc dormiret. Nec Rafnkeli Curionis Vita, qvicqvam alicujus momenti his contrarium adfert, nihil enim ex illa colligi potest, qvam qvod Rafnkelus & domestici post commune* Rismál *lecto affixi & somno obruti fuerint: Errat itaqve doctissimus Vidalinus, & qvi eum sequuntur, ex his probare volentes* Rismál & Sól i Austri *esse unum, idemqve significare ac* Rismál, *præsertim* hyrdis Rismál, *cum id sit plane diversum à* Midurmorgun & Sól i Austri; *sed qvod* hyrdis Rismál *seu opilionum & commune operariorum surgendi tempus, præsertim tempore æstivo, cum fœnisecium, piscatio aliaqve summe necessaria opera domestica, vel publicum spectantia commodum, ideoqve injuncta urgerent, & omnino absolvenda essent, non multum absum, ut credam, id enim persvadent.*

1) *Codex Juris Ecclesiast. Thorlako-Ketill. Cap.* 4.

2) *Vigaglums S. Cap.* 25. *in eo concordes, qvod citati ad negotia injuncta, etiamsi alibi domicilium haberent, in loco tamen determinato præsto esse, & opus aggredi debue-*

runt, á midium morgni, *medio mane*, *ſole in puncto Orientis conſtituto.*

3) *Antiqvum illud Juris Apophthegma*, Sól ſkal ráda um Sumar, enn dagur um Vetur, ↄ: *ſol æſtate*, *ſed dies hyeme operandi negotia metiuntor: diei autem facula qvædam in Iſlandia cernitur*, 9 *menſium ſpatio*, *hora antemerid.* $4\frac{1}{2}$, *& pomerid.* $7\frac{1}{2}$, *ita ut non obſtantibus aliis caſibus*, *opera tum aggredi poſſint.*

4) *Qvod huc facit eſt communis operariorum tam apud nos tempore æſtivô*, *qvam alias gentes conſvetudo*, *ſurgendi ante horam* 5.

5) *Et ultimo huc ſpectat lex*, *opilionibus tanto ante horam* 6 *tempore*, *è lecto ſurgere mandans*, *ut ea inſtantê heri ſui armenta ex alienis paſcuis abegerint. Qvibus freti argumentis*, *tam commune operariorum qvam opilionum* Riſmál, *in primo mane horâ ſcil. matutina* $4\frac{1}{2}$ *collocare non dubitamus.*

§. XI.

Midurmorgun *eſt vox compoſita à* midur, *medius*, *&* morgun, *mane*, *ut vî vocis notet medium mane*, *cumqve* Otta *& cum ea nox deficiat in hora* $4\frac{1}{2}$, *conſpicuum eſt mane ibidem initium habere*, *& cum medium mane incidat in horam* 6, *manifeſtum eſt mane unam tantum Octonam ſeu* Eikt, *vel trihorium in ſe concludere. Utrum vox* Midurmorgun *ſummæ ſit antiqvitatis*, *qvidam dubitant*, *dicentes antiqviſſimis temporibus hanc diei metam vocatam fuiſſe* Sól i Auſtri, *ſol in Oriente*, *qvod ut negari non poteſt*, *ita nec qvod hæc vox* midurmorgun *occurrat in Codice Thorlako-Ketilliano*, *ut & Vigaglumi Vita*, *qvod probat eam ſatis bonæ eſſe antiqvitatis*, *licet forte non antiqviſſimam; niſi dicere liceat Jus illud Eccleſiaſticum interpo-*

latum

latum esse, & Vigaglumi Vitam Seculo demum 13. *scriptam fuisse, quod parum ad rem facit, cum nihilo secius ex remotissimâ antiqvitate revocata esse possit. De hac diei meta, ut & reliqvis quæ sequuntur id observandum est, quod Monachorum mores & consvetudines, apud nos invalescere incipientes, vergente Seculo XIII sed Seculo XIV plenis viribus instructæ, eam intulerunt mutationem, ut imperitum primo vulgus, & procedente tempore plures, in eam irent sententiam, quod antiqvæ Octonæ* Eikt, *ab eodem temporis momento, quo inceperunt removendæ, sed in religionis honorem in id temporis punctum transfocandæ essent, quo illi suas horas canonicas celebrabant, ergo etiam decere dicebant, quod præsens Octona ab hora* 6 *initium habere deberet, ita ut ejus meditullium posthac in idem punctum, horam scil.* $7\frac{1}{2}$, *quô antea finiebatur, incideret, sed cum exitu Nonæ terminaretur. Hæc mutatio eam tandem intulit confusionem, ut qvidam ex vulgo, qvi qvasi per manus à majoribus per traditionem acceperant, Octonam matutinam incepisse antiqvitus hora* $4\frac{1}{2}$, *tam hujus mutationis, qvam ipsius veritatis ignari, ibidem medium mane haberent, alii autem ninniam rei absurditatem cernentes, sed in viam redire nescientes, propius accedebant, & suum* Midurmorgun *in puncto Octavæ collocabant. Hinc illa differentia, & hæc ejus vera causa est, de qvâ conqveritur doctissimus noster Olavius, Itin. Island. Tom. I. pag.* 42. *& alibi, originem erroris in primos diei metarum statores immerito transferens. Plurimi autem antiqvas metas, & horarum rectas & intemeratas sedes & successiones retinent licet de antiqvis Octonis, & earum constitutione ac successione, plane sint ignari, hæc etiam confusio & mutatio est materia litis, de qva tam acriter Doctissimi Viri, Præsul Arnæsonius, & Paulus Vidalinus, controversiæ ferram*

reciprocarunt, Vidalino antiqvas tuente conſvetudines, Epiſcopo autem recentiores defendente, qvibus majorem qvam par fuit antiqvitatem tribuebat, cum antiqvæ à recentioribus non parum diſcrepent.

§. XII.

Jafntnærri bádum midium morgni og dagmálum, *meditullium medii mane & proprii diei, hora moderna* $7\frac{1}{2}$, *antiqvitas autem* Dagmál, *ſeu initium diei, ſol in regione Subſolani, antiqviſſimis autem temporibus* Sól i Midmundaſtad Auſturs og Landſudurs, *ſol in medio Euri & Vulturni. Deſtinatum eſt totum hocce trihorium, ſeu ſecunda diei Octona, ſingularibus Oeconomicis operibus, qvalia ſunt, præparatio lactis, ex illo enim qvod pridiano mane à pecoribus expreſſum fuit, poſt* 24 *horas, butyrum, oxygala, caſei &c. præparantur, pecua in ſtabulis congregata, denuo mulgentur & id genus alia, qvæ communiter & per Exochen vocantur* (Morgun) Búverk, *opera villaria (matutina). Hæc enim ſine inſigni rei familiaris diſpendio, negligi aut perfunctoriè agi non poſſunt.*

§. XIII.

Dagmál, *initium diei, vox ut videtur non admodum antiqva, occurrit qvidem in Vigaglumi Vita Cap.* 7. *ſed cum illa ſcripta ſit Seculo XIII aut XIV. Monachiſmi ſpiritum olere videtur, ſed qvicqvid ſit, de vocis indigenatu ſeu origine, nulla eſt dubitatio, cum compoſita ſit à* dagur, *dies, &* mál, *menſura, terminus, ut etymologicè notet diei terminum, vel initium. Antiqvi id aut, ejus initium in hora* $7\frac{1}{2}$ *collocarunt, ſed Monachorum inſtinctu in horam* 9. *depreſſum eſt, unde tam ex hoc fonte, qvam ex eo qvod* Dagmál *hanc totam Octonam, nunc tan-*

tantum ejus initium, vel etiam medium punctum notat, crebræ æqvivocationes occurrunt, qvæ semper ex sensu Auctoris & circumstantiis solvendæ sunt.

§. XIV.

Jafntnærri bádum, hádege og dagmálum, *meditullium inter* dagmál *horam* 9, & hádege, *meridiem, horam* 12, *antiqvorum* Midmundastadur Landsudurs og Sudurs, *meditullium Vulturni & Austri, incidens in horam* 10½, *in qvo puncto* öndverdur dagur, *anterior diei pars, qvondam terminabatur, sed* hádege, *Octona meridionalis incepit, qvod meridici initium, plebs cum ipso meridiei puncto, post introductam mutationem imperitè confudit. Sed eandem solvere non valens doctiss. Episcopus Arnæsonius, in Iconismo sui horologii, vocat* Nytt dagsmark, *novum terminum, veteribus ignotum, in qvo non leviter hallucinatur, cum illis sub nomine* Midmundastadur Landsudurs og Sudurs (*ut mox innuimus*) *notissimus fuerit.*

§. XV.

Hádege, Middege, Midurdagur, *antiqvis* Sól i Sudri, *vox composita est ab* hár, *altus, vel* mid & midur, *medius,* & dagur, *dies, notatqve altum vel medium diem, horam* 12. *Insigni hic terminus ut reliqvi obnoxius est æqvivocationi, significat enim vox* hádege & midurdagur. *a) Anteriorem diei partem & meridiem, id est* 6 *horas, ab* 7½ *ad* 1½, *aut paulo majus, ut in Landn. Part. II. Cap.* 10. Hesturenn var gódur medferdar um hádegit, enn er áleid steig hann völlinn hardann til hósskeggea, enn efter sólarfall sleit hann allann reiding. o: *Meridie equus fuit tractabilis, vergente autem die solidum campum supra ungulas penetravit, sed post solis occasum omnem*

appa-

apparatum & ligamenta disrupit. Ubi hádege *notat anteriorem diei partem, & meridiem, integrum enim diem aut maximam ejus partem Audinus hoc eqvo uſus eſt, cum eo rhedam trahente, totum foenum ſtercorati agri eo die congereret:* enn er áleid, *notat inferiorem diei partem,* hinn efra luta dags, *ſed poſt* ſólarfall *notat crepuſculum.* β) *Significat* hádege & middege *Octonam meridionalem, ab* 10½ *ad* 1½, *ut in* Atlamál *ſupra allegatis,* unz mideann dag liddi, *& Author Libri* Stiórn, *illud in hoc ſenſu ſæpius, ut de ſomno meridiano Iſbozethi & Davidis adhibet; ut & Niala Cap.* 149. Þeir komu til Bergþóruhvols at hádege, ɔ: *circa meridiem in Octona meridionali Bergthoruhvolum venerunt.* γ) *Horam præciſe* 12. *ſeu meridiem, ut in legibus antiqvis de adventu in fora & conventus indictos,* ef hann má ei koma fyrer midiann dag, ɔ: *ſi in foro ſe non ſiſtere poteſt ante horam* 12. *Perperam autem hodie ab imperitis confunduntur* hádege & midmunda, *cum diverſa valde ſint, qvod tamen faciunt doctiſſ. noſter Epiſcopus Horolog. Iſl. pag.* 532, *ut & Gudmundus Andreæ in Lexic. Iſl.*

§. XVI.

Midmunda, *meditullium, compoſitum à* mid, *medium,* & mund, *momentum, Vigagl. S. Cap.* 21: I þat mund kom Arngrimur, *eo momento adfuit Arngrimus; & Vita Jonæ Epiſcopi:* I þat mund miſsera, *eo anni tempore. Aliæ enim ſignificationes vocis* mund, *aut* mundur, *ut mundus muliebris,* mundur *manus, & qvæ plures eſſe poſſunt, huc non pertinent. Hodiè, ut & antiqvitus incidit hic terminus in horam pomerid.* 1½, *conf. Sturl. Lib. V. Cap.* 27. Þeir homu á Miklabæ um Midmunda Middeges og Nóns; *ubi* Middege *idem eſt ac* Hádege *hora* 12, *ſed* Nón *hora præciſe* 3, Midmunda 1½. *Anti-*

qvi

qvi multa numerabant Midmunda, *ut ex §. V. discere licet, qvæ jam omnia præter hocce unum obsoleta sunt, & in* jafnnærri bádum *mutata, qvæ fata etiam hocce sine dubio subiisset, nisi fuisset meditullium diei stricte sic dicti, ab hora matutina* $7\frac{1}{2}$ *ad vespertinam* $7\frac{1}{2}$ *determinati, & in id incidisset meditullium totius diei, imprimis autem qvoniam ad hoc momentum diei alligatum est commune operarum prandendi tempus, cui sine dubio suam debet conservationem.*

§. XVII.

Nón, *vox peregrina corrupta ex Latinorum hora Nona, aut ab illis mutuata, incidit jam in horam* 3 *pomerid. antiqvis* Sól í Utsudursátt, *sol in regione Libanoti, vel* efri lutur dags, *posterior diei pars. De hocce termino* Nón *multum disputant nostri Seculi Critici, qvorum sententiæ nostro judicio aut conciliari possunt, aut extricari, si distincte procedatur, cujus periculum facere constituimus.*

1) *Itaqve confidenter statuimus* Nón *signum seu metam diei accurate loqvendo, incidisse in finem horæ* 3, *sed* Nóneykt *idem prorsus fuisse ac antiqvorum* efri lutur dags, *posterior diei pars, qvæ incepit hora* $1\frac{1}{2}$, *sed finem habuit* $4\frac{1}{2}$, *conf. supra §. V; ita ut hic terminus* Nón, *qvatenus ad dies profestos pertinet, non majorem pariat difficultatem, qvam reliqvæ metæ diurnæ.*

2) *Sed in sensu Ecclesiastico & respectu habito ad dies festos, & eorum Parasschevas, & profesta observandum erit.* α) *Statim cum religione christiana Episcopos introduxisse, feriarum & festorum Parasschevas & profesta, idest dies incisos & semisacros.* β) *Qvodsi non simul, certe paulatim eosdem antiqvarum actionarum mutationes introduxisse, ita ut earum*

initia ab antiqvâ ſua ſede, ideſt initio & confinio plagarum, ad earum meditullia perduxerint, ut horis Monachorum Canonicis accurate reſponderent. γ) *Hæc cum non ſimul & ſemel ubiqve fuerint, ſed paulatim uti favens occaſio ſe obtulit, facta ſint, natæ ſunt diverſitates illæ, qvæ tam in legibus Eccleſiaſticis, qvam hiſtoriis occurrunt, de initio Nonæ, qvidam enim ut Dani, vide Jus Eccleſiaſt. Abſalonis Archiepiſcopi, ut & Grammium, de voce* Nón, *ferias inchoabant ſtatim à meridie, qvidam ab* 1½, *qvidam ab hora* 3 & 3½, *ut Iſlandi & Norvegi, tempore Olai Sancti feciſſe videntur, qvæ diverſitas tantum ad inchoationem feriarum pertinebat, ſed nullam mutationem in antiqvum Horologium Politicum intulit, priusqvam Seculo XIV, adulto demum Epiſcoporum & Monachorum deſpotismo. Qvæ cautiones ſi accurate obſerventur, & debite applicentur, huic materiæ, tota illa penitus perit difficultas. De fraudibus enim & technis, qvibus Sacrificuli donis inducti, dominis ſuis Olao Sancto & Magno Nudipedi illuſerunt, hic nihil loqvimur, cum nihil ad noſtram rem faciant, niſi forte confirmant, qvod non una ſemper omnium de initio feſtivitatis ſententia fuerit, alias enim Regibus tali temporis Prolepſi, non tam facile illudere potuiſſent. Vocabatur præterea hoc tempus ab hora* 1½ *ad* 5½ κατ' ἐξοχήν Eikt, *& ejus ultima pars* Eikt *ſacra, qvam doctiſſ. Epiſcopus Arnæſonius in Iconiſmo ſui Horologii non inepte vocat* Biſkupa Eikt, *ut pote ab Epiſcopis ſeu Clero introductam, de qva materia nos in Hiſt. Eccl. Iſl. Tom. I. p.* 153. *ad ſatietatem egimus, unde à tali labore ſuperſedemus.*

§. XVIII.

Jafntnærri bádum Nóni og Miduraptni, *meditullium horæ* 3 & 6. *antea* Sól i Midmundaſtad Utſudurs og Veſturs, *ſol*

in

in medio Libanoti & Zephyri, finis diei & initium vesperæ, hora $4\frac{1}{2}$, *de quo singulare quid quod notemus non habemus.*

§. XIX.

Miduraptan, *medius vesper, antiqvis* Sól i Vestri, *sol in Occidente; posterior hujus octonæ pars, ab hora* 6 *ad* $7\frac{1}{2}$, *pariter ac posterior matutini temporis pars destinata fuit operibus villaticis, de qvibus supra §. XII. aliqvid scripsimus.*

§. XX.

Jafntnærri bádum Midaptans og Náttmála, *est secundum modernum innovatorum computandi modum, meditullium Zephyri & Cori, antiqvis plane ignotum, sed illis* Sól i Midmundastad Vesturs og Utnordurs, *ideſt in puncto Japygis, ubi etiam* Náttmál *diei finem & initium noctis habebant, cui computo doctissimus Schalholtensis Episcopus Theodorus Thorlacius, summus alias innovatorum Coryphæus, & propugnator, in Calendario perpetuo pag.* 98. *edit. Schalholt.* 1693, *plane consentit. Extenditur hæc Octona à* $7\frac{1}{2}$ *ad* $10\frac{1}{2}$ *primam noctis trientem absumens. Hujus prima hora à* $7\frac{1}{2}$ *ad* $8\frac{1}{2}$, *seu pro re nata ad* 9, *destinata est lactis è pecoribus expressioni, aliisqve operibus domesticis, ad noctem commode peragendam necessariis, cubitum autem plerumqve & communiter itur, circa horam* 10 *vel* $10\frac{1}{2}$, *nisi aliqva urgeat necessitas, unde hæc octona non in commode comparatur Romanorum concubio, conf. Sturl. Lib. II. Cap.* 25, *ubi id ut extraordinarium memoratur, qvod Sturla Hvammensis, aliqvando familiam, metu insidiarum adactus à lecto & somno usqve ad mediam noctem continuit.*

§. XXI.

Náttmál, *ſecundum modernum innovatorum calculum incipit in regione Cori, & perdurat uſque ad mediam noctem, ſed contra antiqvorum mentem & praxin, qvi noctis partem primam ab hora 7½ inchoabant, & ad 10½ extendebant, nullumqve inter* Midaptan & Náttmál *agnoſcebant punctum, qvod meditullii nomine inſignirent, qvod ſat clare variis documentis probatum eſt ſupra, & ulterius probari poteſt, tam loco Nialæ Cap.* 129. *ubi Floſo* 8. *aut ut alii volunt,* 6 *tantum ante hyemem hebdomadibus, ideſt circa initium Septembris dicit:* Nú ſkulum ver ryda til Bergþóruhvols, og koma þar fyrer Náttmál, o: *jam Bergthorshvolum adibimus, ibiqve ante* Náttmál *nos ſiſtemus; qvod ſat bene conſiſtere poteſt, ſi* Náttmál *in* 7½ *collocantur, ſin vero* Náttmál *ad horam* 9. *detrudantur, nullo modo adaptari poteſt, cum ſol hoc anni tempore hora* 9. *dudum occiderit. Conf. Sturl. Lib.* 7. *Cap.* 31. *ubi Thordus Kakali circa* Náttmál *Arneſum relinqvens, in montana loca ſe confert, ibiqve cum ſuis qviescit, & ſomnum capit, ſed ante ſolis occaſum, ideſt circiter hora* 10½ *vel* 11 *inde abceſſit, qvodſi* Náttmál *fuerunt hora* 9. *haudqvaqvam fieri potuit. Manifeſtum itaqve eſt initum Octonæ* Náttmál *ad* 7½, *ſed ejus meditullium ad* 9, *ſed finem ad* 10½ *pertinuiſſe.*

§. XXII.

Háttatíme, *tempus cubitum eundi, antiqvis* öndverd Nótt, Sól í Midmundaſtad Utnordurs og Nordurs, *anterior noctis pars, ſol in medio Cori & Boreæ, ideſt in puncto Circii hora* 10½, *ibidem nox intempeſta incipit, qvod accurate convenit cum calculo Epiſcoporum Thorlaci & Ketilli, Juris Eccl. Cap.* 26. Þat er nótt er Sól gengur um Norduræt: *Tunc in media Iſlandia,*

dia, ſole in Cancro conſtituto breviſſima nox eſt, trium horarum, ita ut ſol hoc tempore infra horizontem maneat, licet nox lucida ſit, qvod tempus vulgo vocatur Midnætti, *media nox, ſole in ſeptentrionis puncto conſtituto, cum nox profundiſſima, ſeu hora* 12 *in illius medium incidat, & ad horam* 1½ *perduret.*

§. XXIII.

Otta, *incepit hæc Octona antiqvitus, cum ſol eſſet in* Midmundaſtad Nordurs og Landnordurs, o: *in puncto Gallici, in medio habens Cæciam, ſed in loco Aparctiæ deſivit, & tunc communiter vocata fuit* efri lutur nætur, *vel* pridiungur lifde nætur, *ſuperior noctis pars vel triens noctis ſuperſtes. Recentiores autem qvi Seculis* 14, 15 *&* 16 *ad horas canonicas tempora formare, & reformare geſtiebant, ejus initium in regionem Cæciæ noſtrum* Landnordur *detrudebant, ſed finem ad Eurum, ſeu Orientem extendebant.*

§. XXIV.

De Otta tria præcipuè obſervanda veniunt: 1) *Etymologia.* 2) *Tempus.* 3) *Diviſio. De voculæ hujus etymologia tam in præmiſſis, qvam Hiſt. Eccl. Iſl. attulimus aliqvid, qvod hic repetere inutile eſt. Addenda autem illis ſunt, qvæ de ejus etymo adfert eruditione multa illuſtris Eqves, & Acad. Upſal. Prof. Celeberr.* Joh. Ihre, *in Lex. Sviagoth., qvæ huc transſcribere nihil attinet, illud ſaltim non omittendum, qvod nobis haud diſplicet Eruditiſſ. Viri conjectura, eſſe hanc vocem terminum Eccleſiaſticum, denotantem integram vigiliam, vel, ut volunt, unam Monachorum horam canonicam, eoqve ſenſu commode derivari poſſe à Monachorum Matut, vel matutina, cum*

noſtratium Otta, & Monachorum matutina prior, in idem inciderent momentum hora 1½, *cui ſententiæ nihil obſtat, qvod antiqvi Poëtæ noſtrates & Norvegi ſub gentiliſmo degentes hac voce uſi ſint, cum eam diſcere & mutuari poſſint à chriſtianis in Germania, Anglia, Italia, Gallia, & Conſtantinopoli, apud qvos ſæpe hyemabant, negotiabantur, militabant, & verſabantur, ſed â você Otta, qvæ Hetruſcorum lingva horam ſignificare dicitur, noſtram Ottam derivare velle, nimis longè petitum eſſe videbitur, niſi dicere velis Cimbros, Gothos, Teutones & Longobardos, hanc vocem in Italia didiciſſe, & ad Septentrionem transtuliſſe, perinde ac alias, qvæ jus civitatis apud nos nactæ ſunt. Ex aliis autem ibidem allatis originationibus, proximè ad veriſimilitudinem accedere videtur vox* Uthvo, *ab Ulphila Marc. I. v.* 35. *uſurpata, cum illa & Gothica ſit, & antelucanum tempus notet. Qvanti autem pretii ſit conjectura, qvod Otta, Uthentid, & forte hoc ipſum Uthvo, deſcendat à notiſſima particula Ut, vel Gothica Uz, aut Utz foras, ſignificante vel etiam finem & exitum rei, ut in phraſibus Eccleſiaſticis,* at hríngia út, *campana Miſſæ exitum indicare,* at ſingia út, *ultimam Odam canere; & in Civilibus:* Vakann er úte, *vigilia finem habet,* Utmanudir, *ultima hyemis menſis,* Nóttenne *vel* degenum hallar út, *nox vel dies ad exitum vergit. Sic in Olai Trigv. Vita Part. I. pag.* 154. helldur tók út Eiktena, *vergebat* Eikt *ad finem: Cumqve Otta fuerit ultima noctis pars, metaphoricè dici potuiſſe* úttíd, *& contracte Otta, Lectoris judicio permittitur.*

§. XXV.

De genuina Ottæ ſede, claſſicorum Auctorum loca agentia, cum ſuccincta Epicriſi hic congerere conſtituimus, ut Lector ipſe

ipſe judicare poſſit, utrum illi Ottam pro prima diei, an vero ultima noctis parte habuerint.

1) *Edda Snorronis Fab.* 38. Þór ſtód upp i Ottu fyrir dag og klæddi ſig. ɔ: *Thorus in Otta ſurrexit, & veſtimenta induit ante diem. Ubi Otta expreſſe dicitur eſſe ante diem, Thorus enim hic de noctu ſurrexit, & itineri ſe paravit, ut qvam primum dieſceret, ſe in pedes ſine omni mora conjicere poſſet. Idem auctor de eo ad piſcaturam ſe parante loqvitur Fab.* 42. Þór reis upp i dagan, *Thor cum dieſceret ſurrexit, aliud enim opus qvippe piſcaturam aggreſſurus fuit, qvod priusqvam illuceſceret, aggredi, aut Oceano ſe committere noluit, ideoqve non tanta vigilantia & feſtinatione opus habens; aliud itaqve eſt Otta, aliud diluculum, ubi monendum venit, exemplaria omnia qvæ ſecundum id exſcripta aut impreſſa ſunt, qvod Dn. Magnus Olai Wormio miſit, omittere hac voces* fyrir dag, *ante diem, cum aliæ vetuſtiſſimæ & notæ membranæ, hæc verba habeant, ut illa adfert Paulus Vidalinus in Lexic. Jurid. Tit.* allur dagur til Stefnu.

2) Atlamál en Grænlendſco, *qvæ ſupra à nobis allata ſunt*, Myrgin mez vago, *& cum nihil habeamus, qvæ illic dictis addamus, Lectorem eò remittimus.*

3) *Apud Snorronem Sturlæ hæc vox ſæpius occurrit in Vita Halfdani Nigri ita ſcribit:* Þeir fóro yfir vötninn i Otto til bæar Haka, tóco dyr allar á ſcála þeim er húskarlar ſváfo i, ſidann gengo þeir til ſvefnbúrs þeſs er Haki ſvaf i, bruto upp, oc tóco brott *&c.* ɔ: *Lacum in Otta tranſierunt, & ad villam Haki pervenientes, omnes fores cubiculi, in qvo ejus mediaſtini dormiebant, occuparunt, Hakiqve cubiculum effregerunt, omnesqve opes evexerunt, ſed villam incenderunt. Omnia hæc in Otta inchoata ſunt, & cum prima lucè perfecta, ut ex contextu patet.*

4) *Talis*

4) *Talis apud Snorronem occurrit locus in Vita Erlingi Skarki, Cap.* 26. Erlíngur kom til bæarens, þann tíma er ſunginn var Ottoſaungur i Chriſtskyrkio. Alfur Raudi ſat þá enn oc drack. Erlíngur veitti þeim atgaungo, var Alfur drepenn oc ſveit hans, fátt fell annara manna, því fleſtir höfdo gengit til kyrkio, því þetta var um nóttena fyrir Uppſtigningardag. Um morgunenn let Erlíngur bláſa öllu lideno til Eirarþíngs *&c.* ɔ: *Erlingus hac tempeſtate in urbem venit, cum* (*Ottuſaungur*) *officium matutinum in templo Chriſti peragereturr. Alfus Rufus cum ſuis aſſeclis adhuc potans, occiditur, ſed præter eos pauci, cum pleriqve in templo eſſent, hæc enim patrata fuerunt noctu ante Feriam Aſcenſionis Domini. Illuceſcente autem die Erlingus omnes ad forum Eirenſe tuba vocavit. Hic habemus Erlingum in Otta urbem intrantem, totamqve urbem occupantem, qvæ omnia noctu facta eſſe dicuntur, ſed perpetratis hiſce omnibus, illucente die forum in Eiris habentem; ergo Otta hic nocti non vero diei attribuitur.*

5) *Locus etiam huc aliqvid faciens, ibidem occurrit, Cap.* 32. *qvi prolixior eſt, qvam ut huc commodè transferri poſſit. Continet autem inſidias Sacrificuli cujusdam Erlingo ſtructas, nocte Feſtum Purificationis antecedente, in villa Ridjökle, poſtqvam Erlingus cum ſuis bene potus cubitum iverat, & ter expergiſcens, negante ſemper inſidiante ei Sacrificulo, tempus matutini cantus adeſſe, redormiverat, tandem vero ſurgens, Sacrificulum fere nolentem adegerat, ut celebraret Ottuſaung, præterlapſo ut videtur juſto canendi tempore; ſed adſunt interim hoſtes, & primo Cænaculum oppugnant, deinde Erlingum ipſum aggrediuntur, diuqve cum ipſo in tenebris fuga ſe ſalvante, præliantur, qvi tandem ægre ope tenebrarum, haud paucis ſuorum amiſſis, ſaucius mortem effugit, qvod licet nihil*

apo-

apodicticè probet, idem tamen cum præmiſſis oſtendit, qvod Otta non ad diem ſed noctem pertinuerit, facta enim ſunt in Upplandis ſub gr. latitud. 61., *ubi dieſcere cæpit d.* 3 *Febr. hora* 4½.

6) *Locus occurrit in Vita Olai Triggv. Part. I. Cap.* 197. Til Búrakyrkio ſkyldi hríngia þá þridiungur var af nótt, oc aftur þá þridiungur lifde nætur. ɔ: *Campanæ pulſabantur in templo Burenſi, poſt primam noctis trientem, & iterum cum tertia pars noctis ſuperſtes eſſet. Prius hocce officium qvod hic indigitatur, fuit ſine dubio completorium, qvod ſecundum Gloſſarium Alfrici, qvi circa aut paulo poſt annum* 1000 *floruiſſe videtur, incidit, in horam* 10. *utitur enim ille, ut videtur numero rotundo pro* 10½. *Poſterius autem fuit Uthentid, ſeu Ottuſaungur, officium antelucanum, incidens ſecundum Olai Triggvini Vitam in horam* 1½; *qvæ omnia in id conſpirant, qvod Otta tempus nocturnum ſed non diurnum fuerit.*

7) *Teſtimonium fert carmen militum Haraldi Regis, qvi urbem Slesvicum noctu invaſerant & incenderant, de qvô facinore ita gloriantur, referente id Snorrone, in Vita Haraldi, Cap.* 34. *ubi dicit:* Vaſc i Nótt fyri Otto; *fui hac nocte ante Ottam in muro urbis cum arderet.*

8) *Ex Lib. I. Sturl. Cap.* 74. *etiam haud contemnendum peti poteſt argumentum, ubi auctor in hunc modum ſcribit:* Þeir tóco til at giöra upp búdena um Aftanenn, oc var locit aullo ſtarfeno fyri Ottoſaung um Nóttena. ɔ: *Veſpera cæperunt exſtruere parietes tabernæ, ſed totum opus perfectum fuit ante Ottuſaung (officium matutinum) eadem nocte. Qvo qvid clarius eſſe poſſit, non video, præſertim ſi obſervetur Auctorem expreſſe dicere opus abſolutum fuiſſe ante eum Ottuſaung, qvi noctu celebratus fuit, nox autem* 24 *Junii cum hæc agerentur*

finem habuit hora 1½, *secundum Jus Ecclesiasticum Cap.* 26. *ut ita ex hoc loco manifestum sit Ottam cœpisse eodem noctis momento.*

9) *Aliud æque validum dicit idem Auctor testimonium Cap.* 14. *ejusdem Libri: Nocte diem Viridium præcedente, frequens concio Stadarholi fuit, sed peractis sacris ideſt Ottusaung seu officio tenebris, (quod ejus diei sacris proprium fuit, & loco ordinarii Ottusaung celebrabatur,) Olaus & Grimus in agrum exspatiabantur, dixitque Olaus:* óvarlega fer eg nú, er eg geng eirn úte med þer á nóttu, *incaute ego solus tecum in agrum exspatior noctu. Ubi superiorem noctis partem, in quam Otta, incidit, expresse noctem vocat.*

10) *Ut integra decas talium proferatur, ex Vita Hakonis Haconidæ, eam implebimus, qui anno* 1225 *circa medium Quadragesimæ in Hadalandia sub gr. latit. circiter* 61. *in Otta surgens, cum exercitu aliquantum viæ noctu fecit, usque dum speculatores circa primum diluculum obvios habuit. Primum autem diluculum id loci & temporis, circa aut ante horam* 4½, *incidisse videtur. Quod quidem per se nihil expresse probat, interim tamen cum aliis, qui aliquid de Otta tradunt, collatum, miram & unam omnia simul ostendunt harmoniam, quorum nullum Ottam diei, omnia autem eandem nocti, expresse adscribunt.*

§. XXVI.

De differentia inchoationis & finis supra dictum est: Distingvunt quidam tempus Ottæ in Ottam Majorem, cui integras tres horas canonicas tribuunt, & Minorem, cui unam tantum dare volunt horam, ultimam scil. ex 3. *illis, quæ majori competunt, ut ultima hæcce noctis Octona, exacte respon-*

deat

deat ultimæ diei octonæ, qvæ singulariter & per Exochen vocabatur Eikt, *& ejus ultima triens* Eikt *sacra, cum feriæ & cessatio à laboribus in profestis, unacum illa inchoari deberent. Qvidam vero hoc tempus distingvunt in* Hanaóttu *&* Ottu, *inducti, ut videtur, verbis Juris Ecclesiast. Norveg. supra allegati, qvod hanc* Hanaóttu *vulgarem feriarum finem esse jubet. Nostra vero sententia est, nomen* Hanaóttu *primo nihil aliud fuisse, qvam explicationem Latinæ voculæ gallicinium, qvod voce vernacula* Hanaóttu *vocabant, sed crescente superstitione & inscitia, superioribus seculis specialiter adhæsisse, & à Monachis inditum fuisse horæ* 4. *cum illi unacum ejus initio suam Matutinam inchoarent, qvam nunc Ottu nunc Hanaottu vocasse videntur, forte ideo qvod Christus eandem Marc.* 13. *v.* 35. *gallicinium vocare videtur. Talem, ut jam proposuimus, noctis in trientes divisionem, non Islandis modo sed pluribus septentrionis gentibus usitatam fuisse, haud pauca classicorum Auctorum loca comprobant, qvorum pauca tantum hac vicè, nimiam vitantes prolixitatem adferemus, primoqve producemus Celeb. Snorronem Sturlæum, in Vita Olai Sancti, Cap.* 143. *de Biarmensibus scribentem:* Sex menn skyldo giæta Gardzens hvöria nótt, sinn þridiung hvörier tveir. ɔ: *Sex viris qvavis nocte lucus erat custodiendus, duobus qvovis noctis triente. Et ibidem Cap.* 151. *de Arnlioto Gellina Sveco verba faciens:* Enn er lifa munde þridiungur nætur, þá kom þar Arnliótur, og bad þá uppstanda. — Þeir koma til sæluhúss nockurs er þridiungur var af nótt. ɔ: *Cum triens noctis superstes esset, adfuit Arnliotus, jubens illos surgere. — Sed cum triens noctis præteriisset, ad casam qvandam delati sunt. Alter erit auctor Vitæ Olavianæ, ex Codicè Flatejensi descriptæ, qvi has historias eodem plane modo ac verbis ut Snorro refert. Tertius nobis testis est*

Gunnlaugus Monachus, in Vita Olai Triggvini, Part. I. Cap. 164. *de horis nocturnis in Anglia à Danis & Anglo-Saxonibus obſervari ſolitis, loqvens, occaſione inſidiarum & interneciones, qvam ibidem circa aut paulo poſt annum* 1010 *paſſi ſunt milites Danorum prætoriani, aut præſidiarii, conſveta enim campanarum pulſatione ad indicandas horas nocturnas inſtitututa, inſidiatores pro ſignis invadendi abuſi ſunt, de qvare ita ſcribit laudatus Auctor:* Þá pridiúngur er af nótt, mun hríngt verda i borgenne, ſkulu þá hermenn búaſt. Um midnætti ſkulo menn búaſt annann veg i borgenne, enn þá pridiúngur lifer nætur mun hríngt verda at Búrukyrkio. ↄ: *Primo noctis triente præterlapſo, campanæ per urbem pulſabuntur, qvod ſignum erit militibus ut ſe arment & præparent: Intempeſta nocte in altera (averſa) urbis parte ſe præparabunt; ſed triente noctis ſuperſtitè, campanæ templi Burenſis pulſabuntur, qvod ſignum eſt invaſionis. In qvibus verbis, tres nobis noctis trientes deſcribuntur, primus ante mediam noctem qvietè transactus, id eſt ab hora* 7½ *ad* 10½, *ſecundus triens ſeu intempeſta nox, armis induendis, & diſpoſitioni inſidiarum deſtinatus, tertius vero & ultimus noctis triens, ab hora* 1½ *ad mane uſqve, ipſum aggreſſionis & lanienæ tempus fuit. Qvartus tandem prodibit Sturla Thordi, Sturl. Lib. VII. Cap.* 33. Hann kom i Skalhollt, þá er þridiúngr var af nótt. ↄ: *Schalholtum venit cum tertia noctis pars præteriiſſet, qvod factum eſt anno* 1242, *ſed ſcriptum circa annum* 1280, *ut certum ſit Iſlandos eo etiam tempore horas nocturnas per trientes computaſſe. Sed ex omnibus hiſce clarum eſt.*

1) *Qvod antiqvi non duas tantum octonas, ſed integras tres nocti tribuerint, qvarum nulla aut terminabatur aut incipiebat in noctis meditullio hora* 12, *cum locus ex*

Vita

Vita Olai Triggonis, & alter ille de Arnlioto Gellina id clare doceant.

2) *Hinc etiam concludi potest, Anglos, Danos, Svecos, Norvegos, Russos, & Islandos, easdem hasce consvetudines observasse, de omnibus enim his gentibus, in adductis Pericopis agitur, licet verisimile sit, Islandos antiqvos mores diutissimè retinuisse, cum antiqvitatis essent pertinaces amatores & longe à reliqvis gentibus dissiti.*

3) *Si omnes hæ gentes nocti* 3 *octonas reliqverunt, ut certum affirmari & haberi potest, qvod diei etiam totidem attribuerint.*

4) *Seqvitur omnino, ipsos duas residuas octonas seu trihoria, pariter & æqve inter mane & vesperam divisisse, ita ut cuiqve eorum unam attribuerint, qvæ de reliqvis nationibus ut verisimilia statuimus, de Islandis autem ut vera & credimus & referimus. Sed qvamdiu hæc computatio apud nos duraverit, aut qvando præcise cessaverit, dictu difficile est, conjicimus autem id factum esse sub finem Seculi XIV. Id modo certum est, qvod mutationes, qvas supra subinde innuimus, labente Seculo* 13. *introduci cæperint, & paulatim postea creverint. Tandem & hoc monendum est, qvod omnium horarum seu metarum nomina, qvæ in posteriore parte hujus Scriptiunculæ recensentur, adhuc apud nos in communi sunt, præter Otta, Hanaotta, Rismal & Eikt, qvæ ita obsoluerunt, ut nuda tantum nomina supersint.*

PARS III.

§. XXVII.

Licet ex antecedentibus attentus Lector facile cognoscere possit, qvali hodiè utantur Islandi diei dimensione, cum id plerunqve

rumqve ad qvamvis antiqvorum diei metam, ſi non perfecte indicatum, tamen non intactum aut prorſus omiſſum ſit, majoris tamen perſpicuitatis cauſa, ut id ſine operoſa inqviſitione, & uno qvaſi oculi ictu haberi qveat modernum tam nocturnum qvam diurnum, pro ut in communi uſu eſt, horologium hic ſubjungere non gravabimur.

Primum diei metarum nomen eſt:

1) Midurmorgun, *medium mane, hora antemerid.* 6.

2) Jafnnærri midium morgni og Dagmálum, *meditullium inter medium mane & diei initium hora* 7½.

3) Dagmál, *diei initium, hora* 9: *laboratorum communis jentandi hora.*

4) Jafnt nærri, *ſeu* midt, mille dagmála og Hádeges, *meditullium inter initium & medium diei, hora* 10½.

5) Hádege, *medius dies, hora* 12.

6) Midmunda, *meditullium medii diei, & horæ* 3; *vulgo* Nón, *incidens in horam* 1½ *pomerid. operarum commune prandendi tempus.*

7) Nón, *hora* 3 *pomerid.*

8) Jafnnærri Nóni og midium Aptni, *medium inter horam* 3 & 6, *incidens in horam* 4½.

9) Miduraptan, *medius veſper, hora* 6.

10) Jafnnærri midium aptni og Náttmálum, *meditullium medii noctis, & initii noctis, hora* 7½.

11) Náttmál, *noctis initium, hora* 9; *operarum commune cænandi tempus.*

12) *Præter ſtata hæc, & ad certam horam alligata diei ſigna & metas, dantur qvædam qvolibet qvidem die incidentia, ſed pro anni tempore mobilia & incerta, ut:* Dagan, *primum diluculum.* Hálfbyrta, *meditullium inter diluculum & ortum ſolis.*

ſolis. Sólar uppkoma, *ortus ſolis.* Sólarlag, *ſolis occaſus.* Röckur, *crepuſculum.* Hálf-Röckur, *medium inter ſolis occaſum, & ultimam lucis faculam.* Dagſetur, *diei finis, ultima diei facula ſupra horizontem, & noctis initium.*

§. XXVIII.

Noctis horas per lunæ motum ita dignoſcunt:

Luna 4 *noctium in regione Auſtri* (i Sudri) *conſtituta, indicat eſſe horam* 3 *pomerid. In regione Libanoti* (i Utſudri) 6, *ſed Zephyri* (i Veſtri) 9.

Luna 7 *noctium in regione Vulturni* (i Landſudri) *horam indicat* 3. *Auſtri* (i Sudri) 6. *Libanoti* (i Utſudri) 9.

Luna 11 *noctium in regione Euri* (i Auſtri) *indicat horam* 3. *Vulturni* (i Landſudri) 6. *Auſtri* (i Sudri) 9. *Libanoti* (i Utſudri) 12. *Zephyri* (i Veſtri) 3. *antemerid.*

Luna 15 *noctium in regione Cæciæ* (i Landnordri) 3. *Euri* (i Auſtri) 6. *Vulturni* (i Landſudri) 9. *Auſtri* (i Sudri) 12. *Libanoti* (i Utſudri) 3. *antemerid. Zephyri* (i Veſtri) 6. *Boreæ* (i Nordri) 9.

Luna 19 *noctium in plaga Euri* (i Auſtri) 9. *pomerid. Vulturni* (i Landſudri) 12. *Auſtri* (i Sudri) 3. *antemerid. Libanoti* (i Utſudri) 6.

Luna 22 *noctium in regione Cæciæ* (i Landnordri) 9. *Euri* (i Auſtri) 12. *Vulturni* (i Landſudri) 3. *antemerid. Auſtri* (i Sudri) 6.

Luna 26 *noctium in regione Cæciæ* (i Landnordri) 12 *pomerid. Euri* (i Auſtri) 3. *antemerid. Vulturni* (i Landſudri) 6.

Maris accolæ omni tempore ex receſſu & acceſſu maris tempora dignoſcere optimè ſciunt: De plurimis autem Iſlandiæ incolis, præſertim vero provectioris ætatis ruſticis, vere dici poteſt,

qvod

qvod tantæ ſint ſagacitatis, ut ſine externis ſignis de temporis lapſu & horarum ſucceſſione qvovis tempore conjecturas à vero non multum aberrantes, facere qveant.

§. XXIX.

Colophonis loco ſubjungimus huic Diſſertationi conſpectum Horologii Vidaliniani, qvam, ut ab ejus adverſarii Dni Arnæſonii Iconiſmo Horologii Iſlandici recenſione exorſi ſumus, ita ut eandem contrariæ partis ſcriptionis mentione claudamus, conſentaneum ducimus, qvod curioſo Lectori non diſpliciturum putamus, præſertim cum hæc doctiſſimi Viri ſcriptio inedita ſit, & à paucorum manibus, teratur, ſed contraria ſibi oppoſita magis eluceſcant. Orditur doctus hicce vir recenſionem Horologii Iſlandici à media noctè, idqve ita proſeqvitur, ut modernas hemeronychtii metas Iſlandicas, cum plagis mundi, & communi omnium 24 *horarum numero conferat, & cuiqve ſuam genuinam aſſignet ſedem, hoc fere modo.*

Secundum modernum conceptum dies naturalis incipit ſole ex medio ſeptentrionis puncto diſcedente, qvod Calendaria vocant horam 12 *completam, & in eodem hocce puncto collocat vir eruditus tam medium octavæ ſeptentrionalis* (Norðuráttar), *qvam octonæ mediæ noctis* (Miðnættes eyktar), *ita ut dies naturalis incipiat in utriusqve meditullio, utramqve autem finem habere dicit in medio Boreæ & Cæciæ, hora* $1\frac{1}{2}$.

Secundæ horizontis octavæ (Att) *& hemeronychtii octonæ* (Eykt) *initia in dicto hocce puncto horæ* $1\frac{1}{2}$ *collocat, earum vero meditullia in ipſo Cæcia hora* 3, *finem autem in Aparctia hora* $4\frac{1}{2}$. *Hujus octonæ* (Eiktar) *ultimam partem, ideſt ab hora* $3\frac{1}{2}$ *ad* $4\frac{1}{2}$, *dicit antiqvos vocaſſe Ottam, qvam expreſſe dicit eſſe ultimam noctis partem, ita ut noctis & Ottæ idem finis ſit.*

Alibi

Alibi autem ſcil. in Lexic. Jurid. Tit. allur dagur til Stefnu, *totum hocce trihorium Otta, ſed ultimam ejus horam aut poſteriorem partem* Hanaótta, *gallicinium vocatam fuiſſe, innuere videtur.*

Tertiæ Octavæ & Octonæ, ſeu trihorii matutini initia in Aparctia, hora $4\frac{1}{2}$ *locat, earum vero meditullium, qvod eſt* Midurmorgun (*medium mane*) *in ipſo Euri ſeu Orientis puncto, hora* 6 *finem autem in ſubſolano hora* $7\frac{1}{2}$ *conſtituit.*

Qvartæ hemeronychtii & horizontis partis, ut & diei artificialis, ſtrictiſſime ſic dicti (Dagmál), *initia in ſubſolano, hora* $7\frac{1}{2}$, *medium in ipſo Vulturno hora* 9 *finem autem in hora* $10\frac{1}{2}$ *collocat.*

Qvintæ hemeronychtii portionis, qvæ communiter vocatur regio Auſtri (Surdurátt), *& Octonæ meridionalis* (Hádeges eykt) *initia in hora* $10\frac{1}{2}$ *medium in hora* 12, *ſed finem in hora* $1\frac{1}{2}$ *conſtituit.*

Sextæ tam Octavæ qvam Octonæ (Att & Eikt) *collocat in hora pomerid.* $1\frac{1}{2}$, *medium in hora* 3 *finem in hora* $4\frac{1}{2}$, *de qva ſpecialiter notat.* α) *Qvod initium hujus particulæ vocetur* Midmunda, *meditullium, eo qvod in id punctum incidat diei recte & ad mentem antiqvorum putati medium, ſcil. ab hora* $7\frac{1}{2}$ *matut. ad* $7\frac{1}{2}$ *veſpertinam, in qva computatione id notandum eſt, qvod veſper diei, mane vero nocti additur.* β) *Qvod hora* $3\frac{1}{2}$ *inchoetur,* Eikt *ſacra, finemqve habeat unacum ipſo die proprie & ſtricte ſic dicto, hora* $4\frac{1}{2}$, *qvod punctum antiqvi vocarunt* Eiktar ſtad (*finem Eiktæ, ſcil. ſacræ*), *alibi autem hancce Octonam per Exochen qvandam vocatam fuiſſe* Eikt, *ſed ultimam ejus trientem ſacram Eikt.*

Septimam hemeronychtii particulam initium habere dicit in regione Argeſtæ, hora $4\frac{1}{2}$, *cujus medium eſt hora* 6, *ipſe*

Occidens vulgo Miduraptan, *finis vero in ſedem Japygis, unacum ipſius diei fine incidit.*

Octava deniqve Octava (Att) *dicta communiter* Utſudurs átt, *regio Cori, ut & Octava octona* Eikt *incipiunt in regione Japygis hora* 7½. *Hic antiqvorum* Náttmál *ſeu initium noctis ſitum fuiſſe vult, in qvo nos penitus ſibi habet conſentientes, ſed non in illo, qvod mox addit, ſcil. antiqvos Iſlandiæ habitatores, à* Náttmál, *ſeu hora pomerid.* 7½, *ad horam* 12, *ideſt medium noctis punctum, nullam habuiſſe temporis metam, cum contrarium ex bonis documentis eluceſcat, ut ſunt* Sól i Utnordri, *pro hora* 9. Sól i Midmundaſtad Utnordurs og Nordurs, *hora* 10½. *Similiter etiam* Þridiungur af Nótt, *primus noctis triens, qvi ſine omni dubio cæpit hora* 7½, *dimidiatus hora* 9, *ſed finem habens in Circio, hora* 10½, *ubi nox intempeſta* Midnættes eykt *ſeu* Sól i Nordurátt, *ſol in regione Aqvilonis incepit, cujus meditullium fuit hora* 12 *completa. Unde vir doctiſſimus hunc recenſum exorſus eſt, qvæ licet nulla habeant locorum ſigna, perinde ac ipſius diei horæ, à ſe denominata, nihilo tamen minus ſunt temporis metæ, qvam qvæ ejusdem plane conditionis ipſe vir doctus à media nocte uſqve ad medium mane recenſet.*

COROL-

COROLLARIA.

Cum aut omissa, aut melius explicanda, partim ad Histor. Eccl. Island., partim huc pertinentia cum publico communicandi aptiorem affulsuram occasionem, diffidamus, hic eadem proponere placet.

I.

Conjecturam nostram Hist. Eccl. Tom. I. p. 163. *de cognatione antiquæ vocis* Ottu, *cum Monachorum Matut, Illustriss. Reipubl. litterar. ornamento Domino P. Frid. de Suhm, in suæ Hist. Dan. Crit. Tom. II. pag.* 816. *ea de causa maxime displicere video, quod antiqui Poëtæ gentiles, qui sua fecerunt carmina, antequam illis de Monachis & religione christiana quicquam constitit, illa vocula usi fuerint, quare eam ab illis habere nequiverunt, cui hoc modo respondemus.*

α) *Ignorare nos quinam sint antiquissimi illi poëtæ, nam in Odis antiquissimis à Snorrone Sturlæo, Gunnlaugo Monacho, & aliis summæ antiquitatis monumentis allegatis non occurrit, nec in universa Edda seu Odis à Sæmundo collectis, nisi semel tantum in earum ultima & recentissima, quæ inscribitur* Atlamál en Grönlendsco, *invenire potuimus, & semel tantum in* Ragnarsqvida, *seu Ragnaris Lodbrok carmine emortuali, sed in ullis aliis antiqvis Odis nusqvam.*

β) *In ipsa Edda seu Odis à Sæmundo collectis qvando antiqvissimi Auctores de tempore ante lucano in qvod recentiorum Otta incidit, aliqvid dicendum habent, id efferunt per* ár, árla, árdeges, snemma, myrgins, *&c. sed Ottam non nominant: Imo ipsa* Völuspá *Stroph.* 6. *enumerans nomina horarum hemeronychtii, à Deorum Senatu ipsis imposita, Ottam non habet,*

ſed tria noctis trihoria his verbis Nótt oc Nideom, ɔ: *nox & cognati, includit.* Nidiar *in Edda non filios tantum, ſed & qvosvis cognatos notat, qvod indicio eſt, aut ignoraſſe antiqviſſimos Auctores vocem Otta, aut eandem ut recentem, & à ſolis chriſtianis uſitatum ſpreviſſe.*

γ) *Atlius auctor Qvidæ qvæ inſcribitur* Atlamál en Grönlendſco, *diverſus eſt ab Atlio auctore* Atlaqvido, *ſeu* Atlamála inna fornu, *ille autem hoc multo recentior, Seculo enim* 10 *aut* 11 *vixiſſe, ſuumqve carminis thema ex antiqvioribus Odis mutuaſſe videtur, qvarum Paraphraſten ita agit, ut pro lubitu eorum relationes, nunc aliqvid addendo vel detrahendo, nunc etiam aliter referendo, non parum mutet. Chriſtianorum rituum & conſvetudinum non ignarum fuiſſe prodit, qvod inducit Gudrunam Giuki filiam, cujus primus maritus Sigurdus comburio ſepultus fuerat, promittentem Atlio, ultimo ſuo marito, magnificam & coloribus ornatam Sandapilam, linteaqve probe cera obducta, qvæ corpus bene conſervant, qvæ gentilibus (niſi in ſingulari qvodam neceſſitatis caſu) inuſitata fuerunt, cum eorum Reges & Magnates armati, adjecta ingenti vi pecuniæ, aliisqve qvæ in vita cariſſima habuerant cum illis aut combuſta, aut tumulo inferri ſolerent, unde non mirum qvod hic auctor Ottam nominare, & eidem inter metas hemeronychtii locum aſſignare ſciverit, & hoc idem illud eſt, qvod dudum Hiſt. Eccl. Iſl. Tom. IV. pag.* 163. *monuimus, conjecturam noſtram non labefactare, licet recentiores poëtæ gentilis hac voce uſi ſint, cum illam, talesqve plures inter chriſtianos in Græcia, Italia, Africa, Hiſpania, Gallia, Germania, Anglia & Belgio militantes, mercantes, & hyemantes diſcere potuerint, magnamqve non modo cum Gothis in noſtro Septentrione habitantibus, ſed & cum popularibus & cognatis ſuis in reliqvis regio-*

regionibus degentibus, interceſſiſſe communicationem non negat, ſed affirmat, & multis argumentis probat ipſe Vir Illuſtriſſ. Hiſt. Dan. Crit. Tom. I. pag.

δ) *Qvod Ragnar Lodbrok qvi circa annum* 770 *mortuus eſſe videtur, cum religio chriſtiana dudum in Anglia, Scotia & Hibernia, Belgio & inſulis Anglicanis ſtabilita eſſet, easdem regiones prædando & belligerando pervadens, ſæpiusqve inter chriſtianos aut hyemans, aut eos haud raro in captivitatem abduceret, & ſervitiorum loco in domo ſua aut exercitu, forte & qvosdam eorum ſub ſignis haberet, Ottam nominare noverit, haud mirari debet, & qvidni ille Ottam non noſceret, cui Miſſæ nomen & celebrationis modus non ignotus fuit, utrumqve autem probe cognitum habuiſſe patet ex citata Odæ ſtropha* 8, *ubi prælium vocat* Oddameſſu, ɔ: *cuſpidum cantum. Belli enim in Edda Synonyma ſeu Epitheta ſunt* Saungur *cantus*, Roma *clamor, & qvævis vociferatio. Cum vero Miſſa Chriſtianorum cantilenis & acclamationibus magna ex parte conſtaret, Lodbrok ſcommaticè vocat prælia* Meſſu, *cantum armorum. Præterea haud ſpernenda adſunt criteria & documenta, ipſum Regem Lodbrok non eſſe Auctorem hujus Odæ, ſed multo recentioris Auctoris fætum eſſe, & Lodbrok affictam, qvæ hic ediſſerere non vacat.*

ε) *Accedit tandem, qvod ipſe Vir Illuſtriſſ. Hiſt. Dan. Crit. Tom. I. pag.* 125. 126. *valde veriſimiliter conjicit & ſtatuit, antiqviſſimas illas Odas, qvæ unqvam exſtiterunt dudum de perditas eſſe, eas autem qvæ jam Eddæ titulo inter nos circumferuntur, eſſe compendium illarum, aut ex illis conflatas, & fætum Seculi IX aut X, in qvo nos ſibi perfecte conſentientes habet, ejus enim haud ſpernenda præſto ſunt indicia; in has ideo Odas chriſtianiſmi qvidam guſtus facile irrepere potuit. Et*

qvid tandem ex his ſeqvitur, niſi hocce paradoxum, ſi Otta ideo non poteſt eſſe à Monachorum Matut, qvod gentiles poëtæ eo utuntur, ergo non Meſſa *à Monachorum Miſſa, cum vox Meſſa etiam in gentilium poëmatibus occurrat, qvod qvanti ſit, nemo non videt. Qvibus obſervatis tota hujus objectionis vis ita evaneſcit, ut noſtræ conjecturæ nihil nocere poſſit.*

2.

Idem Heros Illuſtriſſ. ibidem nobis imputat, qvod vocem Danicam dör *janua, fores, valde inconvenienter derivare voluerimus à Græcorum* θύρη, *haſta, cum harum vocum ſignificatio tam diſſimilis ſit, ut nullam inter ſe habere poſſint cognationem, ſed ut vera eſt apodoſis, ita erronea protheſis, & nobis immerito imputatur, qvod voculam* dör, *fores, à* θύρη *derivare voluerimus, nunqvam enim tale qvid cogitavimus, ſcripſimus autem* dör, *ideſt Iſlandicam vocem illam qvæ ſignificat frameam, gladium, vel etiam haſtas miſſiles, à Græcorum* θύρη *deſcendere videri; in ligata ſæpius qvam ſoluta oratione adhibetur, poëtæqve ejusdem notionem late extendunt, fereqve ad qvodvis armorum genus applicant, ut qvando vocant aciem:* darra röd, *ordinem armatorum, loricam* darra hlíf, *prælium vero* darradar-vef, darradrif, darrahríd, *& alia ejusmodi, unde eleganter ceciniſſe videtur celebris qvondam apud nos Poëta, Thordus de Striuge, dicens:* klæddur hlíf i darradríf, ɔ: *loricam indutus in enſium, haſtarum, miſſilium, aut qvorumvis armorum procella. Ubi* darra *eſt Genit. plural. à Nominativo ejusdem Numeri* darrar, *qvi occurrit in poëtæ abſolutiſſimi Eivindi Skalldaſpilleris Hákonarmál,* darrar hriſtiz, *enſes qvatiebantur vide Heimskringla edit. Havn. Tom. I. p.* 156, *qvæ lectio utiqve præferenda videtur alteri,* darradr hriſtiz *acies tremebat, qvam*

qvam duo l. c. in variantibus allegata exemplaria, & Editio Svecica habent, ubi aut per incuriam ſcribæ ex Genit. ſing. fæm. darradar, *factus eſt Nominat. ſing. maſcul.* darradur, *aut vox* Röd *ordo acies, antiqvis fuit heterogenea* Ród *fæmin. &* Radur *maſc. indeqve &* Darröd *fæm. &* Darradur *acies maſcul. Hæc vox in* Atlaqvida Grænlendſco, *qvæ in Edda Sæmundina exſtat, bis reperitur, habente* dafa darradar, *qva circumſcriptione enſis indicari videtur, & vocari* dafi *vel* dafur dar-radar, *ideſt aciei hebetator, aut repreſſor forte à verbo* eg deife, *hebetem reddo, reprimo, periphraſi ductâ; qvia aciei impetum hebetat, ac progreſſum reprimit & tardat. Qvo ſenſu eadem voce* darradar *utitur Egillus Skallagrimi, vocans prælium* dar-radar-vef, *telam aciei, nam ut textores in continuo motu, & vario ſunt labore, ita & præliantes, conf. Bartholini Antiqv. pag.* 624. *Qvibus omnibus accedit Nials Saga Cap.* 158. *edit. Hafn. cujus locum huc pertinentem* vindum vindum vef dar-radar, *à Bartholino l. c. excuſſum videre licet. Hæc qvi obſervaverit, derivationem vocis* dör, *haſta, â Græcâ voce* δορὺ, *à nobis allatam non incompetentem eſſe judicaturum, ſperamus.*

3.

Hiſt. Eccl. Iſland. Tom. I. pag. 426. §. 7. *ſtatuitur Ivarum Vigfuſi Holm anno* 1345 *primâ vicè Iſlandiæ Præfectum fuiſſe, & iterum* 1354, *mors autem illius ad* 1371 *refertur, qvæ omnia probabilitate non carent. Sed pag.* 441. §. 3. *occurrit Ivarus Vigfuſi Holm, qvi* 1389 *Iſlandiæ Præfecturam adeptus eſſe, & ad annum* 1405 *geſſiſſe fertur, qvo alter Vigfuſius Holm ei in hoc officio ſucceſſiſſe, & in annum* 1414 *id retinuiſſe fertur: Anno* 1415 *amiſſo hoc officio ex Iſlandia diſceſſit, licet idem officium* 1429 *poſt liminio recuperaret. Hoſce duos ejusdem*

nomi-

nominis ac cognominis Vigfusos Ivari Holm, plerique recentiorum confundunt, & ex duobus unum faciunt, inducti a) *propriorum nominum*, b) *cognominum*, c) *uxorum nominis similitudine, cum utriqve Gudrida nomen fuerit:* d) *qvod uterqve in Fœrois, cum in Islandiam ad capescendum officium tenderet, hyemasse perhibeatur. Nos vero l. c. n.* 4. *talem harum personarum confusionem rejecimus, tam antiqvorum Annalium fide adducti, qvam auctoritate literarum Gudridæ Ingemundi filiæ, datarum* 1407, *qvibus prædium Hola Cœnobio Vidöensi pro salute mariti sui emancipavit: Unde certo statui posset priorem Vigfusum mortuum fuisse* 1407, *si hoc Codicillorum datum genuinum ac invariatum esset, sed longe postqvam hoc scripsimus tempore, in manus nostras incidit, aliud horum Codicillorum non ultimæ notæ apographum, datum* 1434 *priorem Vigfusum ad hunc annum vitam produxisse innuens, qva observationè cum memoratis harum personarum similitudinibus collata, fides nostra de earum diversitate labore cœpit, aqvaqve nobis hærere, qvamnam sententiam potius nostram faciamus, cum utraqve pari gaudeat verisimilitudine; si priori sententiæ adhærere consultius ducimus, usqve dum certiora edocemur, statuendum est datum Codicillorum* 1407 *corruptum esse, & priorem Vigfusum fuisse filium Ivari Holm, cum temporum rationes id non vetent, nec à verisimilitudine abludit, qvod posterior etiam (si modo duo fuerunt) propinqva affinitate huic cognatus fuerit, cum id eadem nomina & cognomina indicare videantur. Ex Oddensi familia, Holmios hosce natos fuisse, & ex illis gentem Modruvallensem comprobat Tab. Geneal.* 2. *Hungurvakæ edit. Havn.* 1778 *suffixa.*

4.

4.

Multis jam elapſis annis á qvô ultimam adhibuimus manum Hiſt. Eccl. Iſl. in cujus Tom. III. pag. 213. *ſcripſimus Petrum Enari à qvodam Satraparum Iſlandiæ dono accepiſſe prædium Arnarſtapa, oculis uſurpare licuit Schedulas qvasdam propria manu viri celeberrimi Arnæ Magnæi ſcriptas, in qvas ex documentis originalibus (ut ipſe teſtatur), conjecerat ſequentia. Anno* 1537 *aut prius Ogmundus Epiſcopus famulo ſuo Petro Enari, ob fidum famulitium tam intra qvam extra Iſlandiam, mercedis loco ſolvit aut dedit prædium Arnarſtapa, qvod tum temporis fuit Cœnobii Helgafellenſis peculium, ſed cum Petrus ab Epiſcopo diſcedens primo in Germaniam hæreſi Lutherana infectam, & deinde in clientelam Claudii Mervitzii tranſiret, cum qvo Præſuli graves fuerunt controverſiæ eique, fidum præſtaret famulitium, Præſul hunc actum reſcidit, & donationem retractavit, Petrum vero diris devovit, prædiumqve Arnarſtapa Freiſteino Grimi Eccleſiaſtæ Stafholtenſi, qvi itidem ei olim fidus fuerat famulus, vendidit. Jam vero anno* 1541 *Petrus relicto Mervitzio, in Chriſtophori Hvitfeldii clientelam ſe dederat, á qvô Ogmundus Epiſcopus captivus detentus, ad faciendum qvæ ab eo exigebantur promtum ſe præſtitit, qvorum unum fuit, ut Petro reconciliatus, firmiſſima illa peccatorum ligamenta, qvibus eum antea conſtrinxerat, gratis & ſine ullo pretio ſolveret, horrendumqve ei dictum anathema revocaret, & prædium Arnarſtapa Freiſteino ſurreptum, in eum denuo conferret, qvæ omnia aut libertatis ſpe ineſcatus, aut coactus fecit, literisqve in rei æternum teſtimonium datis die Lunæ poſt Feſtum Viſitationis Mariæ* 1541, *ex conſilio Hvitfeldii, (ut ipſe ſcribit), præſentibus viris honorandis, Petro Nomophylace Tunsbergenſi, & Dno Gislao Jonæ, in navi Regia Breimar*

